
BIBLIOTECA VIT. EMANUELE
37
47 A
28
FONDO FIORENTINESE

P. VERGILII MARONIS VITA PER AELIVM DONATVM CELEBREM GRAMMATICVM EDITA.



PVBLIVS VERGILIVS MARO PARENTIBVS MOdicis fuit, & præcipue patre Marone, quem quidam opificem figulum, plures magi cuiusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt, quem cum agricolationi reiq; rusticæ & gregibus præfecisset socer, siluis coemundis & apibus curãdis reculã auxit. natus est. CN. Pompeio magno, & M. Licinio Crasso primũ coss. Iduum octobriũ die in pago, qui andes dicitur, qui est a Mantua non procul. Prægnans mater Maia cum somniasset enixam se laureum ramum, quem compactum terræ coaluisse, & excreuisse ilico in speciẽ maturæ arboris refertæ varijs pomis & floribus cerneret, Sequẽti luce cũ marito rus propinquũ petens ex itinere diuertit, atq; in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt infantem vt fuit editus, nec euagisse, & adeo miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem prosperioris genituræ, iam tum indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperijs eodem statim loco depacta ita breui coaluit, vt multo ante satas populos adæquarit, quæ arbor Virgilij ex eo dicta atq; consecrata est summa grauidarum & fœtarum religione suscipientium ibi & soluentium vota. Initia ætatis idest vsq; ad septimum annum Cremonæ egit, & xvij. anno virilem togam cepit illis cõsulibus iterum quibus natus erat. Eueníatq; vt eo ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Virgilius à Cremona Mediolanum, & inde paulopost Neapolim transijt. Vbi cũ litteris & græcis & latinis vehementissimam operam dedisset, tandẽ omni cura, omniq; studio indulsit medicinæ & mathematicis, Quibus rebus cum ante alios eruditior, peritiórq; esset, se in vrbem contulit, statímq; magistri stabuli equorum Augusti amicitiã nactus, multos variósq; morbos incidentes equis curauit. At ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio vt vni ex stabularijs dari iussit. Interea a Crotoniatis pullus equi miræ pulchritudinis Cæsari dono fuit missus, qui omnium iudicio spem portendebat virtutis & celeritatis immensæ. Hunc cum aspexisset Maro magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa, & nec viribus valiturum nec celeritate, idq; verum fuisse iuuentum est, Quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. Cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur & parentes eorum, dixit Virgilius & animum celeritatémq; futuram, Quo cognito mandat iterum Virgilio panes duplicari Dubitauit Augustus Octauij ne filius esset an alterius, idq; Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum & equi naturã parẽtésq; cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorem partem domus vocat, & solum rogat an sciat quisnam esset, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Noui inquit Maro te Cæsar Auguste & ferme æquam cum dijs immortalibus potestatem habere, vt quem vis felicẽ facias. Eo animo sum respondit Cæsar vt si verũ pro rogatu dixeris, beatum te felicémq; reddam. Vtinam ait

Maro interroganti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus putat alij me natum Octauio, quidam suspicantur alio me genitum viro. Maro subridens fa[cile inq]uit si impune licenterq; quæ sentio loqui iubes, id dicaʒ. Affirmat [Cæsar] [iu]siurando nullum eius dictum ægre laturum, imo non nisi donatu[m ab] eo discessurum. Ad hæc oculos oculis Augusti infigens Maro, facilius ait in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philosophia cognosci possunt, in homine nequaq; possibile est. Sed de te coniecturam habeo similez veri, vt quid exercuerit pater tuus scire possim. Attente expectabat Augustus quidnam diceret. At ille quantum ego rem intelligere possum pistoris filius es inquit. Obstupuerat Cæsar & statim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virgilius, audi inquit quo pacto id conijcio, Cum quædaʒ enunciarim, prædixerimq; quæ intelligi scirique non nisi ab eruditissimis, summisq; viris potuissent, Tu princeps orbis item & item panes in mercedem dari iussisti, quod quidem aut pistoris aut nati pistore officium erat. placuit Cæsari facetia. At deinceps inquit Cæsar non a pistore sed a rege magnanimo dona feres, illúmq; plurimi fecit, & Pollioni commendauit. Corpore & statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valitudine varia. Nam plerunq; ab stomacho & faucibus ac dolore capitis laborabat. Sanguinem & sæpius eiecit, cibi vini q; minimi. Fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse. Sed boni ita eum pueros amasse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem & Plato suos pueros. Verum inter omnes maxime dilexit Cebetem & Alexandrum, quem secúda Bucolicorum ecgloga Alexim appellat donatum sibi ab Asinio Pollione, vtrunq; non ineruditum accepit. Nam Alexandrum grammaticum, Cebetem vero & poetam.

Vulgatū est consueuisse eum cuʒ Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat ipsum postea maioribus natu narrare solitum inuitatum quideʒ se a Varro ad communioneʒ mulieris, sed se pertinacissime abstinuisse. Cætera sane vita & ore & animo tam probum fuisse constat, vt Neapoli parthenias appellaretur vulgo. Ac siquando Romæ quo rarissime commeabat viseretur, in publico sectantes, demonstrantésq; se, subterfugere solitum in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto non sustinuit accipere. possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitq; domum Romæ in æsquilijs iuxta hortos mecoenatianos, q̄q̄; secessu Campaniæ, Siciliæq; plurimum vteretur.

Quæcunq; ab Augusto peteret, repulsam nunq̄; habuit. Parentibus quot annis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit, ex quibus patrem oculis captum & duos fratres germanos Silonem impuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet.

Inter cætera studia vt supra diximus medicinæ quoq; ac maxime mathematicæ operam dedit. Egit & causam vnam omnino nec amplius q̄ semel. Sermone tardissimū ac pene indocto similem fuisse Melissus tradidit.

Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit,

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus.

Nocte

Nocte dieq; tuum carpe viator iter.
Deinde Moretum, Priapeiam, & Epigrammata, & Diras, & Culicem cum esset annorum. xv. cuius materia talis est. Pastor fatigatus æstu cum sub arbore obdormisset, & serpens ad illum proreperet, e palude culex prouolauit, atq; inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contriuit, & vi sam serpentem interemit, ac sepulcrum culici statuit, & distichon fecit,
Parue culex pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.
Scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam, & mox cum res romanas inchoasset offensus materia & nominum asperitate ad Bucolica transit, maxime vt Asinium Pollionem, Alphenum Varrum, & Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum qui post philippensem victoriam veteranis triumuirorum iussu trans padum diuidebantur, indemnem se præstitissent. Deinde Geórgica in honorem Mecœnatis edidit, cum sibi vix dum noto opez tulisset ad uersus Claudij veterani milites, vel vt alij putant Arij Centurionis violentiã, a quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissime autem Aeneidem aggressus est. Argumentum varium & multiplex est, & quasi amborum Homeri carminum instar. Præterea nominibus ac rebus græcis, latinisq; commune, & in quo quod maxime studebat romanæ simul vrbis & Augusti origo contineretur. Cuz Geórgica scriberet tradit quotidie meditatos mane plurimos versus dictitare solitum, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere, non absurde carmen se vrsæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. Aeneida prosaica prius oratione formataz, digestámqz in. xij. libros particulatim componere instituit, vt quidam tradunt.
Alij eius sententiæ sunt, vt menti habuerit quatuor &. xx. libros vsqz ad Augusti tempora scripturum, atqz alia quædam percursurum. Augusti vero gesta diligentissime executurum, quippe qui dum scriberet, ne quid ineptũ moliretur, quædam imperfecta reliquit. Alia leuissimis versibus scripsit, quos per iocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dicebat ad sustinenduz opus, donec solidæ colũnæ aduenirent. Bucolica triẽnio Asinij Pollionis suasu perfecit. Hic trans padanam prouinciam regebat, cuius fauore cum veteranis Augusti militibus Cremonensium & Mantuanoruz agri distribuerentur, suos Virgilius non amisit. Facta enim distributione suos Claudio seu Arrio datos recuperauit. Hunc Pollionem maxime amauit Maro, & dilectus ab eo magna munera tulit. Quippe qui inuitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri eum dono accepit. Huius Pollionis filium. C. Asinium, Cornelium Gallum oratorem clarum & poetam non mediocrem miro amore dilexit Virgilius. Is transtulit Euphorionez in latinũ, & libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit. Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit, Postea in suspitionem coniurationis contra illum ductus occisus est, cuius Propertius meminit dicens, Gallus & in castris duz credita signa tuetur. Concidit ante Aquilæ signa cruenta suæ. Verum vsq;adeo hunc Gallum Virgilius amarat, vt quartus Georgicorum à medio vsq; ad finem eius laudez contineret, quem postea iubente Augusto in Aristæi fabulam commutauit.

Geórgica septennio Neapoli, Aeneida partim in Sicilia, partim in Campania xi. annis confecit. Bucolica eo successu edidit, vt in scæna quoq; per cantores crebra pronunciatione recitarentur. At cum Cicero quosdam versus audisset, & statim acri iudicio intellexisset non communi vena editos, iussit ab initio totam ecglogam recitari, quam cum accurate pernotasset, in fine ait, Magnæ spes altera Romæ, quasi ipse linguæ latinæ spes prima fuisset, & Maro futurus esset secunda, quæ verba postea Aeneidi ipse inseruit. Geórgica reuerso ab actiaca victoria Augusto atq; reficiendarum virium causa Attellæ cómoranti per continuum quatriduum legit suscipiente Mecœnate legendi vicem, quoties interpellaretur ipse vocis offensione. Pronunciabat autem maxima cum suauitate, & lenocinijs miris. Seneca tradidit Iulium Montanū poetam solitum dicere inuolaturum se quædam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrisim. Eosdem enim versus eo pronunciante bene sonare, sine illo inarescere quasi mutos. Aeneidos vixdum cœptæ tāta extitit fama, vt Sextus Propertius non dubitarit sic prædicare,

Cedite romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Augustus vō cum iam forte expeditione Cantabrica abesset, & supplicibus atq; minacibus per iocū litteris efflagitaret, vt sibi de Aeneide, vt ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negauit se factuū Virgilius. Cui tñ multo post perfecta demū materia treis omnino libros recitauit, secundum videlicet, quartum, & sextum. Sed hunc præcipue ob Octauiam, quæ cum recitationi interesset ad illos de filio suo versus, Tu Marcellus eris, defecisse fertur. atq; ægre refocillata dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit & pluribus, sed neq; frequenter & ferme illa de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarium & libertum eius exactæ iaʒ senectutis tradunt referre solitū quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore, Misenum æolidem, adiecisse, quo non præstantior alter. Item huic, Aere ciere viros, simili calore iactatum subiunxisse, Martémq; accendere cantu, Statimq; sibi imperasse vt vtrunq; volumini adscriberet.

Bucolica, Geórgicáq; emendauit. Anno vō. Lij. vt vltimam manū Aeneidi imponeret statuit in Græciam & Asiam secedere, triennióq; continuo omnem operam limationi dare, vt in reliqua vita tantum philosophiæ vacaret. Sed cum aggressus iter Athenis occurisset Augusto ab oriente Romā reuertēti, vna cum Cæsare redire statuit. At cum Megara vicinum Athenis oppidū visendi gratia peteret, langorem nactus est, quem nō intermissa nauigatio auxit. Ita vt grauior in dies tandem Brundusium aduentarit, vbi diebus paucis obijt decimo calen. Octobris. CN. Plautio. Q. Lucretio consulibus, qui cuʒ grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpe & magna instantia petiuit crematurus Aeneida, quibus negatis testamento comburi iussit, vt rem inemendatā imperfectámq;. Verum Tucca & Varrus monuerunt id Augustum non permissurum. Tunc eidem Varro ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit, ne quid ederent, quod a se editum non esset, & versus etiam imperfectos,

si qui

si qui erant relinquerent.

Voluit etiam eius ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissime vixerat, ac extrema valitudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon. Translata igitur iussu Augusti eius ossa prout statuerat Neapolim fuere, sepultaq; via puteolana intra lapidem secundum, suóq; sepulcro id distichon, quod fecerat, inscriptum est,

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Hæredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem ex altero patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Mecœnatem, ex reliqua. L. Varrum, & Plocium Tuccam, qui eius Aeneidem post obitum prout petiuerat iussu Cæsaris emendarunt, Nam nullius omnino sententia crematu Aeneis digna visa fuit, de qua re Sulpicij carthaginiensis extant huiusmodi versus,

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varrúsq; simul, tu maxime Cæsar
Non sinis, sed latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni.
Et pene est alio Troia cremata rogo.

Extant & Augusti de ipsa eadem re versus plures & clarissimi, quorum initium ita est,

Ergó ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes?
Magnáq; doctiloqui morietur musa Maronis? Et paulo post.
Sed legum seruanda fides. suprema voluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parére necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos, noctésq;, diésq; labores
Hauserit vna dies. Et ea quæ sequuntur.

Nihil igitur auctore Augusto Varrus edidit, quod & Maro præceperat, sed summatim emendauit, vt qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquerit. Hos multi mox supplere conati non perinde valuerunt ob difficultatem, quod omnia fere apud eum hemistichia præter illud, Quem tibi iam Troia peperit, sensum videntur habere perfectum. Nisius grammaticus audisse se a senioribus dicebat. Varrum duorum librorum ordinem commutasse, & qui tum secundus erat in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium his demptis versibus,

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus siluis vicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano.

Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit caruit obtrectatoribus. In Eucolicis enim duas ecglogas, sed insulsissime Paro quidam deridet, & sic deridendo incipit,

Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi? Sequentis
Dic mihi Damoeta cuium pecus? an ne latinum?
Non, verum Aegonis, nostri sic rure loquuntur,
Alius recitante eo ex Georgicis,
Nudus ara, sere nudus, subiecit, habebis frigora, febrem.

Est & aduersus Aeneida liber Carbilij pictoris titulo aeneidomastix. M. Vipranius eũ a Mecoenate suppositũ appellabat noue κακοζηλίας, repertoremq; dicebat, neq; tumidum, neq; exilem, sed communibus verbis opus illud confecisse. Herenius vitia eius tantum contraxit, Perilius Faustinus furta. Sunt & Quinti Octauij Auiti volumina, quibus annotantur quos & vnde versus transtulerit. Asconius Pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilij scripsit, pauca admodum ei obiecta proponit, & potissimum q non recte historiam contexuit, & q pleraq; ab Homero sumpsit, sed hoc crimen sic defendere assuetum ait. Cur non illi quoq; eadem furta tentarent? Verũ itellecturos facilius esse Herculi clauam, q̃ Homero versum surripere, & tamen destinasse secedere, vt omnia ad satietatem maliuolorum decideret. Refert etiam Pedianus benignum, cultoremq; omnium bonorum atq; eruditorum fuisse, & vsq; adeo inuidiae expertem, vt si quid erudite dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisset, neminem vituperare, laudare bonos, ea humanitate esse, vt nisi peruersus maxime quisq; illum non diligeret modo, sed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca non minus alijs doctis patebat ac sibi. Illudq; Euripidis, antiquum saepe vsurpabat τὰ τῶν φίλων κοινὰ, Communia amicorum esse omnia. Quare coaeuos omnes poetas ita adiunctos habuit, vt cum inter se plurimum inuidia arderent, illum vnà omnes colerent Varrus, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser vero quoniam Antonij partes secutus est illum non obseruasse dicitur, Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit.

Gloriae vero adeo contemptor fuit, vt cum quidam versus quosdã sibi ascriberent, eáq; re docti haberentur, non modo aegre nõ ferebat, immo voluptuosum id sibi erat. Cum enim distichon quod laudem, felicitatémq; Augusti continebat fecisset, valuísq; non nominato auctore infixisset, id erat huiusmodi.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Caesar habet.

Diu quaeritans Augustus cuiusnam hi versus essent, eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus vero poeta quidam mediocris tacentibus alijs sibi ascripsit. Quaobrem donatus, honoratúsq; a Caesare fuit, quod aequo animo non ferens Virgilius, iisdem valuis affixit quater hoc principium, Sic vos non vobis. Postulabat Augustus vt hi versus complerentur, quod cũ frustra aliqui conati essent, Virgilius praeposito disticho, sic subiunxit,

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito

Quo cognito aliquádiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior.
Cum is aliquando Ennium in manu haberet, rogaretúrq; quidnaʒ faceret,
Reſpondit ſe aurum colligere de ſtercore Ennij. Habet enim poeta ille egre-
gias ſententias ſub verbis non multum ornatis. Interroganti Auguſto quo
pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenue-
rint, ⁊ boni malis præponantur. Itaq; optimi ſuos habeant honores, nulli ta-
men aliorum iniuſti quicquá fiat. At Mecœnas quid inquit Virgili ſatieta-
tem homini non affert? Omnium rerum reſpondit aut ſimilitudo, aut multi-
tudo ſtomachum facit præter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis al
tam, felicémq; eius fortunam ſeruare poteſt. Cui Maro, Si quantum honore
ac diuitiis alijs præſtantior ſit, tanto liberalitate ⁊ iuſtitia alios ſuperare nita-
tur. Solitus erat dicere nullam virruteʒ commodiorem homini eſſe patientia,
ac nullam aſperam adeo eſſe fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis
non vincat, Quam ſententiá in quinto Aeneidos inſeruit,
Nate dea quò fata trahunt, retrahúntq; ſequamur.
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
Cum quidam eius amicus Cornificij in eű maledicta, ⁊ inimicitias ſibi enar-
raret, Quam putas inquit eſſe huiuſce maliuolentiæ cauſam? Nam neq; vn-
quá Cornificiű offédi, ⁊ eű amo. An inqt Heſiodi ſniæ nő meminiſti? vbi ait;
καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Architectum architecto inuidere, ⁊ poetá poetæ. De malis inquit græcus ille
intellexit. Nam boni eruditiores amant. Sed magna cum mea laude ⁊ glo-
ria vindictam in manu habeo, Maiore enim cura virtuti intendam, atq; quo
elegantior ego fiam, eo vehementius inuidia rumpetur.
Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidaʒ orator, ⁊ poeſiʒ mediocriter doctus;
Cui multiplex, variúmq; ingenium erat, qui omnium omnia dicta reprehé
dere conabatur, non vt verum dignoſceret: quod Socrates facere conſueuit,
ſed vt eruditior videretur. hic Virgilium vbicunq; conuenire dabatur, male-
dictis, ſalibúſq; vexabat. Quare ille ſæpe aut tacibundus diſcedebat, aut ſuf-
fuſus pudore tacebat. Verum cum Auguſto audiente elinguem illum dice-
ret, ⁊ cauſam etiam ſuam ſi linguam haberet, defendere nequiret, Tace inqt
rabula. Nam hæc mea taciturnitas defenſorem cauſarum mearum Auguſtű
fecit, ⁊ Mecœnatem, ⁊ ea tuba cum volo loquor, quæ vbiq; ⁊ diutiſſime au-
dietur, Tu loquacitate non modo aures hominum, ſed muros rumpis. Augu
ſtus vero Filiſtum graui vultu increpauit. Tunc Maro ſi tempus Cæſar in-
quit tacendi hic ſciret: raro loqueretur. Tacendum enim ſemper eſt, niſi cum
taciturnitas tibi noceat, aut oratio alijs ꝓſit. Nam qui contendit ⁊ contentio-
nis finis vtilis non eſt, ſtultis illum annumerandű ſapientes putant. Poſteaq;
Auguſtus ſumma rerum omnium potitus eſt, venit in mentem an conduce-
ret tyránidé omittere, ⁊ oém ptáté annuis cóſulibus, ⁊ ſenatui répu. reddere,
in qua re diuerſæ ſentétiæ cóſultos habuit Mecœnatem ⁊ Agrippam.
Agrippa enim vtile ſibi fore etiam ſi honeſtum non eſſet relinquere tyránideʒ
longa oratione contendit, quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur,
quare Auguſti animus ⁊ hinc ferebatur ⁊ illinc. Erant enim diuerſæ ſenten-

tiæ varijs rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua rep. tyrannum facere, Tum ille omnibus ferme inquit rep. occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit: & ciuibus, quia necesse erat propter odia subditorum: aut eorum iniustitiam magna suspitione, magnóq; timore viuere. Sed si ciues iustum aliquem scirét, quem amarent plurimum, ciuitati id vtile foret, si in eo vno omnis potestas esset. Quare si iustitiam, quod modo facis omnibus in futurum nulla hominum facta compositione distribues, dominari te & tibi conducet & orbi. Beniuolétiã.n.oium ita hés, vt deum te & adorent, & credant, Eius sententiã secutus Cæsar principatum tenuit.

Audiuit a Silone præcepta Epicuri: cuius doctrinæ socium habuit Varrum. Quãuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur, Ipse tamen fuit Academicus. Nam Platonis sententias omnibus alijs prætulit.

Nunc quoniam de auctore summatim diximus, de ipso iam carmine dicendum videtur, quod bifariam tractari solet, hoc est & ante opus & in ipso opere. Ante opus titulus, causa, intentio. Titulus in quo quæritur cuius sit causa vnde ortum sit, & quare hoc potissimum sibi ad scribendu3 poeta præsumpserit. Intentio, in qua cognoscitur quid efficere conetur poeta. In ipso opere sane tria spectantur, Numerus, ordo, explanatio.

Quãuis igitur multa ψευδογραφῶ.i. falsa inscriptione sub alieno nomine sũt prolata, vt Thyestes tragœdia huius poetæ, quã Varrus edidit pro sua, & alia huiuscemodi, tamen Bucolica liquido Virgilii esse minime dubitandu3 est, pſertim cum ipse poeta tanquam hoc metuens principio æneі. & in alio carmine suum esse testatus sit, sic dicens, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena, & reliqua. Et Carmina qui lusi pastorũ, audáxq; iuuenta Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Bucolica autem & dici & recte appellari vel hoc solum indiciu3 suffecerit, q̃d hoc eode3 nomine apud Theocritu3 céseat. Verũ ratio quoq; demõstrãda est. Tria sunt pastorum genera, q̃ dignitatem in Bucolicis habent, quorum qui minimi sunt αἰπόλοι dicuntur a græcis, iidem a nobis caprarij. Paulo honoratiores qui ποιμένες.i. opiliones dicũtur. Honestissimi, & maximi βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen īponi, q̃; ab eo gradu qui apud pastores excellentissimus inuenitur?

Causa dupliciter inspici solet, ab origine carminis, & a volũtate scribentis. Originem auté Bucolici carminis alij ob alia3 causa3 ferunt. Sunt enim qui a lacedæmonijs pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicant, cũ eidem deæ propter bellum, quod toti græciæ illo tempore Persæ inferebant exhiberi per virgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste circa Siciliam vago id genus carminis Dianæ redditum loquuntur per ipsu3 atq; pastores, quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat surrepto numinis simulacro & celato in fasce lignorum, Vnde Fascelidem Dianam perhibent nuncupata3, apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniam sororem suam a paricidio fuerat expiatus, Alij Apollini Nomio pastorali scilicet deo, qua tempestate Admeti boues pauerat, Alij Libero Nympharum scilicet & Satyrorum, & id genus numinum principi, quibus placet rusticum carmen, Alij

men, Alij Mercurio Daphnidis patri pastorum omniũ principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipsum poetam. Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis dei. Item Sileni, Siluani, atq; Faunorum. Quæ cũ omnia dicant, Illud erit probatissimũ bucolicũ carmẽ originẽ ducere a priscis temporibus: quibus vita pastoralis exercita erat. Et ideo velut aurei sæculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognosci, & merito Virgilium pro cessurum ad alia carmina non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita, quæ prima in terris fuit. Nam postea rura culta, & ad postremum pro cultis & feracib⁹ terris bella suscepta, qđ videtur Virgilius in ipso ordine operũ suorũ voluisse mõstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit, & ad vltimũ bellatores.
Restat vt q̃ causa voluntatem attulerit poetæ Bucolica potissimum scribendi consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione ei⁹ illectus est, aut ordinem temporum est secutus erga vitam humanam, vt supra diximus. Aut tris modos elocutionum, quos χαρακτῆρας græci vocant ἰσχνὸν, qui tenuis, ἁδρὸν, qui validus, μέσον, qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium qui in omni genere præualuerit Bucolica primuʒ, Georgica secundum, Aeneida tertium voluisse conscribere. Aut ideo potius primo Bucolica scripsit, vt in eiusmodi carmine, quod & paulo liberius & magis validum q̃ cætera est, facultatem haberet captandæ Cæsaris indulgẽtiæ, repetendiq; agri quem amiserat. Ob hanc causam die tertio iduum Martiarum. C. Cæsare interfecto, cum Augustum Cæsarem pene puerum veterani milites non abnuente senatu sibi ducẽ constituissent, Exorto ciuili bello Cremonenses cum cæteris eiusdem studij aduersarios Augusti Cæsaris adiuuerunt. Vnde factum est, vt cum victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremonensium: Mantuani quoqʒ in q̃bus erat Virgilius maximam partem suorum finium perdiderint, eo q̃ vicini Cremonensibus fuerant, Sed Virgilius Augusti familiaritate, suóqʒ carmine fretus centurioni Ario obsistere ausus est.
Ille statim vt miles ad gladium manum admouit. Cumq; se in fugam proripuisset poeta, non prius persequendi finis fuit, q̃ se in fluuium Virgilius cõiecisset. Sed postea Mecœnate & Pollione, & ipso Augusto fauentibus agros suos recepit.
Intentio libri, quam σκόπον græci vocant imitatione Theocriti poetæ constituitur, qui siculus & syracusanus fuit. Est intentio etiam in laudem Cæsaris, & principum cæterorum, per quos in sedes suas redit omnia deduci. Vnde vt & delectationem & vtilitatem finis contineret, secundum præcepta cuncta confecit.
Quæri solet cur non plures q̃ decem ecglogas conscripserit, quod nequaq̃ mirandum videbitur ei qui considerauerit ætatem scænarum pastoralium, quæ vltra hunc numerum non potest proferri, præsertim cum ipse poeta circunspectior Theocrito, vt ipsa res indicat, videatur metuere, ne illa ecgloga quæ Pollioni inscribitur minus rustica videatur, cuʒ ipsam sic præstruat ipse dicens. Sicelides musæ paulo maiora canamus, & item similiter in alijs duabus facit.
Illud tenendum esse prædicimus in Bucolicis Virgilij neq; nusq̃, neqʒ vbiq;

aliquid figurate dici, hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudem Caesaris & amissos agros haec Virgilio conceduntur, cum Theocritus, quem hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino conscripserit.

Quod autem in ipso carmine tractari solet, est numerus, ordo, explanatio. Numerus ecglogarum manifestus est. Nam decem sunt, ex quibus proprie Bucolicae. vij. esse creduntur. Nam tres vltimae proprie Bucolicae dici non debent, Pollio scilicet, Silenus, & Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, & priuatam gratulationem de agro, & dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamen pastorum, & dicitur Palaemon. Quarta genethliacum, & dicitur Pollio. Quinta epitaphium, & dicitur Daphnis. Sexta metamorphosim, & dicitur Varrus, & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorum sexuum, & dicitur Damon. Nona continet poetae conquestionem de amisso agro, & dicitur Moeris. Decima desideriũ Galli, & dicitur Gallus.

Quod ad ordinem spectat illud scire debemus in prima tantum & in vltima ecgloga poetam voluisse ordinem seruare, quoniam in altera principium cõstituit, vt in Georgicis ait,

Tityre te patulae cecini sub tegmine fagi. In altera ostendit finem quippe qui dicat, Extremum hunc Aréthusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas ecglogas pastoralem, conscriptúmque ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicunt initium Bucolici carminis non Tityre esse, Sed Prima syracosio dignata est ludere versu. Superest explanatio, ad quam anteq̃ veniamus, illud dixerim tenue esse Bucolicum carmen. & vsque adeo ab heroico charactere distare, vt versus quoque huius carminis suas quasdam caesuras habeat, & suis legibus distinguantur. Nam cum tribus probetur metrũ, caesura, scansione, modificatione, non erit Bucolicus versus, nisi in quo & pes primus partem orationis absoluerit, & tertius trocheus fuerit, & caesura, & quartus pes dactylus magis q̃ spondaeus partem orationis terminauerit. Quintus & sextus pes ex integris dictionibus fuerit, quod Virgilius a Theocrito saepe seruatum victus operis difficultate neglexit, in solo principio incertum industria an casu has caesuras seruauerit.

Nam Tityre dactylus partem orationis absoluit, tupatu, lerecu. tertium trocheum, q̃uis de composita dictione conclusit. bans sub, quartum spondeũ pro dactylo, cũ subiunxit, tegmine fagi. Terminatis partibus orõnis integrũ comma perfecit. Cuius rei diligentiã licet in Theocrito ferme oĩbus versibus admirari. Qui vero supradicta acri iudicio, diligẽtérque considerarit, facile intelliget quae in Georgicis intentio, quique finis fuerit, nec minus etiam in Aeneide.

Poematis stili genera tria sunt, aut enim actiuum vel imitatiuum, quod graeci δραματικὸν appellant, In quo psonae loquentes introducunt sine poetae interlocutione, vt sunt tragoediae & comoediae, δρᾶν.n. graece agere dr, quo genere scripta ẽ prima Tityre, & Quó te Moeri pedes. Aut enarratiuũ, quod graeci διηγηματικὸν appellãt, i quo poeta ipse loquit sine interpõne psonae, vt tres primi Georgicôn libri. Itẽ Lucretij carmina. Aut cõmune vel mixtũ, qd graeci μικτὸν appellant, Vbi & poeta ipse loquitur, & introductae personae, vt sunt.

Virgilij Aeneis FINIS.

¶ SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTARIORVM LIBER.

BVCOLICA VT FERVNT INDE DICTA SVNT A custodia boum.i.ἀπὸ τῶν βουκόλων. Praecipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tempore quo Xerxes Persarum rex inuasit graeciam cum omnes intra muros laterēt, nec possent more solito Dianae sacra persolui, peruenisse ad montes Laconas rusticos, & in ius honorem hymnos dixisse. Vnde natum carmen bucolicum aetas posterior elimauit. Alij dicunt Orestem cū Dianae Fascelitidis simulacrum raptum ex Scythia adueheret, ad Siciliam esse tempestate delatum, cōpleto anno Dianae festum celebrasse hymnis collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis, & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianae sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alij rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen, vt Pani, Faunis, ac Satyris. Et hic est huius carminis titulus. Qualitas autem haec est, scilicet humilis character. Tres enim sunt characteres, humilis, medius, grandiloquus, Quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in aeneide grandiloquum habet, in georgicis medium, in bucolicis humilem pro qualitate negociorum & personarum. Nam personae hic rusticae sunt simplicitate gaudentes, scilicet a quibus nihil altum debet requiri. Adhibentur autem haec ad carmen bucolicum. Carmen autem bucolicum debet quarto pede terminare partem orationis, qui pes si fit dactylus, meliorem efficit versum, vt Nos patriae fines & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatū dactylus esse debet, & terminare partem orationis, vt Tytire. Quam legem Theocritus vehementer obseruat, Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiauit, hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet siculae telluris alumnus, Noster rarus eo pastor Maro. Intentio poetae haec est, Vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem Moscho, & caeteris qui bucolíca scripserunt. Vnde est, Prima syracosio dignata est ludere versu Nostra, neq̄. Et aliquibus locis per allegoriā agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum fauore amissum agrum recepit. In qua re tantum dissentit a Theocrito, ille enim vbiq̄ simplex est, hic necessitate cōpulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerunq̄ etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo dictos constat simpliciter, hoc autem fit poetica vrbanitate, Sic Iuuenalis, Actoris aurūci Spolium. Nam Virgilij versum de hasta dictū figurate ad speculū transtulit. Et causa scribendorum bucolicorum haec est. Cū post occisum.iij.idus martias insenatu Caesarem, Augustus eius filius contra percussores patris & Antoniū ciuilia bella mouisset, victoria potitus Cremonēsium agros qui contra eū senserant militibus suis dedit, qui cum nō sufficerēt, etiā Mantuanorū iussit distribui non propter culpā, sed ꝓpter vicinitatē, vnde

est, Mantua ve miseræ nimium vicina Cremonæ, Perdito ergo agro Vergili⁎ Romam venit, & potentium fauore meruit vt agrum suum solus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat pene est interemptus: nisi se præcipitasset in Mincium, vnde est ἀλληγορικῶς: Ipse aries etiam nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis triumuiris, et ipsi integer ager redditus est, et Mantuanis pro parte. Hinc est quod in prima ecgloga legimus recepisse agrum, postea eum querelantem inuenimus, vt Audieras & fama fuit, sed carmina tantum Nostra valent lycida tela inter martia, quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorum, Quippe cum vnus sit liber. De ecglogis tantum multi dubitant. Quæ licet decem sint, incertum tamen est quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volunt ipsius testimonio vltimam, vt Extremum hunc, & primam, vt in georgicis Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Alij primam illam volunt, Prima syracosio dignata est ludere versu. Sed est sciendum. vij. ecglogas esse meras rusticas, quas Theocritus. x. habet, Hic in tribus a bucolico carmine, sed cum excusatione discessit, vt in genethliaco Salonini, & in Sileni theologia, vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere, vel quia tot varietates implere non poterat, Poetæ vitam in æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur, Sane sciendum Vergilium. xxviij. annorum scripsisse bucolica, Vnde etiam ipse in fine georgicorum, Audaxq; iuuenta Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donatus quod etiam in poetæ memorauimus vita in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum esse Virgilium, Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, Post agriculturæ amor, Inde bellorum cura successit. Notandum quoq; bucólica vel geórgica cum apud græcós in fine habeant accentū, apud nos in tertia a fine habere. Nam vt in vltima sit latinitas vetat, vt in penultima non sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, vt Meliboeus ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βόων, idest qui curam gerit boum, et Tityrus dicitur aries maior, Nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuerit, sicut etiam in comoedijs inuenimus. Nam Pamphilus est totus amans, Glycerium quasi dulcis mulier, Philomena amabilis. Personæ sicut supra dixi rusticæ sunt, et simplicitate gaudentes, Vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur, sed ex re rustica sunt omnia negocia, comparationes & si qua sunt alia. Hinc est quod annos a fructibus computat, vt post aliquot mea regna videns mirabor aristas. hinc etiam illæ comparationes sunt, Nam neq; me tantum venientis sibilus Austri, Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles.

FINIS.

¶PROBI VETVSTISSIMI GRAMMATICI IN BVCOLICA COMMENTARII.



PVBLIVS VIRGILIVS MARO NATVS IDIBVS OCTOBRIBVS Crasso ⁊ Pompeio cōss. Matre Magia Polla: Patre Virgilio rustico: Vico andico: qui abest a Mantua millia passuum.iij.tenui facultate nutritus. Sed quum iā summis eloquentiæ doctoribus vacaret: in belli ciuilis tempora incidit: quod Augustus aduersus Antonium gessit primumq̃.

Post mutinense bellum veteranis.

¶POSTEA restitutꝰ bñficio Alpheni Varri Asinij Pollionis ⁊ Cornelij Galli: qbus in bucolicis adulatur. Deinde per gratiam Mœcenatis i amicitiam Cæsaris ductus est: vixit pluribus.

In ocio secutus Epicuri sectam · insigni concordia ⁊ familiaritate vsus Quintilij: Tuccæ: ⁊ Varri. Scripsit bucolica annos natus octo ⁊ xx. Theocritū secutus: Georgica Hesiodum et Varronem: Aeneida ingressus bello cantabrico: Hoc quoq; ingenti industria: ab Augusto vsq; ad sestertium centies honestatus est. Decessit in Calabria annum agens quinquagesimū primum: Hæredibus Augusto ⁊ Mœcænate cū Proculo minore Fratre: quoius sepulchro: qd est in via puteolana hoc legit̄ Epigramma:

Mantua me genuit. Calabri rapuerē. tenet nunc
Parthenope. cecini pascua: rura: duces.

¶ÆNEIS seruata est ab Augusto quāuis ipse testamento cauisset: ne quid eorum quæ non ædidisset extaret: Quod Seruius Varrus hoc testatur Epigrammate:

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius: phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat: Varrusq; simul: tu maxime cæsar
Non sinis. sed latiæ consulis historiæ.

¶BVCOLICORVM omnis origo triplex esse fertur primum a Lacedæmonijs. Nā quū Xerxes græcias affectaret: ⁊ terribilis esset: relictis ciuitatibus omnis græciæ gens in deserta loca refugerunt. Post quum apud Marathonē victus recessisset: lacedæmonijs reuersis in Peloponnesū: religiosior fuit cura Dianæ Caryatidis colendæ. Nam forte ipso die reuerterunt in patriā victores: quo fieri sacra eidem deæ cōpetebat. Sed quoniā præsentia virginū deesset: quæ ea celebrare cōsueuerāt: ne sacrificium intermitteretur: pastores ex vicinis agris contraxerunt: ⁊ per eos sacra expedierunt adhibitis carminibus etiā rusticis: Ritū aūt sacrorū bucolicon appellarūt. Non quoniā solū boum pastores ibi fuerūt: sed qm̄ boues pecora præstarent magnitudine. Hoc ides carmen Astrabicō dictū est a forma sedilis qua aduecti fuerant. qui illa cantaturi erant. Sunt autem astraba vehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι: quo titulo ⁊ Plautus fabulam inscripsit: In qua mulieres in eiusmodi vehiculis inductæ. Altera causa ad siculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidē Syracusis lue pecora interibāt: Quibus refouendis votum fecerunt. eiusq; voti compotes templum Dianæ instituerunt: quam Lyacam vocauerunt: propter quod malis essent absoluti: ad eius dedicationē plurimi pastores confluxerunt cum vtribus vino plenis: ⁊ panibus figuras ferarum vel pecorum referentibus: eisq; instituerunt vt qui conuenerant Laudes deæ decātarēt certato qui eas rectius proferetur: contenderēt autem in ea forma ornati: vt cornua fronti adiuncta tænia obligarēt cum vtre: ⁊ reticulo: quo panificia haberent cum claua: eum qui vicisset: præmium haberet: qd is qui victus erat: contulisset: permissumq̃ vt inde irent: ⁊ quibus cantauerant: eisdem illis fausta ominarentur: quod genus religionis hodie conuersum est in questum: Idem sunt enim: qui bucolistæ nominantur. Tertia opinio ad eosdem Siculos pertinet: Sed ex alia ratione. Nam Orestes post paricidium furens responso didicit qd deponeret furorem ita demū: Si recupata Sorore Iphigenia ablueretur fluuio: quod septem fluminibus confunderet: diu vexatus: quū in taurica Iphigeniā reperisset: venit ad fines Rheginorū. Ibiq; inuento flumine elutus traiecit in Siciliā: ⁊ iuxta Syracusas á somnio admonitus simulacrū deæ: qd secū de Taurice aduexerat templo posito cōsecrauit: quā appellauit Fascelitim. Siueq; fasce lignorū tectum de Taurice simulacrū extulisset. Eius deæ nomen breui adprobatū: propter quod plurima pecora muneri quisq; conferebat: Quæ quum incrementassent: non defuerunt qui gratuitam custodiendis operam adhiberent contenti tanq̃ constitutā mercedem lactis vel casei Huius autē fluminis: apud quod purgatus est. Orestes. Varro meminit humanarum.x.sic: iuxta Rheglū fluuij sunt cōtinui septem latapadon: migodes: eugyon: stacteros: polme: meleissā: argeades. In his a matris nece dicitur purgatus Orestes. Ibiq; diu fuisse ensem: ⁊ ab eo ædificatū Apollinis templū quoius loco Rheginos quū delphos proficiscerentur re diuina facta Lauream decerpere solitos: quam ferrent secum. Item Cato in originibus tertio: Rhegini taurocini vocantur. de fluuio: qui præterfluit. Id oppidum arunci primo possederunt. Ide achæi troia domum redeuntes in eorum agro fluuij sunt sex

septimus fines Rheginorũ: atq; taurinũ dispescens fluuijo nomen est paccolico. Oresten cũ
Iphigenia atq; Pallade dicũt maternam necem expiatũ: venisse: & non longinqua memo-
ria est: quum in arbore ensem viderint: quem Orestes abiens reliquisse dicit. fascelitis autem
Dianæ Lucilius quoq; in tertio satyrarum meminit sic: Et sæpe qđ ante optasti: freta Messa-
næ & Rhegina videbis Mœnia, tum liparas fascelinæ templa Dianæ. Carmē bucolicum le-
gem habere videtur vti versus eius quartus per partē orationis finiat: qđ Theocritus custo-
diuit. Nam Virgilius in primo versu attendit: sequentem protinus alia forma fecit. Bucoli-
ca Theocrit⁹ facilius videtur fecisse: quoniā grecus sermo sic videt diuisus: vt, Doris diale-
ctos: quam ille scripsit: rustica habeatur: opportunus fuit ergo ei: qui pastores inserebat: ea lin-
gua disputasse. Virgilio tanto factum opus maius: quādo vna lingua loquens sensus rusticos
aptare elaborauit sine reprehensiōe sermonis. sunt quædā ꝓpria heroico carmini sublimia:
Sed bucolico humilia: quæ apte diuisisse virgilius notatus est. Nā quū Aeneas Didoni grās
ageret: eiusq; se quā diu natura eorũ stetisset: memoriā habiturũ ꝓfite ret: sic ait: In freta dũ
fluuij currēt: dum mōtibus vmbræ lustrabunt: conuexa Polus dum sidera pascet. Sic & Tity-
rus: quū beneficijs Augusti grās ageret: rerũ naturæ perpetuitatē pastori ꝯgruentibus sensib⁹
tractauit. sic: Ante leues ergo pascent in æthere Ceruí: Et freta destituēt nudos in litore pi-
sces. In hoc etiā carmine quosdā versus posuit: qui possent heroico carmini aptari vt sunt:
Huc ades o formose puer: tibi lilia plenis. Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallentes violas: & summa papaucra carpens Narcissũ & florē iunget bene olentis anethi.
Et qm̄ intelligebat sublimius se dixisse: nouissimũ versum adtenuauit: quo rustico sensui car-
men aptius fecit. Virgilius aũt vt bucolica scriberet: cām eiusmodi habuit. Antonius Octa-
uiā sororē Augusti vxorē habebat: Et prouinciā sortitus est Aegyptũ: Vbi quom Cleopatrā
adamasset & vxorē duxisset: repudio Octauiæ dato: & speraret de imperio Alexandriæ cōsti-
tuendo: hostis publicus appellatus est: quē ꝓsequutus Augustus: exercitũ in orientem duce-
bat: eumq; bello superauit apud actiacũ Apollinē. Italiæ ergo ciuitatib⁹ diuersas partes se-
quētibus Cremonenses & Mantuani neutri sunt auxiliati: Sed hoc Augustus indignatus ve-
teranis: quorũ operā in bello habuerat: agros cremonensiũ diuidi iussit: & si nō suffecissent:
mantuanos adiungi. Vñ factũ vti Virgilius quoq; agros amitteret: quos sexaginta veterani
acciperent: sed insinuatus Augusto per Cornelium Gallum cōdiscipulũ suum promeruit: vt
agros suos reciperet. Et eo facto cōcitauerat in se veteranos: adeo vt á Milieno Torone pri-
mipilari pene sit interfectus: nisi fugisset vt contestatur ipse quum ait.

Quod nisi me quacunq; nouas componere lites.
Ante sinistra caua monuisset ab ilice Cornix
Nec tuus hic Mœris. nec viueret ipse Menalcas.

¶GRATIAS ergo agens Augusto: ꝙ recepisset agros: bucolica scripsit sꝫ nō eodē ordine
edidit: quo scripsit. Est. n. ecgloga qua ereptos sibi agros queritur sic inchoans: Quo te Mœ-
ri pedes? an quo via ducit? in vrbē. Et ea posita est in vltimo: & prius queri fuit dānũ:
dein testari bñficiũ. Ergo præponi illa ecgloga debuerat. & sic hæc substitui: qua gratias agit.
Sed virgilij cōsiliũ hoc fuit: ne offenderet imperatorē: quoius sæculo librũ legendũ præbe-
bat: maluit instare testimonio. Nā ipsa ecgloga quæ est de Damno refert. nec in vltimo po-
sita est: ne vel sic insigniter legeret. Plerũqꝫ enim quæ in medio ponunt: inter prima delitescũt
Qua pronunciatione quæq; ecgloga legi debeat: sic ordinabitur: qm̄ in ipsis quæ cantāda pu-
tat: carminis facit mētionē. si nō putat hui⁹ omnino nois nō meminit. lōga scđa ecgloga cā-
tanda erat: ait in principio: O crudelis alexi nihil mea carmina curas. In tertia vsq; quo cā-
tanda nō fuit: prætermisit. at vbi cantandũ erat: ab Ioue principium musæ: Iouis omnia ple-
na ille colit terras: Illi mea carmina curæ. Et in reliqs ecglogis: hoc idē licet animaduertere.
Nā georgica quomodo pronunciarentur statim ostendit: dicendo: Hinc canere incipiam.
Item æneida: quoniam plasmare legi volebat: ait Arma virũq; cano.
Tityri & Mœlibei personas de Theocrito sumpsit. Sed tamē ratio hæc nominũ est hyrc⁹ liby-
ca lingua Tityrus appellat. Mœlibeus grecæ boum diligens. Congruentia igit pastoribus
nomina. Et totus liber per allegoriā intelligit: facit enim se esse Tityrũ & Melibœũ: Corne-
lium Gallum qui admiretur ꝙ virgilius solus agros retinuerit Nec mirandũ ꝙ infra se se-
nem dicit: quom certũ sit eum (vt. A. Pedianus dicit) xxviij. annos natus bucolica edidisse.
Nam eadem licentia senem se dixit: quum sit iuuenis qua pastorem se fecit: quum sit vrba-
nus: Aut Tityrum nominat quum sit Virgilius. Omne carmen in tres characteres diuidi-
tur. Drammaticon: in quo personæ tantũmō loquũtur. Exegematicon: in quo solus poeta.
Mixtum vbi promiscue & poeta & persona. Omnium specierum ecglogas in bucolicis po-
suit. Drámaticon erit prima Tityre tu patulæ. Exegematicon Sicelides musæ. Mixtum erit
prima syracosio dignata est ludere versu.

FINIS.

IOANNES BAPTISTA EGNATIVS VENETVS, NOBILISSIMO ET OPTIMO IVVENI FEDERICO IACOBI FILIO PVRLILIARVM COMITI. S. P. D.

MVLTI PAVCOS AB HINC ANNOS IVVEnis praestantissime literariae rei calamitatem miserati, quã mancipes isti librarij passim inuexerant; in id omnem industriam et studium collocarunt, vt rei omnium pernecessariae, & iam prope conclamatae opem quam maximam ferrent. Nec hi, contemnendam laudem, Quicunque ita versati sunt, vt operam suam doctis hominibus probarint, assecuti. Quidam ad superiorum diligentiam aliquid amplius addentes, eam characterũ venustatem, & voluminũ quae facillime quocũque circũferas, vsum excogitarunt, vt nulla felicitatis accessio maior sperari posse videretur. Caeterum plerique non multo post experientia (vt credere est) edocti, animaduertebant deesse non parum in his, quorum nouitas tantum paulo ante admirationis excitarat sui. Censebántque si quod deesset adderetur, fore vt cumulatissime omni hominum vitae, quod ad hanc partem attineret; factũ satis esset. vt enim in pingendi arte Monochromata ipsa a singulis coloribus dicta, post lumen & vmbras colorum differentia inuentas, non admodum placere poterant, Sic nuda illa volumina & nullis illustrata commentarijs post eorum operam semel probatam, haud sane grata videri. Verum illi consilium secuti suum, quid alij desiderarent, haud sane sibi magnifaciendum fortasse duxere. Praesertim cum ista iam tota commentandi ratio, in multis nostra tempestate, haud admodũ videatur probanda. Mea vero sententia, vt in alijs ab his nõ multũ diuersa, sic hac in parte omnino dissimilis. Neque enim adeo ab omni enarratione abhorret animus, vt quamuis plerique partim inepte, partim inerudite hãc studiorum partem attigerint, si qui tamen industrie & bene in his operam nauarint, velim eos alienam culpam praestare, & cum alienum peccatũ sit, aliorum stultitiae causa reos fieri. Et vt alios in praesentia omiserim, qui multa sua cum laude in interpretandi hac tota ratione elaborarint, Quis erit (quaeso) tam obduratae frontis, vt Seruij Honorati grãmatici laudes aut ipse non libenter praedicet; aut ab alijs praedicatas nõ summa animi aequitate audiat? Cuius nõ vulgaris eruditio, castigatissimaeque lucubrationes, adeo semper ab omnibus probatae sunt, vt nihil vel iniquorum iudicio aut acutius, aut pressius, aut denique melius hoc in genere legas. Nam & qui in illum castigationes quondam edidere facile illi pro sua modestia & eruditione, nunc tempori, nũc scriptoribus, quam Seruio notam inustã malle. Cũ igitur a Vergiliani carminis maiestate, vt ab Ioue Aratus, auspicatissimum exordium sumere placuisset, atque in eius carminis emendatione pro virili elaborassem, haud quaquam, tum ad communem vtilitatem, tum ad carminis perspicuitatem maiorem Seruij cõmẽtarios negligere statui. Cuius iniquissima fors miseratione cuiuis digna videri poterat. Mihi vero praeter miseratione summam tantũ moeroris attulit, vt nihil vnquam dolẽtius tulerim. Quippe quũ mutilus, mãcus, & lacer, vix

SER. a ¶ MOLLIA luteola pingit vacinia caltha: mollia vacinia pĩgit: idest componit de caltha luteola. Nã nisi luteola septim⁹ sit casus nõ stat versus. Mollia ãt tactus plumei. s. & hoc dicẽs ex colorũ diuersitate q̃rit ornatũ. b ¶ Cana legã tenera lanugine mala: mala dicit cydonia: q̇ lanuginis plena sũt: s; nõ pter obliqtatẽ. Na; vt i æneide diximus: apd̃ cretẽses ĩfamiæ genus iuuenibus fuerat nõ amatos fuisse: & verecũde rẽ inhonestã supp̃mit: quã Theocrit⁹ apte cõmemorat. c ¶ Castaneasq; nuces: bñ speciẽ addidit. Nã nuces dñr oĩa tecta corio duriore: vt auellanæ: amygdalæ: iuglãdes: castaneæ: sicut e ɔtra dñr poma oĩa molliora. d ¶ Mea quas Amaryllis amabat: ne eas viles existimes: q̃s Amaryllis est amare digna ta: Nã apd̃ illã ĩ ĩgẽti fuerũt honore. e ¶ Cærea pruna: aut cærei coloris: aut mollia. Ora. Cærea Telephi laudat brachia. f ¶ Honos erit huic q̊q; pomo: si a te dilectũ fuerit: sicut castaneæ in honore fuerũt amatæ Amaryllidi. g ¶ O lauri: licet Orati⁹ dixerit: Sub lauru mea: Melius tñ est iuxta secũdã formã inflectere. Nã melius sonat. h ¶ Proxĩa myrte: vel vicina lauro: vel ad odorẽ ꝓxima. Põt enĩ vtrũq; intelligi. i ¶ Sic positæ qm̃ suaues miscetis odores: qm̃ pmixtione vr̃a suauẽ odorẽ creatis. k ¶ Rusticus es Corydõ: arguit se stultitiæ: qd̃ eũ se sperat placare muneribus: q põt hẽre meliora: nã supra ait: Delitias dñi. l ¶ Iolas: vel ditior amator: vel eius dñs. m ¶ Eheu qd volui misero mihi? quo mõ eũ discedere dicit: quẽ supra cũ eo diximus nõ fuisse? Nã ait solus mõtibus & silvis: sed rõne nõ carere. Epicurei. n. dñt: qd̃ etiã Cicero tractat geminã esse voluptatẽ: vnã q̃ percipit̃: & alterã imaginariã. s. eã quæ nascit̃ ex cogitatione. Vñ ita debem⁹ accipere hũc vsum p cogitationẽ illa imaginaria voluptate: qua & cernere & alloq videbat̃ absentẽ. sed postq̃; obiurgatione sua in naturalẽ prudẽtiã est reuersus: caruit vtiq; illa imaginaria voluptate: vbi nũc sibi se obfuisse dicit p hãc ratiocinationẽ: Rusticus es corydon: nec munera curat Alexis: Nec si muneribus certes cõcedet Iolas. n ¶ Floribus austrũ: quo facilius arescũt. o ¶ Fontibus apros: q putos fontes cenosos efficiunt.

ANT. Vacinia ¶ VACINIA: flores nigros seu purpureos: de qbus supra. ¶ Mollia: aũt iucũda. ¶ Luteola. i. russa: est. n. luteus color russus dilucidior: vñ ei quoq; nomẽ esse factũ vester ab luce. s. auctor ẽ Cel. li. ij. ca. xxxvi. Et Pli. li. xxi. ingt. Lutei video honorẽ antiq̃ssimũ in nuptialibus flammeis totu; fœminis ɔcessu;. Luteus Color ¶ Caltha: violæ genus est cuius folia olẽt: nõ flores: vt Pli. li. xxi. c. vi. Caltha ¶ Cana mala: cotonea intelligit: q̃ græci cydóea vocãt: ex Creta insula aduecta plura eoru; genera. Chrysomella incisuris distincta colore ad aurũ inclinato: q̃ candidiora nr̃atia cognominata odoris p̃stãtissimi: auctor Pli. li. xv. Cana Mala ¶ Castaneasq; nuces: Nuces vocamus & castaneas: inqt Pli. li. xv. q̃q; accõmodatiores glãdiũ generi. Sardib⁹ eæ ꝓuenere primũ: hæc ille. Quõ aũt & mala & nuces differãt legito Mac. lib. iij. sat. Cærea pruna: Prunorũ ingẽs turba: inqt Pli. li. xv. sẽ aũt & nigra: atq; laudatiora Cerina atq; purpurea: sed pruna oĩa post Catonẽ cœpisse manifestũ est. Prunorum genera ¶ Et erit: si tibi placuerit. s. nã a te capiet auctoritatẽ. Vñ Pli. li. xiiij. de vinis gñosis Italiæ inqt. Ex alia vacinia vrbis Veliterna: priuernatiaq;: (nã qd̃ Signiæ nascit̃ auctoritate nimia cõtinẽdæ vtile aluo inter medicamẽta numerat̃) quartũ curriculũ publicis epulis obtinuere a Diuo Iulio. Is. n. primus auctoritatẽ ijs tribuit: vt epistolis eius apparet. Veliterna Vina ¶ Et te ꝓxima myrte: Proxĩa vel ad odorẽ rettulit: vel qa curru quoq; triũphãtes myrtea corona vsui sunt: sicut & laurea & Marcus Valerius duab⁹ coronis vtebat̃ laurea & myrtea: lege Pli. li. xv. ¶ Rusticus es Corydon: seipsum ignauiæ arguit: cũ aduertat meliora alexim ab altero accipere posse. ¶ Iolas: Pollio itelligit̃ pueri dñs: nã vti puero & sibi mutauit noĩẽ: ita & pollioni. ¶ Eheu qd vo. pœnitet eũ iã incepti amoris. ¶ Florib⁹ austrũ. austro. n. flores soluunt̃: zephyro fiũt: humid⁹ enĩ grauisq; auster est: vt Philosophus scribit lib. viij. de aĩalibus ¶ Apros: quibus quidã in luto volutatio grata est.

¶ CASTAneasq; nu. i. eã spẽs nucis q castaneæ dñr. De his Pli. castaneas ẽt nuces vocamus: q̃; uis glandiũ generi accõmodatiores sint. Sardib⁹ hæ primo venerẽt: vñ græci sardianos balanos appellabãt. Macrobi⁹ ait: ex auctoritate Opij eas heracleoticas vocari: de nucũ generibus dicemus alibi. ¶ Rustic⁹: CHRI.

arguit

arguit seipsum: & ait rusticus es: scilicet non solum quia sis natus ruri. Nam hoc omnes sciunt: sed qa iudicium: scilicet tibi rusticanum & insulsum est: Nam putas posse illum capi tuis muneribus: cum neq; donis moueatur: & si moueatur: habet alium ditiorem te qui te facile in dandis muneribus vincat. ¶ Austrũ: quo flante flores decutiuntur: & spes pomorum perit. ¶ Quid volui: Damnat stultitiaʒ suam qui deterrimum sumpserit consilium. ¶ Fontibus aprum: prouerbium rusticanum quo exprimitur stultitia eorum qui suis rebus perniciem immittunt.

Que[a] fugis ah demẽs? hitarũt[b] dij quoq; siluas
Dardaniusq; Paris. Pallas[c] quas cõdidit Arces
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia siluæ.
Torua[d] Leæna[e] Lupũ seqt, Lup[9] ipse Capellã.
Florentem Cytisum sequitur lasciua Capella.
Te Corydõ[f] ò alexi. trahit[g] sua quẽq; voluptas.
Aspice aratra[h] iugo referunt suspensa Iuuenci.
Et Sol[i] crescenteis decedẽs duplicat[k] vmbras.
Me tñ[l] vrit amor. quis eni modus adsit amori?
Ah Corydon Corydõ quæ[m] te dementia cepit?
Semiputata[n] tibi frondosa Vitis in Vlmo est.
Qui[o] tu aliqd saltẽ potius, quorũ[p] idiget vsus,
Viminibus, mollíq; paras detexere[q] Iunco?
Inuenies[r] alium, si te hic fastidit Alexis.

SER. a ¶ QVEM fugis ah dẽmẽs? Iterũ per phantasiam quasi ad præsentem loquitur: & quasi ille dixisset siluas: hic infert. b ¶ Habitarũt dij quoq; siluas Dardãiusq; Paris: Et Paris habitauit siluas: qui de dearum pulchritudie iudicauit. c ¶ Pallas quas condidit arces Ipsa colat: cũ dea artium Minerua dicitur: quia de capite Iouis nata est: sed quia dea est artium & ingenij: ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio: quippe quo regunt̃ vniuersa. d ¶ Torua leæna lupum: Theocriti sunt isti versus. & bene se reuocat ad rusticas comparationes: Pene enim fuerat lapsus dicendo: Palas quas condidit arces. e ¶ Leæna autem: dictuʒ est sicut dracæna. & quod ait: Torua leæna lupum sequitur: verum est. Nam necesse est vt veniente lupo aduentus agnoscatur leonis. f ¶ Te Corydon ò Alexi: Donoa antibacchius est: sed o breuis fit: quia vocalis vocalem sequitur: sic Hom. πλάγχθη ἐπεὶ τρόιης ἱερόν. g ¶ Trahit sua quenq; voluptas: Notatur a criticis ꝙ hanc sententiam dederit rustico supra bucolici carminis legem: aut possibilitatem. h ¶ Aratra iugo referunt suspensa iuuenci: Horatius: Videre fessos vomerem versum boues collo trahentes languido. & hoc vult dicere: omnia excepto amore finiuntur. i ¶ Sol crescentes decedens duplicat vmbras: variauit: Nã ait supra: Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ. k ¶ Duplicat auteʒ: auget. Salustius: Et Marius victus duplicauerat bellum. l ¶ Me tamen vrit amor: cum iam calor sit solis exhaustus. m ¶ Quæ te dementia cepit? id est cur amoribus vacas: cum multa sint quæ debes in agro perficere? n ¶ Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo ẽ: plus est q̃ si imputata diceret. Tolerabilius ẽ enim non incipere aliquid q̃ incepta deserere. Hinc est illud in primo: Me ne incepto desistere victã? Item in georgicis: Atq; opere in medio defixa reliqt aratra. Sane geminam arguit negligentiam: et ꝙ semiputata vitis sit: & ꝙ frõdosa vlmus: nã vtrunq; obest: vsi est in georgicis: Bis vitibus ingruit vmbra. Et aut simpliciter intelligimus hunc locum vt suam arguat negligentiam: aut certe illud est: non mirum me esse dementẽ: qui habeo vites semiputatas. Naʒ in sacris dicitur quod corripiatur furore qui sacrificauerit de vino: quod est de vitibus imputatis. o ¶ Quin tu: quinimmo: hortantis est. p ¶ Quorum indiget vsus: idest quæ vsus rusticus requirit. Sane & eget illa re dicimus: vt eget illo senatũ: & eget illius rei: Idẽ est indiget: Nã & hoc vtriq; iũgitur casui. q ¶ Detexere: multum texere. Finire: perficere. Nam de modo non minuentis est: sed augentis. r ¶ Inuenies alium si te hic fastidit Alexis: alium Alexim: alium puerum formosissimum: qui te minime spernat. & volunt quidam in hoc loco esse allegoriam antiquam in Augustum: vt intelligamus alium imperatorem: si te Augustus contemnit pro agris rogantem: sed melius simpliciter accipimus hunc locum. Nam nihil habet: quod possit ad Cæsarem trahi. Illud vo paulopost pene aperte dicetur in Augustum Cæsarem: Quoniam sors omnia versat.

ANT. ¶ PARIS: qui regius fuit. ¶ Palas quas condidit arces: hoc ait: quoniam teste Diodoro lib. vj. palladem vestium apparatu & ædificandi artem: exprimendiq; olei modum & multa alia inuenisse volũt. Idem quoq; Diodorus lib. i. scribit ꝙ putant aerem nomina-

tum paladem ac Iouis filiam dici: & virginem fuisse quoniam & nõ corrumpatur: & sublimio rem locus teneat: quapropter ex vertice Iouis dicitur nata. ℣ Torua leæna lupum. Climax est latine gradatio dicitur teste Fab. lib. ix. de qua latius in carmine Torua: terribilis: q̄ sit torto vultu. Trahit Terenti. in phor. ait. Verum ita hoc est quot homines tot sententiæ suus cuiq; mos: & Pli. epi. primo. Varia sunt hominum iudicia: variæ voluntates. Tamen q̄quis sol occiderit: Modus finis cum omnia finiantur. ℣ Ah Corydon: Finis huiusce eclogæ do cet nullo pacto vacandum esse amori cum propter illum assequendum & damna & dedeco cora plurima eueniant: vnde damnari non potest Maro cum talia scripserit. Quin tu aliqd ordo est. Quin cur non potius tu paras aliquid detexere viminibus & molli iunco: illorum saltem quorum indiget vsus: si quin esset hortantis hoc loco: ordo non procederet: legendus etenim esse para vel pares: quod non est in antiquis. ℣ Inuenies alium. Successore nouo vincitur omnis amans.

CHRI. ℭ TORVA leæna lu. de his feris dicetur in sequentibus. Voluptas autem leænæ in lupo est vt eũ voret. ℣ Cytisum: Frutex est de quo loco dicetur. ℣ Aspice: Ex hoc ostendit reliquos a labore quandoq; cessare. Suo autem amori nullam requiem dari. ℣ Semiputata tibi: Duplex sibi remedium aduersus amorem adhibet: primũ vt vacando rebus vtilibus ocium fugiat. Nam & Terenti Menedemus obiurgat in filio. Et Ouid. idem sendit cum ait: Queritur ægythus quare sit factus adulter In promptu causa est desidiosus erat. Et Florentinus Petrarcha: Amorem ex ocio & humana lasciuia natum: refert. Alterum vt nouo amore hunc pellat: Nam clauo clauus truditur: Et successore nouo tollitur omnis amans.

ECLOGA TERTIA PALAEMON.

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON.

DIC MIHI[a] Damœta cuium[b] pecus? an Meliboei? DA. Non.[c] verum Aegonis. nuper mihi[d] tradidit Aegon. ME.

SER. [a] DIC mihi Damœta cuium pecus? Transit eclogã plenam litigij & pastoralium conuitiorum. Qui. n. bucolica scribit: curare debet ante oĩa ne similes sibi sint eclogæ: q̃d & Virgilius fecit. Nã prima h̃et vnius ociũ: & alteri q de suo agro pellit conquestionẽ. Scdã amãte exprimit rusticũ. Hæc vo lites h̃et & altercationẽ. Vñ & dramatico charactere scripta est. Nã nusq̃ poeta loquit: sed introductæ p̃sonæ tm̃. Nouimus aũt tres esse characteres dicẽdi: Vnũ exegematicũ: in quo tm̃ poeta loquit: vt est in tribus libris georgicorũ. Alius drãmaticũ: in quo nusq̃; poeta loquit: vt ẽ in comœdijs & tragœdijs. Tertiũ mixtus est: vt in æneide. Nã & poeta illic & introductæ p̃sonæ loquunt. Hos aũt oẽs characteres in bucolico esse cõuenit carmine: sicut liber & iste demõstrat. Nã h̃et illũ exegematicũ: In quo tm̃ poeta loquitur: vt Sicelides musæ paulo maiora canamus. H̃et mixtũ: vt Extremum hunc arethusa mihi cõcede laborẽ. Nã & Gallũ illic inducit loquẽtẽ. Habet drãmaticũ: vt in prima ecloga: Itẽ in hac quã miro ordine ex rebus cõibus venientẽ cõposuit. Habet. n. in ipso quasi primo occursu lites & iurgia: Inde quæritur iudex: quo p̃site habeant cõflictũ & disceptationẽ. Sequit inde s̃nia quæ vniuersa concludit. b ℣ Cuiũ pecus? Ab amaritudine cœpit. Nã dicẽdo cuiũ pecus: ostẽdit eus esse mercenarium. Cuium aũt antiq;: aut vitans ὁμοιοτέλευτον: ne diceret cuius pecus: q̃d mõ triũ est generũ: Antiqui dicebant sicut me' mea meum: sic cuius cuia cuium. Terenti. Quid virgo cuia est? c ℣ Nõ verum ægonis: Amare & hic riualis eius pecora esse dicit: vt & diuitias illius ostẽdat: & dicat duras esse hui' partis: siquidẽ riualis eius traditis ouibus solus amicæ cõmunis amoribus vacet. d ℣ Mihi tradidit: meæ fidei commisit & credidit.

ℭ DIC mihi Da. Sũpta est ecloga maxĩe a Theocriti amore ingt Oui. q̃rta & q̃nta: in q̃r ta Battus & Corydõ colloquunt: est aũt initiũ tale Batto interrogãte: illo postea r̃ndẽte. Dic mihi o Coridõ: cuius pecus? est nephilõdæ? R̃ndet Corydõ: non: verũ ægonis nup mihi tradidit ægon: inde Battus ait: Me custode boni tõderẽt pascua prati. R̃ndet corydõ: Nõne boues furtim sero sub vespe mulges? Scribitur fuisse quẽdã: q liuore ductus: vt Vir. derideret duo carmina: prima sic mutauerit. ANT.

℣ Dic mihi Da. cuium pecus: anne latinũ.

℣ Non: verũ ægonis nostri sic rure loquuntur. ℣ Cuium: id cuius cuia cuium variatur: de quo lege Pris. lib. xvij. ℣ Pecus: ouium gregem hic intelligit: vt Ouidi. lib. xiij. met. Hoc pecus omne meum est: vbi de ouibus & capris intelligit.

ℭ DIC mihi. Stati in iurgiũ p̃rũpit: & vt ostẽdat summũ cõtẽptũ veluti vilissimo ĩperat: & tãq̃ cert' q̃ pec' suũ nõ sit cui' sit ĩterrogat. CHRI.

ℭ NEÆRAM

Infelix ò semper ouis pecus. ipse Neæram [a]
Dum [b] fouet, ac ne me sibi præferat [c] illa, vereẽ;
Hic alienus Ouis custos bis [d] mulget in hora.
Et succus Peco:i, ꝛ lac subducitur Agnis. DA.
Parcius [e] ista viris tamen obijcienda memento.
Nouimus [f] ꝛ qui te trãsuersa [h] tuẽtibus Hirqus,
Et quô, sꝫ faciles [i] Nymphæ risere; sacello [g]. ME.

SER. a ¶ NEÆRAM:amicã cõmunẽ suam ꝛ Menalcæ. b ¶ Dũ fouet:dum amplectitur. c ¶ Præferat illa veretur:ac si diceret ideo timet ab ea discedere: qa scit me præferri si ipse discesserit. d ¶ Bis mulget in hora:qđ vix per totũ diẽ potest ĩ ouibus fœcũdis fieri. Nã pro laude in georgicis posuit bis ad diẽ mulgeri oues dicẽs: Quod surgẽte die mulser: horisq; diurnis: Nocte pmunt qđ iã tenebris ꝛ sole cadente Sub lucez exportant calathis. Quid sit bis mulget in hora ipse dicit:Et succus pecori ꝛ lac subducit agnis. e ¶ Parci⁹: Melius hic distinguiẽ:licet possit dici ẽt Parcius ista. Sensus aũt est:Noli valde hæc obijcere:tñ scias viris fortibus obijciendas rapinas:Ipse.n.ait in.viij. Conuectare iuuat prædas ꝛ viuere rapto. f ¶ Nouimus ꝛ q te:subaudis corruperunt:qđ suppssit verecũde.licet Theocritus aperte ipsam turpitudinẽ ponat ꝗ exprimat.

ἢ ὄυ μέμνᾳ ὅτ᾽ ἔγω κατήλασα, χαὶ τὺ σεσαρὼς
ἐυ πότε κιγκλίζευ.

g ¶ Sacello.i.in quodam sacro:Nã diminutiue dictum est. h ¶ Transuersa tuẽtibus hirqus.i.vestram turpitudinez indignantibus. Alij hoc improbãt ꝛ legũt hirquis. Hirqui ãt sunt oculorum anguli ſm Suetonium Tranquillum in vitijs corporalibus:vt sit sensus: Nouimus qui te corruperit hirquis transuersa tuentibus:ꝛ est hypallage:pro oculis in hirquos retortis:Quã rẽ solet libido pficere:Vñ Iuuenalis:Oculosq; in fine trementes. Persius:Patranti fractus ocello. i ¶ Sed faciles nymphæ risere:ideo inquit:Indulsere nymphæ:quia mites sunt ꝛ exorabiles.sic in georgicis:Et faciles venerare napæas.

ANT. ¶ INFELIX ò:dolentis admirãtisq; interiectio est. ¶ Semper.o.i.molle ꝛ debile:ait.n. poeta li.g.iij.Glacies ne frigida ledat molle pecus. ¶ Fouet:amplectiẽ. ¶ Bis mulget in hora:scribit Var.lib.ij.ca.ij.interea dũ nutricanẽ agni eorũ matres nõ mulgendas vel melius oĩno ppetuo:qr ꝛ lanæ plus fuerunt ꝛ agnos pluris. ¶ Pecori ꝛ lac:non fit hoc loco synalœpha nec scribẽdũ est: lac ꝛ vt quidẽ fecere textus deprauantes. ¶ Parcius ista viris.i.modestius ista dicenda sunt viris:hoc ẽ claris ꝛ dignis.Tñ obijcienda memento.i.q̃ tibi obijci possunt. ¶ Et qui te:corrupere:intelligendum est.n.verbum pudoris gratia decenter subtractũ:placet aũt Quinti.li.ix.hic esse synecdochen. ¶ Transuersa:pro transuerse. ¶ Faciles:mites. ¶ Sacello:id a sacro diminutiuum est:est.n.locus paruus deo sacratus:cuz ara:Trebatius auctor est:vt Gellius refert lib.vj.ca.xij. Sacelli

CHRI. ¶ OVIS pecus:Ouis ſpẽs ẽ:pec⁹ gen⁹: Est aũt a græco.Illi.n. ὄϊς dicunt nos digamma æolicũ in u consonantem interponimus ꝛ dicim⁹ ouis sicut ab eo quod est ὠὸν dicimus ouum:Oues vt refert Aristote. in lib. de aĩali. Pascere sedulæ ac stabile solent ex potu pinguescunt:itaq; dant sale quinto quoq; die. ſ. singulis centenis singulos modios.Sicq; incolumes ꝛ pingues conseruantur sale sub inde plus æquæ hauriunt:ꝛ hinc plus lactis prouenit:opimat illas olea oleaster ꝛ palea quæ omnia salsugine solẽt aspergere. Aqua in autũno aquilonia q̃; austrina vtilior ẽ:ꝛ pascua ad occasum spectantia prosunt:iudicant pastores,eam meliorẽ quæ pruinam susceptam: hibernis temporibus seruat. Naz imbecillæ oues parum constantes discutiunt suo motu. Pelles velleraq; ouiũ quas lupus occiderit ꝛ vestes ex ijs factæ aptiores sunt ad pediculos gignendos. ¶ Mulget:Huius pteritum deberet esse mulsi velut indulgeo indulsi:ꝛ vrgeo vrsi:sed Prisciano teste vt differat ab eo quod est mulceo quod facit mulsi scribitur p x ꝛ facit mulgeo mulxi. ¶ Succus: proprie humor est quo animalis corpus alitur ac sustentatur. Teren. Corpus solidum ꝛ succi plenum. Qui vo corruptus est humor plus dicitur:si vo nimis mulgeaẽ fœmina macrescat oportet:qm̃ vniuersus succus quo erat alendum: corpus inde fluit. ¶ Parcius ista viris: Non videtur quadrare huic loco versus qui a Seruio inducitur: primo enim conuectare iuuat prædas ꝛ viuere rapto ad venationes rectius referri videtur vt in eo loco exponemus. Deinde etiam si laudaret ibi prædas ex hostibus raptas laudaret robur ꝛ audaciam. Hic autem quod robur est lac subripere ac furari. Quapropter hanc a Vir.hic inductã credo sententiam. Quãuis tu ingenij tui prauitate multa multis obijcias:tamen hæc q obijcis de furto:quoniam in eo vitio nulla est excellentia animi noli obijcere viris:idest fortibus hominibus: qm̃ non verisimilia sunt in eorum ingenio:neq; ipsi æquo animo ferrent:ergo hæc tam vilia tãq; humilia. ¶ Viris:qui si quando peccant elatione animi nõ humilitate peccant. ¶ Viris:quasi dicat:mihi qui vir sum:ꝛ iniuriam vlcisci potero. Succus Ouis Pecus

Tum credo[a], cum me arbustū videre Miconis,
Atq; mala[b] vites incidere falce nouellas, DA.
Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcuȝ
Fregisti; ⁊ calamos[c], quæ tu peruerse[d] Menalcaȝ
Et cum vidisti puero donata, dolebas.
Et si non aliqua[e] nocuisses, mortuus esses. ME.
Quid domini[f] facient, audent cū talia fures?
Non ego[g] te vidi Damonis pessime Caprum
Excipere[h] insidijs multum latrante[i] Lycisca?
Et cum clamarem quó nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus, tu post[k] cárecta latebas. DA.
An mihi cantando victus non redderet ille,
Quē mea carminib⁹ meruisset Fistula Capruȝ?

SER. a ℂTVM CREDO: ⁊ rustice ⁊ naturaliter respondet. Non enim ante purgat obiecta: sed alia obijcit: Ita enim irati facere cōsueuerūt: cum aut non potuerint: aut noluerint obiecta dissoluere. b ℙ Mala falce: qua tu male vteris. Et dictū ex affectu vtētis: sicut: Inutile ferrū Cingit. In hoc autem maximus nefas est: quod ait: vites nouellas. Nā vetulæ ⁊ cuȝ vtilitate inciduntˀ. Fuerat autem capitale supplicius arbores alienas incidere. Et arbustū quidā locuȝ: in quo arbores sunt volunt accipere: sicut salictum.
c ℙ Et calamos: Nā habētˀ arma pastores: vt in georgicis docuit. Armaq; amyclæumq; caneȝ: cressasq; pharetras. d ℙ Peruerse menalca: Aut conuerse ad turpitudinē: aut ītelligamus fuisse quendā Menalcam nobilem: vt istū peruersuȝ Menalcaȝ dixerit illius cōparatione: Sic Salu. Sæuus iste Romulus. e ℙ Aliqua nocuisses: idest aliquatenus: aliq rōne. f ℙ Quid dñi facient audent cuȝ talia fures? Plerunq; psonæ suis noībus exprimūtur: plerunq; per officia designantˀ: vt si dicas philosophus: nomen ipsius ponis. Si aūt velis dicere sapientiæ operam dans psonā exprimes per officiū: sicut hoc loco. Nā pro seruo furē posuit. Furta enim specialiter seruorum sunt: Sic Plautus de seruo: Homo es triū litterarū. i. fur. g ℙ Nō ego te vidi: manifeste eū furti arguit dicendo vidi. h ℙ Excipe: dolo capere: vt Excipit incautū. i ℙ Latrante lycisca: Lyciscæ sūt: vt etiā Pli. dicit Canes nati ex lupis ⁊ canib⁹ cū inter se forte miscentˀ. k ℙ Post cárecta latebas: loca caricis plena. Carex āt herba ē acuta: ⁊ durissima asparago similis: alibi: Et carice pastus acuta. Sane superp hoc loco supfluam eē allegoriā dicentes rē nusq; lectā de Virgi. Aiunt enī hoc: Varrus tragœdiarū scriptor habuit vxorē litteratissimā: cū q Virgi. adulteriū solebat admittere: cui etiaȝ dedit scriptā tragœdiā: quā illa marito dedit tanq; a se scriptā. Hanc recitauit p sua Varrus: quam rē Virgilius dicit per allegoriā. Nam tragœdiæ præmiū caper fuerat. Oratius: Carmine qui tragico viles certauit ob hircum. Sed meli⁹ simpliciˀ accipimus. Refutandæ enī sunt allegoriæ ī bucolico carmine: nisi vt supra diximus: ex aliqua agrorū perditorū necessitate descendunt.

ANT. ℂTVM credo: aliud obijcit crimen: vt suus dissoluat. ℙ Nouellas: quod maioris damno accedit. ℙ Puero donata: Theocrit⁹ quoq; ait lignta: Hoc quasi Donatuȝ vidisti tergere lacon: Egregio si non nocuisses mortuus esses. ℙ Fures: seruos intelligit. Ii. n. sæpius furta cōmittuntˀ. ℙ Lycisca: dr̄ quasi lyci scylax. Lycos eniȝ lupus dr̄: scylax vero catullus. ℙ Proripit: procul rapit. ℙ Carecta: carex herba ē q nascitˀ in paludibus teste Probo: Est aūt acuta: hinc Maro li. iij. Geor. ⁊ carice pastus acuta. ℙ An mihi: cū negret obiectū apertūq; crimen repellere purgat se: nā cōfessionē pcedit defensio: qđ etiā Fabius meminit li. ix. ℙ Redderet: reddere debebat.

Lycisca

Carex

CHRI. ℂARBVSTVM: Locū arboribus cōsituȝ. Columella de re agraria. Qui vineas vel arbustū constituere volet: seminaria prius facere debebat. Itē alibi. Itaq; cui arbustū nouuȝ instituere cordi est: seminaria vlmorū: fraxinorūq; parentˀ. Ergo seminaria sūt: vbi seminantˀ arbores. ℙ Arbustū: locus quo transferentˀ iam grádiusculæ factæ. Semina etiam dicuntˀ nouellæ plantæ anteq; transferantur. Alij putant arbustū continere arbores: qbus vites adiunguntˀ. ℙ Fures. q. d. qd faciēt dñi gregū: cū fures hoc audēt. Nā furti coarguit eū: cū dixit: Et succus pecori: ⁊ lac subducitˀ agnis: ac deinde illi furto hoc addit ꝙ ipse suis oculis vidit. ℙ Caprus: pro hirco: vt puto posuit: Nam pprie capri castrati dicuntur in hoc genere: queadmodū capi in genere gallinaceo. Et vterq; qa testibus capti ⁊ priuati sint: in suæ ꝟo dicimus maiales in ouillo pecore veruecem in equis canterium. De capro ꝟo ⁊ hirco audi Martialem. Cum iugulas hircum: factus est ipse caper. ℙ Lycisca: nomen proprium suæ canis: Nam quod ait Seruius nō memini legisse. Scri. tñ Pli. indos ex tygribus canes cōcipere. Nā coitus tpe, in siluas alligant fœminas. Primo tñ ⁊ secūdo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio educant. Hoc idem gallos e lupis facere ait: potest tñ esse lycisca a lupo: q λύκος græce dr̄. ℙ Redderet: reddere debuisset.

Seminaria

Semina

Capri

Maialis

Veruex

Cāteri

ℂMEVS

Si nescis meus[a] ille Caper fuit, & mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere[b] posse negabat. ME.
Cantando[c] tu illum? aut vnq; tibi Fistula cera[d]
Iuncta fuit? non tu in triuijs[e] indocte solebas
Stridẽti miserũ[f] stipula disperdere carmẽ? DA.
Vis ergo[g] inter nos quid possit vterq; vicissim[h]
Experiamur? ego[i] hãc vitulam, ne forte recuses,
(Bis venit[k] ad mulctram[l], binos alit vbere fœtus)
Depono[m] tu dic mecũ quo pignore certes. ME.
De grege[n] non ausim quicq; deponere tecum.
Est mihi nanq; domi pater; est iniusta[o] nouerca.

SER. a ¶MEVS caper: debit' merito victoriæ. b ¶Reddere posse: scilicet ne suo iudicio videretur esse superatus. c ¶Cantando tu illũ? imperitus peritũ. d ¶Cera iuncta fuit: supra: Pan primus calamos cera cõiungere plures Instituit. e ¶In triuijs: Consuetudo enim fuerat vt per triuia et quadriuia vlularent: & flebile quiddam in honorem Dianæ cantarẽt rustici ad reddendã Cereris imitationem: quæ raptam Proserpinam in triuijs clamore requirebat. Nouimus autem eandem esse Proserpinam quam Dianam: sic in æneide. Nocturnisq; hecate triuijs vlulata per vrbes. f ¶Miserum carmẽ: triste: flebile: quale canunt stipulæ: & quod cõgruit ad imitationẽ matris orbatæ. g ¶Vis ergo inter nos: aut nostri comparatione: aut quod melius ẽ nullo iudice præsente: postea enim ex improuiso Palæmon aduenit. h ¶Vicissim experiamur: idest amœbœo carmine. Amœbœum autem est quoties hi q canunt: & æquali numero versuum vtuntur: & ita se habet ipsa responsio: vt aut maius: aut contrarium aliquid dicant: sicut hic sequentia indicabunt. i ¶Ego hanc vitulam: subdistingue vt ita intelligamus: ne eam vilem existimes. k ¶Bis venit ad mulctram: binos alit vbere fœtus: vt eam laudare ex fœtu & ex ætate videatur. Male enim quæstionem mouent dicentes vitulam paruam esse: nec congruere vt eam iam enixam esse dicamus: sed debere nõ iuuencam subaudire: vt sit. Ego hãc iuuencam pono vitulam ne forte recuses: nam & vitula a viridiore ætate dicta est: sicut virgo: vt paulo post ipse dicturus est: Si ad vitulam spectas nihil est quod pocula laudes. Item Et vitula tu dignus: & hic: Vnde & iuuencam subaudire non possumus: sed secundum superiorem sensum intelligamus. Vitula enim ẽ nomen ætatis non quod tantũ ante partũ vaccæ possideant. l ¶Mulctram: & fœmineo genere dicimus hæc mulctra: & neutro hoc mulctrare: Vnde est in georgicis: Implebũt mulctraria vaccæ. Alij faciũt discretiones vt sit mulctra tẽpus quo mulgent animalia: Mulctrare vas in quod mulgentur. m ¶Depono: in sponsione colloco sequestro. n ¶De grege nõ ausim quicq; deponere tecũ: Supra enim cũ aliena pascere dixit animalia: vt. Dic mihi Damœta cuium pecus? o ¶Iniusta nouerca: epitheton generale nouercarum.

ANT. ¶AVT vnq; tibi fistula cera? Theocrit' quoq; ait in q̃nta. An fuit vlla tibi calamis cõpacta canoris Fistula? q̃ pecudes fierẽt p gramina lætæ: Nõne tuos cantus disperdere raucus inertes: Stridẽti stipula iam cũ Corydone solebas? ¶Miserũ carmẽ: q̃a ab illo male canebat: vel flebile vt aiunt: si volueris intelligere illorũ morẽ: q in triuijs flebile canerent in honorẽ Dianæ ad cereris imitationẽ. ¶Vis ergo: ordo est. Vis ergo vicissim experiamur inter nos quid possit vterq;: Ego hãc vitulã. Theocritus quoq; ait in q̃nta: Ergo hædũ si forte velis deponere mecum. Nil sacrum sanctũq; nihil nullaq; minoris. Rem facio: certabo equidẽ dũ victus abibis. Et domitũ donec teipsum fateare canendo. ¶Mulctram: mulgendi vasculum

CHRI. ¶IPSE fatebatur mihi: quasi dicat: ipse mihi hoc est cũ soli & sine testibus essem'. ¶Fatebatur: quasi coactus a pudore a quo negare phibeatur. Fatemur.n.coacti: Cõfitemur spõte. ¶Sed reddere pos. ne. fatebatur debitum cũ nõ adessent testes sed dicebat non esse soluendo. ¶Cantando tu illũ: in singulis verbis magna vis est cantando. q.d. ea re cuius tu nullã habes experientiã. ¶Tu illũ. i. indoct' doctissimũ: insurgit aũt ex indignatione quod irati est: & eclypsi vtitur. Detraxit.n.verbum s. vicisti: adhibet etiam interrogationem q̃ frequentissime in ore est iratorum: sic Teren. egone illũ? q̃ illa? q̃ me? q̃ non? ¶Fistula cera iuncta: potuisti quidem singulas fistulas inflare: vt q̃oẽs indocti solent: ex qua nulla videt erudita musica nasci posse. ¶Plures autem calamos quod panos inuentũ est cera cõiunctos: in quibus artificium apparere põt ne habuisti quidẽ. ¶Stipula: placet aũt quod dicit Ser. de sacris Dianæ. Sed possumus tñ dicere in triuijs. i. carmẽ triuiale: Nã mendici q indocti sunt vel stipe in triuijs vel pro lucello ducti ita canunt vt carmẽ disperdant. Dixit.n. disperdere cũ ex inexpientia ita effluat sonus fistulæ vt nõ cõprimat debitus refractus & cõuenientes distinctiões. ¶Vitulã optimũ præmiũ. Nã in illa & pp ætatẽ & pp sexũ spes est ppagãdæ sobolis. Vitulus aũt ita dicit in genere bubulo vt in equino & asinino pullus. Sed

Fateri

Cõfitẽ

Vitula

etiā in elephāte vitulū iueni mns:posuit aūt vitulā p adulta vaca. Res autem multi facienda q̄ z bis mulgeaī:z q̄ rarissimū est binos alat fœtus. Depono:deponimus re cū illam alicuius fidei seruandā tradimus. hinc dicimus boni viri eē reddere depositū. Sic ꝑmiū certaminis qm̄ penes aliquē seruandū damus deponē dicimus. Nouerca:dr̄ quasi noua princeps:nā defuncta matre pueri illa q̄ supinducit̄ vxor priuigno noua princeps inducit̄ ei:priuignus aūt dicitur q prius q̄ illæ nouæ nuptiæ factæ fuerint:genitus sit. Depono Nouerca priuign

SER. a BIsq̄ die numerant ambo pecus:z duo vadit ad pascua:z duo inde reuertit. b Alter et hædos: Male quidam priuignū accipiunt. Alter. n. de duobus dicimus non de

Bisq;[a] die numerāt ambo pecus, alter[b] z hædos.
Verū id, quod multo tute ipse fatebere maius,
(Insanire[c] libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini[d] opus Alcimedontis;
Lenta quibus[e] torno facili superaddita Vitis,
Diffusos Hedera vestit pallente Corymbos[f].
In medio duo signa, Conon[g], z quis fuit alter?

funditur enim genus: vt ibi. Dulce satis humor: depulsis arbutus hædis: ad dulce enim quod est neutrum tam masculina q̄ fœminina reddit: de hac iati in carmine.

tribus:vnde alter de nouerca intelligamus. Nec nos moueat q̄ alter dixit de fœmina:nā z in subauditione ponunt̄ ea quæ non possumus dicere:z scimus quia quoties hæc duo genera iungūtur:masculinū præpōderat fœminino. c Insanire libet quoniā tibi:vel sub sponsione cōtendere: vel quod melius ē carmina cōponere. Nā insani dicuntur poetæ. d Diuini opus Alcimedontis:laus ab artifice. Cicero:Polycleti esse dicebant: Pocula autē fagina:quasi rem maximā. e Quibus torno facilis:Donatus sic legit. legitur z tamen torno facili ad excludēda duo epitheta:quod est in latinitate vitiosum:ꝯ sit lenta facilis vitis. f Corymbos: vuas hederarum. g Conon:dux fuit cuius nomen dicit:quia in omnium ore versatur. Nam philosophi tacet:quod non potest faciie ad rusticum peruenire:z bene ea dicunt philosophi: quæ ad rusticum pertinent:vt Tempora quæ messor:quæ curuos arator haberet.

PRO. CONON:Conon samius mathematicus. Sed q̄uis fuerint mathematici eleganter rusticum errantem induxit dicentem Quis fuit alter. Alter enim accipitur vnus ex duobus in alio sic Conon mathematicus ægyptius natione Ptolemeo ad sidotis libros de astrologia septem reliquit. Alterum post Cononem:quem dicat incertum est. Sed suspicantur Archimedem: q̄ Cononis discipulus: Quidam Eudoxum Cnidium: qui de astrologia disputauerit: Quidam Aratum: in quem fides videtur nutare quoniam prognostica fecerit: Quidam Hesiodum q̄ dixerit πλιιάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων:quod z hic tēpora quæ messor quæ curuus arator haberet.

ANT. BIS:mane z vesperi:q̄q̄ binos etiā fœtus alat:q̄d quidem maxime fecunditatis ē. Alter z hædos:de nouerca intelligit:est autem figura alleotheta:idest aliter posita: seu variatio; vel alloesis:idest permutatio: con-

Verū id:ordo est. Verū.i.sed quonia; libet tibi insanire:ponā id:quod tute ipse fatebere multo maius:appositio pocula fagina. Pocula fagina:imitatio Theocriti ioco sic ē. En hædum depono meum pinguedine tardum: Agnus etiam subnecte tuum pro pignore pinguem. Et mecum si nunc audes contendere tenta. Pli. autem libro. xvj. c.lv. sic ait: fagis pectines transuersi l pulpa apud antiquos inde z vasis honos. Marcus curius iurauit se ex præda nihil attigisse præter guttum farginum: quo sacrificaret. Opus alcimedontis:ab artifice tribuit illis dignitatem. Lenta quibus:ordo est quibus facili torno superaddita lenta vitis:vestit corymbos diffusos ab hedera pallente. Vitis:Theocritus quoq̄ ait in prima: Et Scyphum multo imbutum tibi nectare binis Auribus amplexum:ligni redolente sapore:Donabo:labris pallens inflectitur amplis Hinc hedera: hāc circum frondens superaddita vitis: Cū croceis hederæ ramo ridente corymbis. Corymbos:cotymbon rostrum nauis dicitur: corymbos cacumen:ora corymbus. Dicuntur autem corymbi racemi hederæ: vt etiam scribit Pli. libro. xvj. Conon:fuit conon Atheniensium dux: de quo Aemilius Probus z Iustinus libro. v. hic vero de astrologo intelligitur:ait enim Probus: q̄ conon samius mathematicus de astrologia libros septem reliquit. Et quis fuit alter: Anaximā der milesius primus terræ marisq̄; circulitus descripsit:z sphæram insuper construxit. Auctor est Laertius z Strabo. li. xiiij. de hoc igitur intelligendum. Corymbon Conon

INSANIRE libet:putat enim insanias nimis præcioso pignore certare. Fagina: ex fago quæ arbor in p̄cio erat apud Priscos. Opus:recte. Nam opus est quod factum remanet. Nam bonus est opus fabri. Vnde quarto. Pendent opera interrupta minæq̄ murorum:operatio est ipsa actio:opera vo labor z industria: CHRI. Opus Opatio Opera

bor ⁊ industria: quæ adhibetur circa agendum. ¶ Alcimedontis: Torno græcum est. Illi τόρνος ⁊ inde τορνεύειν dicunt. ¶ Signa: signum est quo aliquid in notitiam nostram inducitur: vt Signa tibi dabo tu condita mente teneto. Per quandam deinde similitudinem dicimus signa militaria: idest vexilla: vt signa pares aquilas ⁊ pila minantia pilis. Item quemadmodum simulacra picta tabulas appellamus: sic ea quæ cælata: sculpta, ficta: fusa ue sunt: signa dicimus. Ergo signa: idest simulacra. Hic sigilla parua signa: hinc sigillaria. ¶ Conó: duos excellentes viros eodem nomine fuisse accepimus: Alterum atheniensem imperatorem egregium quem respu. sua omnibus insulis præfecit. Ipse autem sua virtute victis lacedæmonibus patriæ libertatem restituit. Alterum mathematicum insignem: quem Probus grãmaticus summum fuisse scribit. Hic vt refert Hyginus Ptolemeo regi retulit se vidisse crinem. Berenices reginæ iter sydera collocatum. Vnde Catullus: Idem me ille conon cælesti numine vidit e bereniceo vertice cæsariem. Et Proper. Nauta de seipse ait: Me rotat archytæ soboles babylonius orops: Oron ⁊ a proauo ducta conone domus. Itaq; placet mihi q̄ ⁊ Probo placere video: Maronem cum de altero tanq; de astrologo quærat sic Cononem non exercitus ducem: sed astrorum peritum intelligit: Hic de astrologia septem reliquit libros.

Descripsit radio[a] totum qui gentibus orbem;
Tempora quæ messor, quæ curuos arator haberet?
Nec dũ[b] illis labra admoui, sʒ cóndita seruo. DA.
Et nobis[d] idé[c] Alcimédon duo pocula fecit,
Et molli[e] circùm est ansas amplexus Acantho.
Orpheáq; in medio posuit, siluásq;[f] sequentes,
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulã spectes, nihil ẽ q̄ pocl'a laudes. ME

SER. a ¶ RADIO: idest virga philosophorum: q̄ geometræ lineas indicant. Inuenta autẽ hæc est ars tempore quo Nilus plus æquo crescens confudit terminos possessionem: ad quos innouandos adhibiti sunt philosophi: qui lineis diuiserunt agros. Inde geometria dicitur: cum non tantum terræ: sed etiam maris ⁊ cæli: ⁊ aeris spatia metiri consueuerit: significat autem aut Aratum: aut Ptolomæum: aut Eudoxum. b ¶ Nec dum illis labra admoui: hypallage: pocula enim labris adhibemus: vt Dare classibus austros: ⁊ tantam in eis dicit venerationem: vt nec dum illis vsus fuerit. c ¶ Idem Alcimédon: Irrisio est facta iteratione verborum: ⁊ mire omnia in vituperationem trahit quæ ille laudauit. d ¶ Et nobis fecit: ac si diceret putas te solum habere pocula: cui enim Alcimedon non fecit? tu pro reuerentia ea non tangis: ego ideo quia vilia esse existimo. e ¶ Molli acantho: quia ille dixerat Lenta vitis. f ¶ Siluasq; sequentes: non secutas: sed quasi adhuc sequentes.

bacchas semp frondentis acã thi. ¶ Orpheaq;. De hoc nos ecloga quarta. ¶ Nec dũ: Theocritus in .i. Nec dũ illi labra admoui: sed q̄ dir' arca intactusq; manet tanto te munere dignũ Efficiam mihi si dulcem cantauerls hymnũ.

CHRI. ¶ RADIO: virga est qua mathematici lineas ĩdicant. Radios etiã solares dicimus. Itẽ q rotas currũ intersecant. Oui. Aurea sũmæ curuatura rotæ radiorum argenteus: ordo. Itẽ etiã quos textores ad telas adhibẽt. ¶ Illis labra admoui: Cẽseo nõ Hyppalage vsũ esse: sed voluisse vel venerationẽ: qua pocula coleret demonstrare. nam hmõi rebus solemus ob reuerentiã potius labra admouere q̄ illas labris: vel morẽ rusticanorũ q adeo solent pocula ĩplere vt veriti ne inter mouendum aliquid inde excutiatur os ad illa demittunt: nõ illa ad os attollunt. Alcimedon nõ puto aũt vt hæc dicat quia velit vilitatem afferre poculis: sed vt ostendat se non minus acceptum Alcimedonii fuisse ⁊ quãto pluris illa facit: tanto pluris vitula facienda sit quã illis p̄fert. ¶ Acantho: acanthus frutex in ægypto est semper frondens sic dicta: quia spinis est plena. ¶ Orphea: de hoc diceemus in sequentibus. ¶ Sequentes magna artificis laus cum siluas dicat non secutas: sed sequentes: idest ita sculptas: vt videãtur etiam nunc sequi: ⁊ quasi moueri. ¶ Ad vitulam spe. i. si animum ad vitulæ qualitatem conuertas. ¶ Nihil est q̄. p. l. No. q̄ non sint digna laude per se sed obruũtur illæ laudes cõparatione vitulæ. Veluti: si dicamus lucere qdem lunam: sed si solis lucem consideremus: euanuerit lux lunæ.

SER. ¶ RADIO: virga geometrica. ¶ Tempora quæ messor: de his late in primo Georgi. Amplexus. Theocritus quoq; in prima. Præterea viridi circum est amplexus achãto pastorale decus. ¶ Acantho: est acanthus vrbana herba elato longoq; folio: crepidines marginum assurgentiumq; puluinorum toros vestiens. Duo genera eius sunt: aculeatum ⁊ crispum: quod breuius. Alterum leue. Plini. auctor li. xij. Est autem flexibili virgulto: hinc legitur lib. iiij. Geor. flexi vimen acãthi. Est etiã arbor. Vnde secundo Geor. est: ⁊

SER. a ¶ NVNQ; hodie effugies: ac si diceret ne contendas: excusationes reqris: nõ qa vilia æstimas pocula. b ¶ Veniam: descendam. c ¶ Audiat hæc tantum: subaudi aliquis. d ¶ Tantũ autẽ: ideo qa suspicatur eũ victũ non posse cedere: q ita ante ẽt certamẽ est cõtumax. e ¶ Vel qui: q̃si reqrentis est cuius subito venit Palæmon: Alij distinguunt: vel q venit. Bene autẽ dubitat ne eum ipse immisisse videatur: & sit credibile quod ad eius iudicet gratiam. hoc etiam Damœta sentiẽs dicit: Nec quenq; fugio. i. p̃sentio etiã ad edititiũ iudicem. Edititius est iudex quẽ vna pars eligit. f ¶ Vicine palæmon: beniuolũ reddit ex vicinitatis cõmemoratione. Terẽtius: Vel virtus me tua: vel vicinitas: quod ego in p̃pinqua parte amicitiæ puto. g ¶ Et nunc ois ager: nunc ois parturit arbos. Ipse alibi: Parturit almus ager. Sane bene subdidit: Nunc frondẽt siluæ: referens ad arbores steriles: Nã parturiunt de pomiferis dicim⁹. Vult autẽ tempus exprimere: quo & delitiæ sunt in agris & rustici minus laborant: vt sit duplex ad cantilenã inuitatio. h ¶ Alternis dicetis: quia quasi iratus fuerat q̃ Damœtæ prior locus dabat: iccirco ait: Alternis dicetis. In amœbæo enim carmine difficilior p̃s respondẽtis est: q non pro suo arbitrio aliqd dicit: sed aut maiorẽ: aut contrariã format responsionẽ: vt dixim⁹ supra. i ¶ Camœnæ: musæ: qbus a cantu nomẽ est inditũ. k ¶ Ab Ioue principiũ musæ: vel musæ meæ ab Ioue est principiũ: vel o musæ sumamus ab Ioue. Est autem Arati qui ait.

ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
ἄρρητον· μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεσὴ δὲ θάλασσα,
καὶ λιμένες πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες

l ¶ Iouis oĩa plena. Lucanus: Iuppiter est q̃d cũq; vides: quocũq; moueris. Ipse alibi: Spiritus intus alit: totaq; infusa per artus Mens agitat molem. Ipse enim est spiritus: sine quo nihil mouetur aut regit. m ¶ Colit terras: amat. Cæterũ superior colitur nõ colit inferiora: sic alibi: Vnã Posthabita coluisse samo. i. amasse. Nec mirũ si rusticus sumpsit ab Ioue principiũ: quem amare terras p̃stat: & habere carminum curam.

Nunq;[a] hodie effugies, veniã[b] quocũq; vocaris.
Audiat[c] hæc tãtũ[d], vel q[e] venit, ecce Palæmõ.
Efficiã posthac ne quẽquã voce lacessas, DA.
Quin age, si qd hẽs, in me mora non erit vlla.
Nec quẽquã fugio, tantũ vicine[f] Palæmon
Sẽsibus hæc imis (res ẽ nõ parua) reponas. PA.
Dicite quãdo quidẽ in molli cõsedimus herba.
Et nunc[g] omnis ager, nunc oĩs parturit arbos.
Nũc frondẽt siluæ, nũc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.
Alternis[h] dicetis, amãt alterna Camœnæ[i]. DA.
Ab Ioue[k] principium Musæ; Iouis[l] oĩa plena.
Ille colit[m] terras, illi mea carmina curæ.

¶ VICINE: beniuolentiã captat hac voce. ¶ Palæmõ: ANT. Theocriti q̃ta. Morsona dicunt lacõ & comatas cantantes comatas ait Hunc igit lacõ si vis vocitabimus ambo. Quẽ nũc ipse vides incidere sectile lignũ. Est nãq; is Morson: ante alios iustissimus vnus hic aderit iudex. Efficiam post hac: Lacon comatæ inq̃t: Huc ades: huc tandem ipse veni: nõ amplius vnq; post hac efficiam audebis cõtendere cãtu. Quin age siquid. h. citius iam fare comata. Res est nõ par. Comatas ait Morsoni. Magna hic res agitur grauiter contendimus ambo. ¶ Alternis: p̃ alternatim. ¶ Camœnæ: musæ a carminibus sunt dictæ: vel q̃ canunt antiquorũ laudes: vel q̃ sint castæ mentis præsides: vt scri. Festus Ab Ioue pri. mu. ordo est: musæ. i. modo cantui principium sit ab Ioue. hoc autem loco illa quæ Macro. li. j. de som. scribit inferã. inq̃t. n. deus vero qui non modo immortale animal: ac diuinum sit plenus inclytæ ex illa purissima mente rationis: sed q̃ et virtutes omnes quæ illam patriæ omnipotentiam summitatis sequuntur: aut ipse faciat: aut ipse contineat. Ipsum deniq; iouem veteres vocauerunt: & apud theologos Iuppiter est mundi anima: hinc illud est ab ioue principium musæ iouis omnia plena: q̃d de Arato poetæ alij mutuati sunt: qui de sideribus locuturus a cælo in quo sydera exordiũ sumendum esse decernẽs ab ioue incipiendũ eẽ memorauit. ¶ Hæc: ille. ¶ Colit: diligit.

CHRI. ¶ VENIAM quocunq; vocaris. q. d. q̃uis difficillimas proponas mihi de præmio cõditionem tamen & ad eam descendas. ¶ Vicine: vicinus dicitur a vico. Viæ enim vrbanæ vicini dicuntur: ergo vicinus qui eundẽ inhabitat vicum. ¶ Sensibus imis. i. profundis. proprie. n. sensus eas vires animæ dicimus quibus corporea & quæ finita sunt percipimus. Hæ autẽ vtuntur instrũo corporeo vt visus oculo: auditus aure. Et q̃m non nisi per instrum

Vicinus

Sensus

ꝙ instrumentũ corporeũ sentiunt. Oportet tales sensus finitos esse. Sunt ergo hi sensus exteriores quinq;: visus: auditus: olfatus: gustus: ꝛ tactus: Sunt ꝛ alij quinq; interni. Sẽsus cõis: imaginatio: phãtasia: existimatio: ꝛ memoria: de qbus alio loco dicemus. Et qm̃ ẽt isti corporeo organo vtunẽ circa particularia tm̃ versanẽ. Rõne vo intellectu ꝛ intelligẽtia vniuersalia assequmur: verũ etiã ista tria phi aliqñ sensus nõiant: sed ꝓfundos sensus: ꝛ de his nũc itelligit poeta. Ergo imis sensibus. i. intimæ mẽti. ¶ Cõsedimus: tanq;. n. iudex sedere voluit: hoc principiũ Arati est: vñ Papinius ab Ioue principiũ magno deducit aratus. ¶ Ab ioue principiũ: quare principiũ sit ab ioue cõmodius in sexto æneidos li. explicabimus. Quid musæ sint in primo explicabimus. Aprouianus tñ vult p iouẽ ꝛ Apollinẽ Augustũ itelligi: q vtriq; templum fecit ꝛ per Damœtã Cornelium Gallum: ꝛ per Menalcam Virgilium. At ego credo tm̃ poetam profundiorem quandam scientiã arati secutum esse.

Et me[a] Phœb⁹ amat. Phœbo sua[b] semp apd̃ me
Mũera sũt Lauri, ꝛ suaue rubẽs Hyacith⁹. DA.
Malo me Galátea petit lasciua puella,
Et fugit ad Salices, ꝛ se cupit ánte[c] videri. ME.

¶ ET ME phœbus amat: ut simile ẽ qd̃ dicit: quia vnumq; deus quez volit summus verũ: vt Summe deuz sancti custos soractis Apollo: vt Apollinẽ exæquauerit Ioui. Aut certe ordo sit talis Me ꝛ phœb⁹ amat: vt ꝛ plus dicat: nec Ioui videaẽ Apollinẽ cõparare. b ¶ Sua munera: ipsi grata. i. laurus ꝛ hyacinthus. Nã scimus ꝛ Daphnez Ladonis fluminis arcadiæ filiã dilectam ab Apolline: ꝛ terræ miseratione ĩ laurũ ꝯuersam: ꝛ hyacinthũ amatum taz a Boreã q; ab Apolline: qui cũ magis amore Apollinis lætaretur dũ exerceret disco: ab irato Borea cõiectẽ disco est interemptus: ꝛ mutatus in florez nõis sui. c ¶ Ante videri: anteq; lateat. Oratius: Nunc ꝛ latentis proditor intimo gratus puellæ risus ab angulo.

¶ ET ME phœbus amat: Apollo ĩfra Sol: sine quo fruges neq; oriũtur: neq; maturescũt: Laurũ ei gratam accipere debemus: ꝙ Daphnem (vt vult Parthenius in volumine: ꝙ de amantibus compositum est) Amyclei filiam dilexit: quam ne per viz stupraret: Iuppiter in arborem laurum cõuertit. Inscripti Hyacinthus. n. ab Apolline adamatus propter nimiam pulchritudinem: ꝛ ab ipso per ignorantiam occisus disco: conuersus est in florem: qui in se litteras habet A ia: vt sit vox dolorantis. Quidam ex Aiacis sanguine.

¶ ET ME phœbus amat: Theocritus quoq; in quinta: Et me phœbus amat. nũc molli pascitur herba Me custode aries: veniens quiz carnea mactem. ¶ Phœbo sua: ordo est munera sua: idest propria ꝛ cõuenientia Phœbo quæ pro: idest lauri ꝛ suaue rubẽs hyacinthus semp apud me sunt: vel sic: ꝛ lauri ꝛ. s. r. h. appostio Munera. s. ph. semper apud me sunt.

¶ Lauri: erat laurus spectatissima in monte Parnasso: ideoq; etiam grata Apollini: assuetis eo dona mittere iam ꝛ regibus romanis. Hæc Pli. li. xv. ¶ Hyacinthus: flos hic maxime durat. hyacinthum comitatur fabula duplex luctum præferens eius quez Apollo dilexerat: Aut ex Aiacis cruore editi: ita dis

currẽtibus venis: vt græcarum literaruz ea figura legat inscripta. Home. autem tres flores laudat. Crocon: Lotõ: ꝛ hyacinthum. Pli. li. xxi. Malo me galatea petit. Theocritus in. v. Malo me clearista petit formosa puella: ꝛ cantu nostras permulcet molliter aures.

¶ PHOEBVS: de hoc dicetur suo loco. Est autem color rhetoricus qui dicit traductio. — CHRI.
Fit autem cum idem verbum mutatis casibus repetiẽ: vt hic Phœbus ꝛ Phebo. ¶ Munera: idem munus apud nos est qd̃ apud græcos γέρας. significat enim donum ꝛ officiũ. — Munus
Nam dicimus præstitit munus amico: idest functus. est officio ergo amicum: ꝛ obire munera in republica dicimus cum præstamus debita officia: vt pẽdere vectigal præstare custodiam: ꝛ huiusmodi. ¶ Munera etiaz populo exhiberi dicuntur: cum ludi ad illum oblectandum exhibentur. ¶ Lauri: Daphnes fabulam enarrat Oui. quam Penei fluminis filiam dicit: Serui autem Ladonis. Hæc immutata est in arborẽ sui nominis. Nã Daphne græce latine laurum significat. hac causa Phœbo laurũ sacram volunt fabulæ. Lauri autem duo genera a principio ponit Pli. deinde addit ꝛ plura alia. Arbor pacifera est. Nam cum etiam inter armatos hostes prætenditur quietis est indicium. Romanæq; victoriæ nuncia. hinc Iuuena. Missa est a Cæ. laurus. Additur militum lãceis pilisq; fasces imperatorum decorat. Ex ijs in gremio Iouis optimi maximi deponitur: quoties victoria lætitiam attulit. Non tamen quia perpetuo viret: nec quia pacifera est præferenda myrto: ꝛ oleæ est: sed qa spectatissima ĩ monte parnasso: ideoq; grata Apollini assuetis iã eo dona mittere regibus Romanis teste Bruto fortasse in argumentum: quoniam ibi libertatem publicam is meruisset lauriferam tellurem illam osculatus ex responso: Sola ex arboribus fulmine non icitur. Ob has res honorem habitum in triumphis potius crediderim q; ꝙ suffimentum sit cedis hostium — Laurus

& purgatio: vt tradit Massurius: Adeo in prophanis vsibus pollui laurum: & oleam fas non est: vt ne propitiandis quidem numinibus accendi: ex iis altaria aræue debeant. Laurus manifesto abdicat ignes crepitu. Euse. ait laurum dicari Apollini quoniam ignea arbor est. Vnde odio a dæmonibus maxime habetur: & qua vsta resonat quod prædicendi vim notat. Tyberius Cæ. tonante cælo ea coronabatur. Laurus triumphis proprie dicatur gratissima domibus: ianitrix cæsarum pontificumq́;: sola domos exornat: & ante limina excubat. Hyacinthus: fabula pueri nota est: hyacinthi autem flos duplex est: croceus & cœruleus. Malo: hoc pomum græci μῆλον dicunt & etiam oues μῆλα appellant: hic ambiguitas nominis induxit fabulam de malis aureis.

Malum

At mihi sese offert[a] vltro meus ignis Amyntas,
Notior vt iã sit canibus nõ Delia[b] nostris. DA.
Parta[c] meæ[d] Veneri sunt munera: namq; notaui
Ipse locũ, aeriæ[e] quò cõgessere[f] Palũbes. ME.
Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta
Aurea[g] mala decẽ misi, cras altera mittã. DA.
O quoties, & quæ nobis Galátea locuta est?
Partẽ aliquã Vẽti diuûm[h] referatis ad aures. ME.
Quid pdest? qđ me ipse aĩo[i] nõ spnis Amynta[l],
Si dum tu sectaris apros, ego retia[k] seruo? DA.
Phyllida[m] mitte mihi: meus est natalis Iola,
Cũ faciã[n] vitula pro frugibus, ipse venito. ME.

ANT. ❡TETHYM: pro mari posuit: fuit enĩ tethys Achillis mater Nerei filia. ❡Tentare: auaritiæ videlicet causa. ❡Oppida: Cæsar libro quinto de bello gallico scribit: quod oppidum britanni vocant: quum siluas impeditas vallo atq; fossa munierunt: quo incursionis hostiũ vitandæ causa conuenire consueuerat: vnde tamẽ dicatur lege Festũ: naȝ pro catello ponitur. ❡Cingere muris: hostium metu. Alter erit tũ typhis. Finito anno mũdano seu vertenti qui in se continet quindecim solarium annoruȝ millia: vt physici volunt: omnia reiterabunt: de quo late Macro. libro secũdo de somno: & Tul. in libro de natu. deorum scribit: q̃ ſm mathematicos magnus annus tum efficitur: quũ Solis & Lunæ: & quinq; errantium: ad eandẽ cõparationem confectis omnium spatijs est facta conuersio: quæ quã longa sit magna quæstio est: esse vo certam & diffinitam necesse est &c. ❡Tiphys: is primus inuenit amminicula gubernandi: vt Plinius scribit: fultq; in argo naui magister: hic ait ille. ❡Tiphys: in æmonia puppe magister erat. ❡Argò: Iason Aesonis filius: ac peliæ thessalorũ Regis nepos: vt in Colchos iret pro aureo vellere rapiendo iuxta pelion nauim ædificauit: magnitudie atq; apparatu longe maiori quam prius fieret: erat. n. antea paruaȝ nauicularum vsus. Ia-

Tiphys

Argo

CHRI. ❡TETHYM: hæc vxor est Oceani: Tethys vo mater Achillis. Aquarum. n. effectiua vis oceanũ dixerunt prisci cuius symbolum tethys ẽ. Vis aq̃ potalis est. Achelous. Marinæ neptunus: quæ inquantũ gignere potest Amphitrite dicit. ❡Tiphys magister fuit eius nauis: qua Iason & reliqui delecti ex græcia heroes in cholcos ad vellus aureum nauigarunt: appellata aũt est argo a velocitate: ἀργὸς. n. velox est: Vñ Home. κύνας ἀργούς i. canes veloces dixit. Hanc autem fuisse primam nauem longam & inuentam a Iasone Philostephanus auctor est. Q. uis Aegesias Partalo: Ctesias Samytæ Stephanus Semyramidi Arethmacus ægoni hoc inuentum ascribat. ❡Tauris: robustis iuuencis. Nam tauri cum semper sint indomiti Inutiles sunt aratro.

Tiphys

❡DISCET

Nec varios discet[a] mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis Aries iam suaue rubenti
Murice[b], iam croceo mutabit[c] vellera luto[d].
Sponte sua Sandyx[e] pascentes vestiet agnos.
Talia[f] secla suis dixerunt currite[g] fusis
Concordes[k] stabili fatorum[h] numine Parcæ[i].
Aggredere ò magnos; aderit iã tempus, honores

a ℭDISCET mentiri lana colores: Cũ enĩ tingit: mentit alienũ colorẽ. b ℱ Murice: cochlea: vñ tingit purpura. c ℱ Mutabit: tinget: inficiet per naturã. d ℱ Luteo colore: rubicundo: ⁊ est hypallage p croco luteo. nã crocũ lutei coloris est: vñ ⁊ alutea pellis. e ℱ Sãdyx: herba ẽ: de q̃ sandycin⁹ tigit colorem: quã varanã rustici dicunt. f ℱ Talia secla suis dixerũt currite fusis: melius est Currite Iperatiuũ esse modum: vt sit sensus dixerunt Parcæ cõcordes suis fusis. i. vaticinationib⁹. g ℱ Currite Talia sæcla: ĩ ordine ⁊ euẽtu vestro estote stabili: hic imutabili ⁊ semp manenti. h ℱ Fatorum numine: affata dicta a fando quia quæ parcæ dixerũt hæc credebãtur euentre mortalibus: Numine autem: idest potestate: diuinatione: ac maiestate. i ℱ Parcæ: quæ ⁊ furiæ infernales dictæ p antiphrasim: quia nulli parcunt. k ℱ Concordes stabili fatorum numine parcæ: Naʒ ⁊ quod vna dixerit duæ sequuntur: ⁊ fixa sunt statuta fatorum: Oratius: Quod semel dictũ stabilisq; rerum terminus seruet.

NT. ℭIAM: idest tunc. ℱ Suaue: pro suauiter.
arex ℱ Murice: murex piscis est firmiori testa circundatus: e cuius sanguine lana tingitur: de quo late Pli. lib. ix. ℱ Croceo luto: ruffo colore: luteus enim color ruffus dilucidior est a luce dictus: vt Gel. scribit: de quo etiam in Alexi. ℱ Sandyx: ea in olere siluestri: a græcis ponitur: decoctæ succus prodest stomacho fatigato venere corpori succurrit: vt Pli. tradit libro. xij. libro etiaʒ. xxxv. dicit quod si Sandaraca torreatur: æqua parte rubrica admixta: sandicem facit: quãquã animaduertat Vir. hic herbam existimasse. ℱ Talia sæcla suis: hic versus Varij de morte erat: vt scri. Macro. libro sexto. ℱ Concordes parcæ: Eæ tres sunt Homero teste Clotho: Lachesis: Atropos. Clotho fert colum. lachesis filat Atropos incidit Clotho: verbum circũuolo significat. Lachesis a lachos dicitur: qđ est sors: nobis enim sortitur vitæ terminus. Atropos autem immutabilis: vel sine conuersione: eo quod omne natum vbi in termi num sibi statutuʒ venisse cognouerit demer
Parcæ gat in mortem. ℱ Parcæ: vo dicte sunt a partu littera immutata: quasi parte vt Varro voluit Gellio referente libro. iij. c. xvj. Nascenibus enim bonum ⁊ malum hominibus conferunt: vt Hesiodus scripsit. ℱ Stabili numine fatorum: idest immutabili iussu voluntate ⁊ lege deorum. Est enim fatum vt Plato dixit: voluntas ⁊ iussio dei: hinc Lucanus: ait libro quinto: Siue canit fatum seu quod iubet illa canendo. Fit fatum. Chrysippus autem auctore Gellio libro sexto. c. secũdo: dixit fatum esse sempiternam quãdam ⁊ indeclinabilem reruʒ seriem. Cicero libro primo de diuinatione sic ait: Fatũ autem id appello: quod græci hermamenen. i. ordinem seriemq; causarum: cum causa causam ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. ℱ Fusis: versando etenim pollice fusos fata constituunt. ℱ Aggredere: adiuertit autem hic sermonem ad Augustum. ℱ Magnos honores: diuinos intelligit. Vnde ait Horatius epistola prima secundi voluminis ad Augustum: Romulus ⁊ Liber pater ⁊ Cuʒ castore Pollux: post ingẽtia facta deorum in templa recepti: et infra paulum. Præsenti tibi maturos largimur honores. Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras. Nil oriturum alias: nil ortum tale fatentes. Si vero de pollionis filio intelligeres. Licet mortuo: vt diximus: tunc magnos honores consulatus expone. Nam si de imperio intelligeres. Augusto interitum portenderet: melius tamen de Augusto intelligemus.

ℭLANA: a lenitate: idest a mollitudie sua: CHRI.
dicitur hinc lanugo primi pili in barba: quia Lana
cæteris sint molliores: ⁊ in nonnullis pomis: vt sunt cydonia: lanuginem dicimus. Estque in sola oue lana. Naʒ cæteræ quadrupedes pilos aut setas habent. Inuenitur etiã lanitium. Sic in Georgi. Si tibi lanitium curæ: vt epistola ⁊ epistolium. Nam Catul. epistolium dixit. ℱ Suaue rubenti: ideo dixit quia in libro Tarquitij ex ostentario tusco ita legitur. Purpureo auro vel colore ouis aries ue si aspergitur principi ordinis ⁊ generis summa cum felicitate largitatem auget: genus progeniem propagat in claritate: lætioremq; efficit. Hunc igitur augusto transitu statum vaticinatur. ℱ Sponte ve. Quia color sandicinus cõnaturalis erit vt in lana adhuc nõ tonsa. ℱ Sandyx: ait Dioscorides: olus agreste quod facile comedi põ. Virtus est ei stiptica. Inuenitur etiã pro auripigmẽto vsto. Plinius autem inquit: In olere siluestri sandyx a græcis ponitur.

SER. a ❡IOVIS incrementum:nutrimentum: & est vulgare:qđ bucolico cõuenit carmini. b ❡Nutantẽ mundum: nutat præsentibus malis:lætus est bonis futuris. c ❡Conuexo:curuo:inclinato. d ❡O mihi tam longe maneat ps vltima vitæ: Vtinam possis frui vita lõgissima: & habere tantũ spiritus: quantus posset sufficere ad tuæ virtutis commemorationẽ. e ❡Nõ me carminib' vincet fit vita declarat per epexegesim. ❡Maneat: futura sit pars vltima: meta & terminus. ❡Orpheus:Trax genere filius Oeagri:doctrina melodiaq; ac poesi excessit omnes: quorum extat memoria. Etenim poema mirãdum edidit et suauitate cantus feras etiam ad se audiendũ alliciebat: auctor est Diodorus lib.v. ❡IOVIS incrementum:Spõdaicus versus incrementum Iouis dixit:qm

Orpheus

Cara Deũm soboles magnũ Iouis^a incrementũ.
A spice cõuexo^c nutantem^b pondere Mundum,
Terrásq;, tractúsq; maris, cælúmq; profundum:
A spice venturo lætentur vt omnia seclo.
O mihi^d tam longe maneat pars vltima vitæ,
Spiritus, & quãtum sat erit tua dicere facta.
Nõ me^e carminib^9 vicet nec Thraci^e Orpheus,

CHRI.

nec thraci^e Orpheus:genere filii sese Orpheo: vel Lino fore æqualem commemorat: Nã non sibi arrogat:sed hoc dicit: Tanta est materies tuæ laudis: vt etiam humile ingenium in ea supra omnes possit excellere.

ANT. ❡MAGNVM iouis incrementũ: crescet enim deorum numerus per augustũ:quẽ deũ sobolem appellat propter æneam Romulum & Iulium inter deos relatos. Si tamen de pollionis filio accipias. Iouis incrementum ait: qa superius de eo dixerat:Iã noua pgenies

Cõuexũ cælo demittitur alto. ❡Conuexo: cõuexum est ex omni parte declinatum qualis est natura cæli:qp ex omni parte ad terram versus declinatum est: Festus id scribit. ❡Mundũ:

Mũdus Mundus appellatur cælũ:terra:mare:& aer: vt scribit Festus hic tamen pro cælo tm̃ accipitur:nam cælum vere mundus vocatur: vt Macro.lib j.de som. inquit: mundus est deorum domus ait Euripides. ❡Nutantem mundum: Id lætitia potius futuri seculi agi crediderim q̃ pñtibus malis. Vnde more suo sequenti carmine illud idem aperuit dicens. ❡A spice venturo letentur vt omnia seclo &c. quod autem omnia simul et tristarentur: vt hic esse nullo pacto conuenire videtur: Lætitia autem morari etiã inanimata:idem maro in Sileno ostendit:ait enĩ Tũ vo in numerum faunosq; ferasq; videres Ludere:tum rigidas motare cacumina quercus. ❡Conuexo pondere: conuexum pondus intellige ipsius cæli orbem & machinas. ❡Cælumq; profundum:aera hic accipimus: vnde Pli. lib. ij. sic ait. Namq; & hoc cælum appellauere maiores: quod alio nomine aëra Ĩ fra lunam hæc sedes:multoq; inferior meritoigitur de aere cælum profundum ait. ❡Venturo seclo: id autem iam descripsit. ❡O mihi:optat sibi longiorem vitam: quo augusti laudes cantare queat. Est autem ordo. O maneat mihi vltima pars vitæ tam longe:& maneat Spiritus tam longus: quantum sat erit dicere tua facta. Dicendo autem spiritus qđ imperiũ magnũ administrabat. Quod qui: dã s̃m mathematicos a ioue est. Vñ Home. διοτρεφέας βασιλῆας dixit. Orpheus: Theologus priscæ theologiæ fuit: quam quidem rem hymni sui iudicant. Huius theologiæ princeps fuit Mercurius trismegistus: Mercurij vo sectator fuit Orpheus Orphei sacris imitatus est aglaophæmus: aglaophæmi Pythagoras:pythagore auditor fuit philolaus. Philolaum autem audiuit Plato. Sed redeo ad Orphea. Hic. n. orgia ab ægyptiis accepta ad græcas trãstulit:q̃ ab eo Orphica dicta sunt: & fretus obscuritate antiquitatis ola quæ de Baccho thebano ex thebæ ægyptiaca ferebantur: quoniam Cadmeis amicus esset ad Baccũ thebanũ ex boeotia transtulit. Cuius cum tanta vis in poetica fuisset: vt aut effrenatos: aut stolidos: stupidosq; homines ad mitiorem cultum traduceret: dictus est tigres leonesq; demulcẽ potuisse: & siluas mouisse. Extant ergo vt diximus hymni eius p funda primæ theologiæ doctrina referti et mira suauitate grauitateq; insignes. Dñt sũ. isse vnum ex argonautis: & atrocem tempestatem in q̃ inciderant suis auertisse. Volũt Citheronem boeotiæ montem: quoniã ibi in sacris crebrius caneret a sua cithara nomen sumpsisse: scribit Pli. auguria quæ prius ex auibus tm̃ sumerentur ex reliquis quoq; animantibus sumi posse orpheum demonstrasse. Verũ cum i thracia istituisset: vt in sacris bacchi viri a mulieribus abstinerẽt: ratæ illæ id in earum contemptũ esse institutũ facto agmine holem nil tale timentẽ luaserẽ atq; lacerauere. Pleriq; tñ teste Laer. Dioge. illum fulmine ictũ pisse affirmarũt: qđ et epigrãma intestatur quod est huiusmodi.

Cythero

θρήικα χρυσολύρην τῇδ᾽ ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων ζεὺς ψολόεντι βέλει.

Q. ꝺ sic latine dicemus: Orphea chrysolyras musæ hic posuere poetam Fulmine quem strauit

rauit Iuppiter alta regens. Linus autem thebanus poeta fuit Apollinis fm eos: quos nunc
poeta sequitur filius. Diogenes vo refert illum a Mercurio ex Vrania nympha genitum fu
isse: et ab apolline sagitta transfixum perisse: cum iam mundi generationem et solis lunæq;
cursus et animantium: fructuumq; originem scripsisset: hic in principio poematis dixit om
nia simul fuisse: quem secutus Anaxagoras omnia simul nata esse: dixit Plutar. in II. de musi
ca: cum dixisset: artem citharedic. i primũ Amphionem a Ioue didicisse: addit eodem tem
pore Linũ thebanum lugubres versus cecinisse. Pli. vbi de inuentoribus scribit: ponit etiam
alios: q citharæ iuentionem amphioni: alios qui Orpheo: alios vo qui Lino tribuant.

Nec Lin[a], huic mater q̃uis, atq; huic pat adsit,
Orphei Calliopea, Lino[a] formosus Apollo.
Pan[b] etiam, Arcadia[c] mecum si iudice certet,
Pan[b] etiam Arcadia dicat se iudice victum.
Incipe parue puer risu[d] cognoscere matrem.
Matri[e] longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer, qui[f] nõ risere parentes.
Nec de[a] hũc mẽsa, Dea nec dignata cubili est.

a ¶ LINO: Linus cuius nomẽ ominis dicimus: li breuis est. Statius: Me lio Linus intertextus acantho: Cum linũ dicimus filum significantes: li longa est: cum producat apud græcos. b ¶ Pã etiam: rediit ad rustica numina. Nam satis excesserat dicendo Linum poetam: Orpheaq; theologum. c ¶ Arcadia iudice: quæ ei fauet: vbi colitur. d ¶ Risu cognoscere matrem: Alludit ad id quod factum est: et rem naturalem ait. Sicut enim maiores sermone cognoscuntur: ita infantes risu se iudicant agnoscere. Ergo hoc dicit: Incipe parentibus arridere: et eis spe boni ominis detrahere sollicitudinem: vt et ipsi tibi arrideant. e ¶ Matri enim decem menses attulerunt longa fastidia: Alij abstulerint legunt: vt sit sensus: Si riseris abstulerint decem mẽses matri tuæ longa fastidia. f ¶ Qui non risere parentes: Nec deus hunc mensa: dea nec dignata cubili est: sicut Vulcano contigit: Qui cum deformis esset: et Iuno ei minime arrisisset: ab Ioue est præcipitatus in insulã Lẽnũ: illic nutritus ab Sintijs. Cum Ioui fulmina fabricasset: nõ est admissus ad epulas deorum. Postea cum rogaret vt vel Mineruæ coniugiũ sortiret: spretus ab ea est: Vnde diuinos honores non meruit: ad quos per conuiuiũ numinum: aut per coniunctionem venit dearum: Hinc est q Iunoni agit in primo Aeolus gratias: q per eius beneficium diuinos honores meruit: vt Tu das epulis accumbere diuum: non deus: idest Iuppiter nec dea: idest Minerua.

¶ PAN ETIAM: Pan Mercurij et Penelopes filius: fistulam: carmenq; composuit: simplici iteratione eadẽ consectatur: vt ibi oceanitides Ambæ ambæ auro: pictis incinctæ pellibus ambæ Nunc casuum et generum permutatione: vt ærea cui gradibus surgebant Limina nexæq; ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis: Item quoi pharetra ex auro crines nodantur in aurum Aurea purpureã subnectit fibula vestem; ne sit mirũ hic quoq; iterationem a poeta frequentatam.

ANT. ¶ LINVS: hic primus citharas inuenit: vt alij dicunt Orpheus: auctor Plinius: Fuit autem linus teste Hermodoro Platonico: Mercurij ex musa Vrania filius: et Thebis genitus. Virg. autẽ Apollinis filium dicit: scripsitq; teste eodem Hermodoro mundi generationem: solis item et lunæ cursus: animaliumq; et fructuum generationes: atq; in primo sui operis carmine cuncta simul nata dixit. ¶ Adsit: faueat. ¶ Orphi: datiuus est græcus: nam latinus est Orpheo: de quo etiam Phocas et Priscianus. ¶ Pan etiam: de hoc in Alexi dictum est: quod fistulam primus inuenerit. Reddit autem ad rustica numina: ne penitus videretur bucolici carminis modum excessisse. ¶ Arcadia iudice: hoc ait: quoniam hunc deum Arcades colunt: de q multa Macro. libro primo sat. & et ibi mons Lycæus: in quo Iouis lycæi delubrum: quẽ et pana volunt esse. De arcadia autem plene legito Strabo. libro octauo. ¶ Incipe parue puer: ad Saloninum reuertitur: exhortans illum vt matri arrideat: sic enim lætitia ducta mater labores omnes et tedia decem mensium obliuiscetur: eritq; etiã omen optimum scribit Plinius libro septimo. ca. xvij. risisse eodem die quo genitus esset: vnum accepimus hominem Zoroastren: eidem cerebrum ita palpitasse: vt impositam repelleret manum futuræ præsagio scientiæ. ¶ Risu cognoscere matrem: solent enim infantes visa et cognita matre ridere: illi autem nec cognouit nec risit vnquam quoniam paulopost ortum obijt. ¶ Tulerint: abstulerint si riseris: nam vitæ longioris omne esset. Decem menses gignitur homo in certo spatio: alius septimo mense: alius octauo: et vsq; ad initia decimi: vndecimiq;. Inuenta etiam quæ et mensibus. xiij. partum tulerit auctor Pli. lib. vii. Gellius item plurima: libro. xij. cap. xvj. ¶ Incipe parue puer; ordo est. ¶ Incipe parue puer: ri

Lica us


¶ Ser. contra omnes veterum auctoritatẽ sibi fabulam cõtingit

incognoscere matrem. ¶ Incipe parue puer: matri decem menses tulerint longa fastidia. ¶ Cui nõ risere parẽtes? ordo est: Hũc. c. n. r. p. nec deus est dignatus mensa: nec dea ẽ dignata cubili. In olbus fere testibus cui legit̃ Quintilia. tñ li. ix. vbi de figuris verborum meminit quui ꝑ q nõ cui ꝑ c hoc in loco legendũ innuit. ait. n. sic: Est figura & in numero: vel quum singulari pluralis subiũgit̃: gladio pugnacissima gẽs Romani: gẽs. n. ex multis: vel ex diuerso. ¶ Qui nõ risere parentes: nec deus hũc mẽsa: dea nec dignata cubili est: Ex illis. n. q non risere hic quẽ nõ dignata: Ordo igit̃ talis erit: O parẽtes hũc ex illis q nõ risere: nec deus ẽ dignatus mensa: nec dea est dignata cubili. Quibus verbis innuit Maro illũ esse defunctũ. cuiq; n. suus deus & sua dea vitæ præsides dant̃: hoc est suus Genius: suaq; Iuno mensa aũt Genio cõuenit Iunoni lectus: sed horũ neutro ille potius est: ergo obire coactus. pueris aũt nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponebat̃ Herculis mensura: & Seneca epistola. ij. li. xx. scribit: Maiores nostros singulis & Genium & Iunonem dedisse.

CHRI. ¶ ORPHEI: datiuus græcus ꝓ datiuo latino. Nã Orphei in datiuo & per synere sim ꝓ ꝑ qer. ¶ Matri longa decẽ. q. d. satis sit mr̃i fastidia. x. mẽsiũ tolerasse: tu ãt deinceps illã risu exhilarato. Risu aũt poterat ꝓbere optimã spẽ de se futurarũ virtutũ. Nã cũ pueri fuerit vita: qm̃ miseriarũ plena futura: sit a vagitu auspicent̃. Neq; aũt die quadragesimũ ꝺ ortu suo rideãt: optimũ auspiciũ antiq esse putauerũt: si qs circa ortũ sbito risisset. Quapp Zoroastrẽ: qa eadẽ die q̃ nat⁹ ẽ risit: ꝓsagiũ suaꝝ virtutũ dedisse ferũt. Idẽ aiũt de Socrate. Erit ergo sñsa incipere cognoscere mr̃em risu: Nã cũ loq nõ possint infantes risu ipso gratulari: & beniuolẽtiã osñdere videnẽ: Cognoscere risu: vt hoc bono ꝓsagio remoueas matri fastidia decẽ mensiũ: Optie aũt dixit fastidia. Nã ꝓgnãtes redũdãtia corruptorũ humorũ cũ mẽstruis: purgationibus nõ purgaret̃ fastidiũ rerũ pene oĩum incurrũt. Est aũt huiuscemodi ꝓgressus: vt ipsa sacietas: q ex nimia copia ꝓuenit. tediũ quoddã afferat. Hoc si creuerit fastidiũ gignit: ex quo si nimia sit nausea: gignit̃ abominatio: q postremo summũ rei odiũ inducit. Hæc oĩa ꝓprie ĩ gustu sũt: sed inde a sensu ad aĩum: mẽtẽq; trãsferimus. Sunt tñ q intelligãt: Incipe cognoscere mr̃em risu. s. suo: nã ipsæ tunc maternã indulgentiam osñdunt: cum infantibus risu blandiunt̃. Mihi tamen verisimilior fit prima sententia. ¶ Cui nõ. r. p. Difficile est hinc sententiam elicere propter ambiguitatẽ nominũ. Nam sine aperta distinctione transit ad Vulcani fabulas: ergo intelligemus incipe solo Nine cognoscere matrẽ risu. cũ placeas tua pulchritudine. qđ non fecit Vulcanus: Cui parẽtes offensi turpitudine pueri nõ risere. Sed de Vulcano dicem⁹ in quar. Geor. Est etiã similis hic locus illi. Quid loquar an scyllã Nisi quas fama secuta est. Nã cũ de Nisi megarensium regis scylla loqui incipiat sine manifesta distinctione trãsit ad scyllã Phorci filiã. Hæc difficultas nescio quo pacto auctoritatẽ affert & grauitatem carmini.

¶ ECLOGA QVINTA DAPHNIS.

MENALCAS. MOPSVS.



VR [a] NON Mopse boni [b], quoniã conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus?
Hic [c] Corylis mixtas inter ꝯsedim⁹ Vlmos. MO.
Tu maior: tibi me est æquom parere Menalca,

SER. [a] CVR non Mop. boni quoniam ꝯuenimus ambo: Inducũtur duo amici pastores canere ad delectationẽ: vñ & se laudant: & sibi inuicem cedunt. b ¶ Boni: autẽ docti: & figurate ait boni ambo: Tu calamos inflare leues: ego dicere versus. c ¶ Hic corylis mixtas inter consedimus vlmos? Ordo est: Cur nõ Mopse hic cõsedimus inter vlmos mixtas corylis. s. vt canamus. Sane inter præpositio qa postposita est mutauit accentum: sicut circum.

ANT. ¶ CVR non Mopse: Thyrsis athænus pastor in. i. Theocriti ecloga: Daphnidis obitũ defleet: illum Maro noster hoc etiam loco: vt assolet imitatus est. ¶ Ambo boni: tu bon⁹ inflare. l. c. Ego bonus. d. u.

CHRI. Bona ¶ CVR non Mopse boni: bona dr̃ res quæ conuenit: atq; sm naturã est eius cui accidit.

Bonus Hinc bonus dicimus doctus vt hic: itẽ liberalis. vt assit lætitiæ bacch⁹ dator & bona Iuno: itẽ aptum & idoneũ: vt & bona bello corn⁹. ¶ Cõuenim⁹: in eundẽ locum venimus. Hoc non transit: sed aliquando transit: vt cõueni Pãphilũ in foro: Est ẽt cõuenire in ius vocare: itẽ q̃drare aptũ. Vt cõuenit illa mihi ꝯuenit illa tibi: Itẽ pacisci. ¶ Inflare: cũ istra musica: aut flatu: aut ꝑcussiõe resonẽt. Illa iflam⁹: hæc pulsam⁹: ĝ inflamus: tibias & hmõi: pulsam⁹ citharã. ¶ Corylis: hui⁹ arboris nuces auellanæ dr̃ sive ꝓnestinæ: ex ea faciebãt faces ad nuptias celebrandas. ¶ Vlmos: huius arboris quatuor sunt genera factum est prodigiũ in hac arbore in bello cimbrico. Nam nucerie in luco Iunonis vlmus postq̃; etiam cacumen amputatus est: qm̃ in arã ipsam ꝓcũbebat restitute spõte ita: vt prius floreret; Conuenio Inflare Pulsare Auellana

nus floreret:a quo dictum tpe maiestas po.ro. resurrexit: quæ ante vastata cladibus fuerat. ¶ Tu maior: ostendit q̃liter oporteat esse inferiorem erga superiorẽ. Nam si iusta causa dissentiendi est modestissime dissentiet: neq; discedet a veneratione: quam illi præstare debet: vt hic qui nunc Menalcæ omnia concessurus pollicetur. tamen occultæ & vmbram arboris vituperat & antrum laudat.

SER. a ¶ SIVE sb incertas zephyris motãtibus vmbras: dicit qdem vereciide se illi obtẽperare debere: ostendit tñ qd sibi placeat. Nã ex ipa laude antri: & ex arborũ vituperatione: quarũ incertas

Siue[a] sub ĩcertas Zephyris motãtibus vmbras,
Siue antro potius succedimus: aspice vt antrum
Siluestris raris sparsit Labrusca[b] racemis. ME.
Mótibꝰ[c] i nr̃is solus tibi certet[d] Amyntas. MO.
Quid[e], si idẽ certet Phœbũ supar̃ canẽdo? ME.
Incipe Mopse prior, si q̃s aut Phyllidis[f] ignes,
Aut Alconis[g] habes laudes, aut iurgia[h] Codri.
Incipe. pascẽtes seruabit Tityrus hædos. MO.

hac lege Nasonis epistolã ad Demophoonta. ¶ Alconis laudes: de hoc Manilius: vbi de sagitta li. v. sic ait: Quin ẽt ille pater tali d̃ sydere cret⁹ Esse pót: q serpentem sup ora cubantem Infelix nati: somnumq; aiamq; bibentem Sustinuit misso petere ac psternere telo. Ars erat esse patrẽ vicit natura piclus. Et pariter iuuenem: somnoq; & morte leuauit. ¶ Iurgia codri: erant ĩter athenienses & dorienses simultatus veteres offensæ: quas vindicaturi bello dorienses: de euentu. plij oracula consulerũt: responsum superiores fore: ni regem atheniensium cecidissent. Quum ventum esset in plium militibus ante omnia custodia regis atheniensis pcipitur: atheniensibus eodẽ tpe rex Codrus erat: qui & responso dei & pceptis hostiũ cognitis: permutato regio habitu: pãnosus sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur. ibi in turba: obsistentiũ a milite: quem falce astu conuulnerauerat: interficit: cognito regis corpore: dorienses sine prælio discedunt: atq; ita athenienses virtute ducis pro salute patriæ se offerentis bello liberantur. post Codrum nemo athenis regnauit. administratio reipu. annuis magistratibus permissa: hæc omnia ex Iustini li. ij. de hoc eti: aliqua in fine li. j. tusc. quæstionum. Codrus

vmbras dicit ostẽdit suam sniam esse meliorem. Incertæ aũt vmbræ sunt: & ex Solis circuitu: & ex mobilitate ventorum: qd ipse etiam dicit Zephyris motantibus. b ¶ Labrusca: vitis agrestis: quæ qa in terræ marginibꝰ nascitur: labrusca dicta est a labris & extremitatibus terræ. c ¶ Mótibus in nr̃is: ac si diceret in hoc territorio. d ¶ Et tibi certet: vsurpatus est. Nam hodie certo tecum dicimus. e ¶ Quid si idẽ Phœbũ certet supare canendo? Offensus cõparatione ĩferioris h̃ dixit: licet nõ amare Menalcas dixerit Solus tibi certat Amyntas: qd tñ quia hic aspere accepit: ille paulo post curat dicẽs: Lẽta salix quãtũ pallenti cedit oliuæ. f ¶ Phyllidis ignes: Phyllis regina thracũ fuit. Hæc Demophoontem Thesei filiũ regem atheniẽsium redeũtem de troiano plio dilexit: & in cõiugium suum rogauit. Ille ait ante se ordinaturum rem suã: & sic ad eius nuptias reuersurũ. Profectus itaq; cũ tardaret: Phyllis & amoris impatiẽtia: & doloris ĩpulsu: qp se spretã esse credebat: laqueo vitam finiuit: & puersa est in arborẽ amygdalus sine folijs. Postea reuersus Demophoon cognita re: eius amplexus est truncũ: qui velut sponsi sentiret aduentũ folia emisit: Vnde et phylla sunt dicta a phyllide: quæ ante petala dicebantur: sic Ouid. in metamorphoseon libris. g ¶ Alconis laudes: Hic cretẽsis sagittarius fuit: cuius cũ filium draco inuasisset: tãta arte direxit sagittam: vt ea currens in serpentis deficeret vulnere: nec trãsiret in filiũ. h ¶ Iurgia codri: Codrus dux atheniensium fuit: q orto bello inter laconas & athenienses cũ respondisset oraculum illos posse vincere: quorum dux perisset: habitu humili psectus est ad hostium vicina tentoria: & illic iurgio in suam cædem instigauit: & a nullo cognitus fecit locum oraculo.

ANT. Labrusca ¶ LABRVSca: vitis siluestris. Quid si idem: ægre ferens Mopsus sibi comparatum fuisse amyntã. hæc ironicos refert. ¶ Phyllidis: de

CHRI. Labruscas ¶ LABRVSCA: dicitur quia in labris. i. in extremitatibus camporũ posita sit. ¶ Montibus in nostris. s. t. c. a. tanq̃ qp ad magnam laudẽ ptineat. dicit hoc qp nullus pter amynta secum certat. sed Mopsus moleste fert. qp ille sibi competur. Atq; ostẽdat si sibi certat: non prouenire ex conscientia cantus: sed ex quadam audacia stulta: q̃ non dubitaret etiã Apollini certare. ¶ Alconis: vidisti quæ dixerit Seruius: sed apud eundem Maronem in libello culice: hæc dicuntur de Alcone. Lapidus nec fulgor in vlla cognitus vtilitate manet nec pocula gratũ Alconis referẽt boetiq; toreuma: nec indi conchea baccha pcio est. Alcon

¶ Codri: erectheidarum imperio destructo atticorum ad aliud genus translatum est: nã cum Timetes vltimus in illo genere rex in singulare certamen a Xantho boetio prouocatus esset: neq; prodire auderet. Melanthus

pillenfis androxopi filius certamen fingulare fufcepit:vnde rex creatus eft cum regnaffent erecteide a Cecrope primo rege ad Timetem annis.cccexxix. huius filius Codrus in bello peloponēfiaco iuxta merfum feipfum morti tradens interimitur:ait Eufebius. ₰ Seruabit tityrus: vt anxietate omni fubleuati cōmodius canere poffimus.

Immo hæc in viridi nuper quæ cortice[a] fagi
Carmina defcripfi, ꝛ modulans[b] alterna[c] notaui,
Experiar, tu deide iubeto certet Amyntas. ME.
Lenta[d] Salix quātum pallenti cedit Oliuæ,
Puniceis humilis quantum Saliunca[e] Rofetis[f],
Iudicio[g] noftro tantū tibi cedit Amyntas.
Sed tu define[h] plura puer fucceffim[o] ātro. MO.
Extinctum[i] Nymphæ crudeli funere Daphnin

SER. a ₵ CORTICE fagi: Vbi.n. debuit magis rufticus fcribere? b ₰ Modulās alterna: fini rhythmus componens. c ₰ Alterna autē: varia ꝑpter muficā: cui[9] fonus varius inuenit ex pedū diffimulatione. Significat autem cantaturū fe epicedion: ꝛ epitaphion. Nā epicedion eft quod dicit cadauere nondū fepulto: vt Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnī. Epitaphion autem poft completā fepulturā dr: vt Daphnis ego in filuis hinc vfq; ad fidera notus. d ₰ Lenta falix quantus pallenti cedit oliuæ: Rufticis vtitur comparationibus. Salix autem viliffima eft arbor oliuæ cōparatiōe. e ₰ Saliunca herbæ genus: quā orci tunicā vulgo vocāt. f ₰ Rofetī: vbi rofæ nafcunt. g ₰ Iudicio nro: ac fi diceret qd alij fentiāt videris. h ₰ Define plura puer: ceffa te excufando ꝛ talia dicendo: ꝛ fubaudit obtendere vel dicere. i ₰ Extinctus nymphæ crudeli funere Daphnin: Multi dicunt fimpliciter hoc loco defleri Daphnī quendā paftorē. Alij dicūt fignificari per allegoriā. C. Iulium Cæfarem: qui in fenatu a Caffio et Bruto viginti tribus vulneribus interempt[9] eft: Vnde ꝛ crudeli funere volunt dictū. Alij dicunt Quintilium Varrum fignificari cognatum Virgilij: De quo etiam Oratius: Ergo Quintilium perpetuus fopor vrget: tamē crudeli funere ad quéuis poteft referri.

ANT. ₵ IMMO.i. potius ifta q̄ illa quæ tu obtulifti. Immo hæc: Lycidas in. vij. Theocriti: ait Incipe Simicida: paruus quod carmen in altis Cōfeci pridem cantabo montibus audi. ₰ Modulans: cantando componens. ₰ Alterna: alternatio dicitur per vices fucceffio auctore Fefto. Sapho. item ad phaonem carmina fua alterna vocauit: ideft alternis numeris fuccedentia: alterna ergo hic.i. varia. Virgi.iiij. Hæc alternanti potior fententia vifa eft: ideft varia cogitanti. ₰ Lenta falix: offenderat minus amicum amynthæ cōparatione: hinc illum placat comparatione præfenti. ₰ Puniceis: rubicundis: q̄fi phœniceis. ₰ Saliunca: ea foliofa quidem ē: fed breuis: ꝛ q̄ necti non poffit: radici numerofe cohæret herba verius q̄ flos. Pannonia hanc gignit: ꝛ norica: alpiumq; aptica: vefti[...]bus interponi eas gratiffimū Plini[9] lib.xxj. Extinctū nymphæ: Maro vt diximus Theocritum imitatus eft: nam et ille obitū daphnidis defiet in prima ecloga: crediderim tamen Cæ. hic intelligi: qui tribus ꝛ.xx. plagis confoffus eft. C. Caffio: Marco: ꝛ Decio Bruto principib[9] confpirationis de quo latius dicemus in fine lib.i. Geor. illud autem me credere. Cæ. intelligi cogit: q̄ daphnin inter deos relatus dicit: quod ꝛ Cæ. euenit: de quo legito Tranquillum. Apianus etiam lib.ij. de Cæ. fic ait: templa illi plurima veluti deo publicis decretis ftatuta funt. ₰ Crudeli funere daphnis: Theocritus quoq; ait in.j. Diro moritur: nā funere daphnis: obierat autē amore: vnde ait ipfe Efferor ad manes crudeli rapt[9] amore. Dixerat ꝛ fæuo ꝯfumptus amore quieuit.

CHRI. ₵ CORTICE fagi: cortex pars eft exterior in arbore: quod munitur contra frigora ꝛ calores. Liber vero pars interior: atq; fubtilis: per quam fuccus terreftris a radicibufq; pro ftomacho arbori funt decoctus in arboribus alimentum: fixturamq; educitur: ergo venarum munere fungitur. Eftq; talis in quibufdam arboribus: vt inde chartas prifci commode facerent: Vnde ipfa volumina libros appellarunt. Redditq; iam ipfum attentum a nouitate rei. ₰ Nuper.n. fabricata erāt carmina: tum ab artificio: quod tamen modefte indicat cum dicat diligenter notaffe. ₰ Tu deinde iub. vt. c. a nondum e mente abierat: indignatio quam fumpferat ex comparatione: ergo dixit iubeo vt certe. q.d. Videbis ipfum fuccumbere. ₰ Hanc ergo mitigat Menalcas hac comparatione. ₰ Saliunca: gen[9] eft herbæ: quæ radiculas ꝛ folia fubrufa habet ꝛ flores plurimos. Nafcitur in lapidofis locis et in Norica regione: illa vero eft optima quæ eft odorifera plurimos ramufculos ꝛ radices habens. Plinius vero ait: Saliunca foliofa quidem eft: fed breuis et quæ necti non poffit radici neruofæ cohæret in herba. ₰ Iudicio noftro: quafi dicat: ne credas cū dixi. ₰ Solus tibi certet amyntas: idcirco dixiffe vt eum parem tibi crederem nymphæ quarum genera alio loco explicauimus.

Cortex
Liber

₵ VOS CORYLI

Flebant vos[a] Coryli testes; et flumina nymphis.
Cum complexa[c] sui corpus miserabile nati,
Atq; deos, atq; astra[b] vocat crudelia mater.
Non vlli pastos illis egêre diebus
Frigida daphni boues ad flumia nulla[d] neq; ãnẽ
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbã.
Daphni tuum Pœnos etiã ingemuisse Leones
Interitum, montésq;[e] feri, siluæq; loquuntur.
Daphnis[f] et armenias curru[g] subiungere Tigres
Instituit, Daphnis Thiasos[h] inducere Baccho
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.
Vitis[i] vt arboribus décori est, vt Vitibus Vuæ,
Vt gregibus Tauri, segetes vt pinguibus aruis;
Tu decus omne tuis[k] postq̃; te fata tulerunt,
Ipsa Pales[l] agros, atq; ipse reliquit Apollo[m].

SER. a ET VOS CORYLI testes et flumina nymphis: Bene testimonijs vtitur in rebus incredibilibus. Nam fletum facile dearum psona nõ recipit: et bonis vsus ẽ gradibus: fleuerũt nymphæ: quibus insita est naturaliter pietas: holes ad quos mortis peruenit dolor. Pecudes quæ licet ratione careãt: tamen non carent sensu: feræ crudelitate gaudentes: quã res rursus quia incredibilis est testimonio cõprobat dicens. Hoc et montes loquuntur et siluæ. Quod aũt ait coryli testes et flumina vsurpatum est. Nam testes flumina non dicimus. Quæ enim in is exeunt: neutrum in e mittunt: vt agilis agile: sed nec hoc teste: et hæc testia possumus dicere: Vnde per diffinitionem debemus dicere: Testes mihi sunt quæ res coryli et flumina: sic Ora. Testis metaurum flumen. Prop. Testes sunt sidera nobis. b Astra crudelia: q̃ accelerauerũt Daphnidis mortẽ. c Cõplexa sui corpus miserabile nati: lugentium est vt et corpori inhæreant. d Nulla quadrupes: hic et hæc quadrupes dicimus: alibi: Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. e Montesq; feri siluæq; loquuntur: hyperbolicos dixit. Et notandum q cum dicere cœperit eius apotheosim: cõtra lætitiã rebus oibus dat: quas nũc in mœrore fuisse memorauit. f Daphnis et armenias curru sbiungere tigres: Hoc aperte ad Cæsarem pertinet: quem constat primum sacra Liberi patris transtulisse Romam. g Curru: p curui. h Thiasos: saltatiões: choreas. Liberi .i. liberalia. i Vitis vt arboribus: locus Theocriti est. k Tuis: si Romanis Cæsar: si pastoribus Daphnis. l Pales: dea pabulorũ. m Apollinem autẽ dicit νόμιον .i. pastoralem. Nã Admeti regis pauit armenta: et hoc dicit nec pabula nascentur: nec pecora.

ANT. CASTRA cru. hoc ait quoniam vt Manilius etiam inquit libro .iiij. Fata quoq; et vitas hominum suspendit ab astris: Sic felix aut triste venit per singula fatum. Nõ vlli pastos: hoc ait: quoniam daphnis ipse in prima Theocriti inquit: ille ego sũ daphnis cui lætis pascere campis: Cura boues domitos et buros ducere tauros Fontibus: et liquidis plenas depellere vaccas. Ingemuisse leones. Thyrsis: quoq; ait ĩ prima theocriti Hunc lynces flerunt morientem: et turba luporum. Fleuissent etiam libyci mihi crede leões Daphnidis interitus multa gemuere iuuencæ. Armenias tygres hæ sunt hyrcaniæ sæuum Ferarũ genus: vt Mela scribit: sunt autẽ Solino teste distinctæ maculis: Imanes et pernicitate mirabili. Lynces autem et Tygres Bacchi currus trahũt: vt et Stati⁹ scribit: sed videntur baccho assignari teste Probo: vt per earum colorẽ in vino, varias esse hominum mentes intelligamus vel vt per eas sæuitia demonstreẽ: qđ qdam poti. infinitã excedunt crudelitatẽ. Thiasos: thiasos saltatio apud nos et chorea dici potest: q̃ quidem baccho exhibebatur: deducitur autẽ a thyo quod est sacrificio excito: festino: in illius.n. sacrificio exerceri consueuerat. Lentas hastas: thyrsos dicit: erant enim hastæ q̃dam pampinis inuolutæ: quam bacchantes in choreis deportabant. Pales: vt Naso: et Fest. ait dicebatur pastorum dea: cuius festa parilia dicebantur: q pro partu pecoris eidẽ sacra fiebant: de hac latius .iii. geor. Apollo. apud Amphrysum thessaliæ fluuiũ Apollo admeti regis armenta iussus seruiendi cõtumelia .x. annis luere temeritatem: qua Cyclopas perdiderat: qui fulmen fecerant: quia indignabatur eo percussum æsculapium filium auctor est Probus: quare autẽ id fictum fuerit li. iiij. geor. aperiemus.

Tygris

Thiasos

Pastor

Apollo

CHRI. ATQ; DE. atq; deos incusat q illũ sub infelici astrorũ pfiguratione pduxerit. Itẽ astra: a qbus sibi infelicitas illuxerit: vel dixit deos et astra: ipsos deos: q astra sunt: vt Saturn⁹: Iuppit: Sol. Nõ vlli: magnũ argumẽtũ mœroris: cũ pp illũ curã pecoris neglexerint. Vlla nec amnẽ: mirũ q holes tm dilexerũt: verũ hoc tñ multo maius mirũ qđ bruta aĩantia pp illius desideriũ oblita sint pprie salutis. Libauit: nõ.n. solũ ĩgurgitauit se aq̃: sz ne leuiter qđ attigit: eadẽ ĩo est cum dicit: attigit herbã: qa nõ solũ nõ voluit vesci; sed

ne tangere quidem. ¶ Herbã: sic dicitur quia terræ hæreat: nec vt arbor ab ea extollit̃. Pœnos aphricanos ibi enim nascuntur maxime in getulia. ¶ Intexere. h.s. hastæ. n. frondib⁹ vestitæ thyrsi appellantur. Sunt etiam thyrsi rami cum suis frondibus. ¶ Vt gre. t. greges q̃uis proprie de minoribus dicantur: quãdoq; tamẽ de maioribus Armẽta raro nisi de maioribus. ¶ Pales: de hac in Geor.

SER. a ¶ GRANDIA ordea: vsurpatiue metri cã dixit. Nã triticum: ordeum: vinũ: mel numeri tantũ singularis sũt: vn de plurali in psa vti nõ possumus: vina tantum possumus dicere Ciceronis exẽplo qui ait: In pictura vina: cæteraq; quæ in Asia facile cõparant̃.

Grandia[a] sæpe quibus mãdauim⁹ Ordea sulcis
Infelix[b] Loliũ, & steriles[c] dominantur Auenæ.
Pro molli Viola, pro purpureo Narcisso,
Carduus, & spinis surgit Paliurus[d] acutis.
Spargite[e] humũ folijs, inducite[f] fontib⁹ vmbras
Pastores mãdat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulũ facite, & tumulo superaddite[g] carmẽ,
Daphnis[h] ego i siluis hinc vsq; ad Sidera notus,
Formosi[i] pecoris custos formosior ipse. ME.
Tale[k] tuum carmen nobis diuine Poeta
Quale[l] sopor fessis in gramine, quale p æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

campus seges: vrit auenæ. Vt q; Plini. inquit libro. xviij. primum omnius frumenti vitium auena ẽ: & hordeum in ea degenerat. ¶ Narcisso: de violis & narcisso superius dictus est. ¶ Carduus: hic folio & caule spinoso lanugines habet: et semine et radice nasci potest. Pli. libro. xxj. ¶ Paliurus: Teophrastus libro primo scribit paliurum fruticem esse: & libro. vj. indicat paliurum in armis tantũ habere aculeos: meminit item latius lib. iij. a quo quidem Pli. accepit quod de paliuro scribit libro. xiij. — Cardui

b ¶ Infelix lolium: Inutile: infœcũdũ. c ¶ Steriles autẽ auenas secũdũ sitũ dixit Italiæ. Nã in Thracia fructuosæ sunt. Hæc autẽ dicit cõtingere: vt ostdat terrã dolere quoq; Daphnidis mortẽ. d ¶ Paliurus: herba est asperrima & spinosa. e ¶ Spargite: Iplete: vt Spargitur & tellus lachrymis: & dicit ornandũ esse locũ sepulcri ex voluntate defuncti. f ¶ Inducite fontibus vmbras: facite nemora circa fontes: & hoc ideo: quia vt diximus: heroũ animæ habitant vel in fontibus vel i nemoribus: vt Lucis habitamus opacis Ripariũq; toros: & prata recentia riuis Incolim⁹. g ¶ Superaddite carmẽ: duos ṽsus carmẽ vocauit: nec mirum cum etiam de vno carmine dixerit: vt Et rem carmine signo Aeneas hæc de Danais victorib⁹ arma. h ¶ Daphnis ego i siluis hic vsq; ad sidera not⁹: i siluis not⁹ ẽt hic vsq; ad sidera. i ¶ Formosi pecori custos formosior ipse: Si ad Cæsarẽ referas: h̃ dicit: Boni ppl̃i optim⁹ iperator. k ¶ Tale tuũ carmẽ: laudãt se inuicẽ: vt dixim⁹ sup̃. l ¶ Quale sopor: q̃lis res: vt Dulce satis humor.

ANT. ¶ INFELIX lolium: & nocens & infelicitatem apportans. Est enim vnũ e vitijs & morbis frugum nocet etiam oculis: hinc ait Naso fasti. i. Et careant lolijs oculos vitiantibus agri. Theophrastus autẽ li. viij. scribit: q̃ nullum ex seminibus corruptum mutari in aliud aptum est: p̃terq̃; triticum atq; hordeum quæ
Lolium mutari in loliũ asserunt. ¶ Steriles auenæ: idest inanes & vanæ: Virg. li. j. Geor. Expectata seges vanis elusit auenis: inueniuntur enĩ auenæ quædam inanis inueniuntur & fertiles quæ quidem pro iumentis feruntur. Steriles item dixit: idest sterilitatem causantes: ait nanq; in primo Georgi. Vrit enim lini

¶ LOLIVM: græce zinzania dicitur: si sicut cum tritico emolatur panisq; inde fiat: inducit somnum. Dominantur: quia penitus — CHRI.
suffocauerunt fruges. ¶ Paliurus: secundũ — Paliurus
Dioscoridem: ab alijs Palearis acus: ab alijs cicer domesticum vocatur a nõnullis lanaria. Plini. autem ait: paliurus: spinæ genus ẽ semen eius afrizuram vocant contra scorpiones efficacissimum: Item calculosis & tussi. Radix discutit panos: & vomicas tota ruina trahit. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Vtilissima luxatis & tumorib⁹. Alibi ait fructuosa est. fructus rubeus iucundus & suauis: cuius cibus vina suauiora reddit. ¶ In sil. optime pastoris nomine exprimit imperatorem. Nam & Homerus Reges populorum appellat pastores: & vrbes siluis comparantur. Nam vt siluæ ferarum habitacula sunt: Ita in vrbibus pleriq; sunt efferatis moribus deprauati. Sopor fes. nam ex lassitudine gignitur somnus. Nam & lassitudo ẽ ex ipso motu. Motus autem vapores ad caput: q a cerebro frigefacti crassiores descendunt: meatusq; spirituum obturant: vnde fit somnus. ¶ Saliente: salire est emicare: vt e fonte emicant riui. dicimus etiam bruta animalia salire fœminas cum coeunt quãdo sa — Salire
liunt supra dorsum: hinc dicimus salaces li — Salax
bidinosos & Veneris cupidos: & cibi: qui ad venerem excitant dicunt̃ salaces: & mẽbrũ obscœnũ caudã salacẽ appellamus.

¶ NEC CALAMIS

Nec calamis[a] solũ æquipas; sed voce magistrũ.
Fortunate puer tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamẽ hæc quocũqꝫ[b] modo tibi nr̃a vicissim
Dicemus, Daphnĩqꝫ tuum[c] tollemus ad astra.
Daphni ad astra ferem[e] amauit nos q̃qꝫ daphis
An quicq̃ nobis tali[d] sit munere maius? MO.
Et puer[e] ipse fuit cantari dignus, ⁊ ista
Iá pridẽ[f] Stimichõ laudauit carmia nobis. ME.
Candidus[g] isuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibúsqꝫ[h] videt nubes, ⁊ sidera Daphnis.
Ergo[i] alacris siluas, ⁊ cætera rura voluptas,
Panáqꝫ, pastoꝛésqꝫ tenet[k], Dryadásqꝫ puellas.
Nec lupus insidias pecoꝛi, nec retia[l] ceruis
Vlla dolũ meditant: amat bonus ocia daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
Intonsi[n] montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, Deus deus[m] ille menalca.

SER. a ¶ NEC CALAMIS solum equiparas: sed voce magistrum: videtur allegoria quasi ad Theocritum ⁊ Virgilium respicere: Hic est: Tu nunc eris alter ab illo. b ¶ Quocũqꝫ modo: prout possumus: ⁊ dicit se daphnidis dicturum apotheosim: vt Daphnĩqꝫ tuũ tollemus ad astra. c ¶ Tuũ: quem diligis. d ¶ Tali munere: si amicus laudaueris. e ¶ Puer ipse: modo Daphni intelligimus. Nã Cæsar nõ puer occisus ẽ: sed maioris ætatis. f ¶ Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis: ac si diceret scio esse optima quæ dicturus es: frustra ea verbis extenuas: quia ille supra verecunde dixerat: Quocunqꝫ modo tibi nostra vicissim. g ¶ Candidus: idest deus: vnde contra nigros mortuos dicimus. Orati. Hic niger est: hunc tu romane caueto. h ¶ Sub pedibusqꝫ videt nubes ⁊ sidera daphnis: meritum eius ostendit qui summos circulos ⁊ cæli secreta conscendit. i ¶ Ergo alacris siluas: omnia tenet voluptas: quæ superius occupauerat mœror: vt Ipsa pales agros atqꝫ ipse reliquit Apollo. k ¶ Tenet: idest moratur amplectitur. l ¶ Nec retia ceruis Vlla dolum meditantur: adeo placet simplicitas Daphnidi: vt etiam ille dolus qui voluptati ante fuerat conquiescat: scilicet venationis: ⁊ est hyperbole. m ¶ Deus deus ille Menalca: hoc sonat deus deus est Daphnis. n ¶ Intonsi: siluosi: incædui.

ANT. ¶ TV NVNC eris alter ab illo. De Theocrito intelligere non absurdum est: nam re vera Maronis magister fuit hoc in opere: vt etiam passim ostendimus. In grammatica vo Parthenio præceptore in græcis vsus est auctore Macrobio libro sexto. ¶ Et puer ipse fuit. Thyrsis item ait in prima Theo. O miser infelixqꝫ puer: ⁊ in sexta Theo. inquit Daphnis erat mentum prima lanugine tectus. Candidus insuetum: propter hoc de Cæsa. intelligere potes. Licet multa secundum Theocritum ipsi Daphnidi referantur: vt ostendimus. ¶ Candidus: idest bonus: ait enim inferius: amat bonus ocia Daphnis. Vtqꝫ etiam Seneca epistola tertia inquit: Omnes candidatos viros bonos dicimus.

¶ Ergo: quia scilicet inter deos relatus est Daphnis.

¶ ALTER secundus. ¶ Et puer ipse. ¶ Cæsarem intelligit. Nec refert ꝙ in ætate matura extinctus est. Nam allegoricus sermo huiuscemodi mutationem non aspernatur.

CHRI.

¶ Siluas: dicimus loca consita densis arboribus nobis non domesticis: nec afferentibus quibus fructus: cuius vescamur. Silua

Nam illa pomaria et viridaria dicuntur quamuis poetæ etiam illas siluas quandoqꝫ nominant siluarum aut aliæ glandiferæ: aliæ cæduæ sunt glandiferæ non cæduntur: sed seruantur: vt glandibus alant pecus: Cæduæ seruantur ad certuꝫ quoddam tempus: vt cum arbores peruenerint ad eam magnitudinem quam cupimus cædantur vel in materiam ædificiorum: nauigiorumqꝫ: ac multarum aliarum rerum: vel in vsum pabuli ignisqꝫ. Dicuntur etiam nemora: ꝙ in illis pascantur: greges et armenta. νέμειν enim pascere est. Philosophi etiam nostri siluam posuerunt pro materia: quia græci ὕλην quæ silua est pro materia etiam posuerunt. ¶ Dryades: nympharum plura sunt genera: Maris enim nymphæ nerinæ siue nereides dicuntur: Fontium naidas: Oreades montium ὄρη enim montes sunt Dryades siluarum: δρῦς enim quercus dicitur. Hamadryades quæ cum arboribus nascuntur et intereunt. Napeæ herbarum ac florum νάπη enim recessus est intra montes vbi flores optime nascuntur. ¶ Ipsi lætitia: repetitio est color rhetoricus. ¶ Deus deus: congeminatio facit vehementem affirmationeꝫ. Ille habet emphasim.

Pomaria Viridaria

ne tangere quidem. ¶ Herbā: sic dicitur quia terræ hæreat: nec vt arbor ab ea extollit. Per nos africanos ibi enim nascuntur maxime in getulia. ¶ Intexere. h. f. hastæ. n. frondib⁹ vestitæ thyrsi appellantur. Sunt etiam thyrsi rami cum suis frondibus. ¶ Vt gre. t. greges q̃uis proprie de minoribus dicantur: quādoq; tamē de maioribus Armēta raro nisi de maioribus. ¶ Pales: de hac in Geor.

Grandia[a] sæpe quibus mādauim⁹ Ordea sulcis
Infelix[b] Loliū, & steriles[c] dominantur Auenæ.
Pro molli Viola, pro purpureo Narcisso,
Carduus, & spinis surgit Paliurus[d] acutis.
Spargite[e] humū folijs, inducite[f] fontib⁹ vmbras
Pastores: mādat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulū facite, & tumulo superaddite[g] carmē,
Daphnis[h] ego i siluis hinc vsq; ad Sidera notus,
Formosi[i] pecoris custos formosior ipse. ME.
Tale[k] tuum carmen nobis diuine Poeta
Quale[l] sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

SER. a ¶ GRANdia ordea: vsurpatiue metri cā dixit. Nā triticum: ordeum: vinū: mel numeri tantū singularis sūt: vnde plurali in psa vti nō possumus: vina tantum possumus dicere Ciceronis exēplo qui ait: In ptura vina: cæteraq; quæ in Asia facile cōparant. b ¶ Infelix lolium: Inutile: infœcūdū. c ¶ Steriles autē auenas secūdū situ dixit Italiæ. Nā in Thracia fructuosæ sunt. Hæc autē dicit cōtingere: vt ostēdat terrā dolere quoq; Daphnidis mortē. d ¶ Paliurus: herba est asperrima & spinosa. e ¶ Spargite: Iplete: vt Spargitur & tellus lachrymis: & dicit ornandū esse locū sepulcri ex voluntate defuncti. f ¶ Inducite fontibus vmbras: facite nemora circa fontes: & hoc ideo: quia vt diximus: heroū animæ habitant vel in fontibus vel i nemoribus: vt Lucis habitamus opacis Riparūq; toros: & prata recentia riuis Incolim⁹. g ¶ Superaddite carmē: duos vsus carmē vocauit: nec mirum cum etiam de vno carmine dixerit: vt Et rem carmine signo Aeneas hæc de Danais victorib⁹ arma. h ¶ Daphnis ego i siluis hic vsq; ad sidera not⁹: i siluis not⁹ ēt hic vsq; ad sidera. i ¶ Formosi pecoris custos formosior ipse: Si ad Cæsarē referas: hī dicit: Boni ppli optim⁹ Iperator. k ¶ Tale tuū carmē: laudāt se inuicē: vt dixim⁹ sup. l ¶ Quale sopor: q̄lis res: vt Dulce satis humor.

ANT. ¶ INFELIX lolium: & nocens & infelicitatem apportans. Est enim vnū e vitijs & morbis frugum nocet etiam oculis: hinc ait Naso fasti. i. Et careant lolijs oculos vitiantibus agri. Theophrastus autē li. viij. scribit: q̄ nullum ex seminibus corruptum mutari in aliud aptum est: pterq; triticum atq; hordeum quæ mutari in loliū asserunt. ¶ Steriles auenæ: idest inanes & vanæ: Virg. li. j. Geor. Expectata seges vanis elusit auenis: inueniuntur enī auenæ quædam inanis inueniuntur & fertiles quæ quidem pro iumentis feruntur. Steriles item dixit: idest sterilitatem causantes: ait nanq; in primo Georgi. Vrit enim lini campus seges: vrit auenæ. Vt q; Plini. inquit libro. xviij. primum omnium frumenti vitium auena ē: & hordeum in ea degenerat. ¶ Narcisso: de violis & narcisso superius dictus est. ¶ Carduus: hic folio & caule spinoso lanugines habet: et semine et radice nasci potest. Pli. libro. xxj. ¶ Paliurus: Teophrastus libro primo scribit paliurum fruticem esse: & libro. vj. indicat paliurum in armis tantū habere aculeos: meminit item latius lib. iij. a quo quidem Pli. accepit quod de paliuro scribit libro. xiij.

Lolium

Carduus

CHRI. ¶ LOLIVM: græce zinzania dicitur: si sic cum tritico emolatur panisq; inde fiat: inducit somnum. Dominantur: quia penitus suffocauerunt fruges. ¶ Paliurus: secundus Dioscoridem: ab alijs Palearis acus: ab alijs cicer domesticum vocatur a nōnullis lanaria. Plini. autem ait: paliurus: spinæ genus ē semen eius afrizuram vocant contra scorpiones efficacissimum: Item calculosis & tussi. Radix discutit panos: & vomicas tota ruina trahit. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Vtilissima luxatis & tumorib⁹. Alibi ait fructuosa est. fructus rubeus iucundus & suauis: cuius cibus vina suauiora reddit. ¶ In si. Optime pāstoris nomine exprimit imperatorem. Nam & Homerus Reges populorum appellat pastores: & vrbes siluis comparantur. Nam vt siluæ ferarum habitacula sunt: ita in vrbibus plerique sunt efferatis moribus deprauati. Sopor fes. nam ex lassitudine gignitur somnus. Nam & lassitudo ē ex ipso motu. Motus autem vapores ad caput: q a cerebro frigefacti crassiores descendunt: meatusq; spirituum obturant: vnde fit somnus. ¶ Saliente: salire est emicare: vt e fonte emicant riui. dicimus etiam bruta animalia salire fœminas cum coeunt quādo saliunt supra dorsum: hinc dicimus salaces libidinosos & Veneris cupidos: & cibi: qui ad venerem excitant dicunt salaces: & mēbrū obscœnū caudā salacē appellamus.

Paliurus

Salire

Salax

¶ NEC CALAMIS

Nec calamis[a] solũ æquipas; sed voce magistrũ.
Fortunate puer tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamẽ hæc quocũq;[b] modo tibi nr̃a vicissim
Dicemus, Daphnĩq; tuum[c] tollemus ad astra.
Daphni ad astra ferem[e] ·amauit nos q̃q; daphis
An quicq̃; nobis tali[d] fit munere maius? MO.
Et puer[e] ipse fuit cantari dignus, & ista
Iã pridẽ[f] Stimichõ laudauit carmia nobis. ME.
Candidus[g] isuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibúsq;[h] videt nubes, & sidera Daphnis.
Ergo[i] alacris siluas, & cætera rura voluptas,
Panáq;, pastoresq; tenet[k], Dryadásq; puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia[l] ceruis
Vlla dolũ meditant ·amat bonus ocia daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
Intonsi[n] montes ·ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, Deus deus[m] ille menalca.

SER. a ¶ NEC CALAMIS: solum equiparas: sed voce magistrum: videtur allegoria quasi ad Theocritum & Virgilium respicere: Hic est: Tu nunc eris alter ab illo. b ¶ Quocũq; modo: prout possumus: & dicit se daphnidis dicturum apotheosim: vt Daphnĩq; tuũ tollemus ad astra. c ¶ Tuũ: quem diligis. d ¶ Tali munere: si amicus laudaueris. e ¶ Puer ipse: modo Daphnĩ intelligimus. Nã Cæsar nõ puer occisus ẽ: sed maioris ætatis. f ¶ Iam pridem stimichon laudauit carmina nobis: ac si diceret scio esse optima quæ dicturus es: frustra ea verbis extenuas: quia ille supra verecunde dixerat: Quocunq; modo tibi nostra vicissim. g ¶ Candidus: idest deus: vnde contra nigros mortuos dicimus. Orati. Hic niger est: hunc tu romane caueto. h ¶ Sub pedibusq; videt nubes & sidera daphnis: meritum eius ostendit qui summos circulos & cæli secreta conscendit. i ¶ Ergo alacris siluas: omnia tenet voluptas: quæ superius occupauerat mœror: vt Ipsa pales agros atq; ipse reliquit Apollo. k ¶ Tenet: idest moratur amplectitur. l ¶ Nec retia ceruis Vlla dolum meditantur: adeo placet simplicitas Daphnidi: vt etiam ille dolus qui voluptati ante fuerat conquiescat: scilicet venationis: & est hyperbole. m ¶ Deus deus ille Menalca: hoc sonat deus deus est Daphnis. n ¶ Intonsi: siluosi: incædui.

ANT. ¶ TV NVNC eris alter ab illo. De Theocrito intelligere non absurdum est: nam re vera Maronis magister fuit hoc in opere: vt etiam passim ostendimus. In grammatica vo Parthenio præceptore in græcis vsus est auctore Macrobio libro sexto. ¶ Et puer ipse fuit. Thrysis item ait in prima Theo. O miser infelixq; puer: & in sexta Theo. inquit Daphnis erat mentum prima lanugine tectus. Candidus insuetum: propter hoc de Cæsa. intelligere potes. Licet multa secundum Theocritum ipsi Daphnidi referantur: vt ostendimus. ¶ Candidus: idest bonus: ait enim inferius: amat bonus ocia Daphnis. Vtq; etiam Seneca epistola tertia inquit: Omnes candidatos viros bonos dicimus.

¶ Ergo: quia scilicet inter deos relatus est Daphnis.

CHRI. ¶ ALTER secundus. ¶ Et puer ipse. ¶ Cæsarem intelligit. Nec refert q in ætate matura extinctus est. Nã allegoricus sermo huiuscemodi mutationem non aspernatur.

Silua ¶ Siluas: dicimus loca consita densis arboribus nobis non domesticis: nec afferentibus quibus fructus: cuius vescamur. Nam illa pomaria et viridaria dicuntur Pomaria quamuis poetæ etiam illas siluas quandoq; nominant Viridaria siluarum aut aliæ glandiferæ: aliæ cæduæ sunt glandiferæ non cæduntur: sed seruantur: vt glandibus alant pecus: Cæduæ seruantur ad certuz quoddam tempus: vt cum arbores peruenerint ad eam magnitudinem quam cupimus cædantur vel in materiam ædificiorum: nauigiorumq;: ac multarum aliarum rerum: vel in vsum pabuli ignisq;. Dicuntur etiam nemora: q in illis pascantur: greges et armenta. νέμειν enim pascere est. Philosophi etiam nostri siluam posuerunt pro materia: quia græci ὕλην quæ silua est pro materia etiam posuerunt. ¶ Dryades: nympharum plura sunt genera: Maris enim nymphæ nerinæ siue nereides dicuntur: Fontium naidas: Oreades montium ὄρη enim montes sunt Dryades siluarum: δρῦς enim quercus dicitur. Hamadryades quæ cum arboribus nascuntur et intereunt. Napeæ herbarum ac florum νάπη enim recessus est intra montes vbi flores optime nascuntur. ¶ Ipsi lætitia: repetitio est color rhetoricus. ¶ Deus deus: congeminatio facit vehementem affirmationez. Ille habet emphasim.

Sis[a] bonus, ô felixq́; [b] tuis. en[c] quattuor aras
Ecce duas tibi Daphni; duóq; altaria Phœbo.
Pocula bina[d] nouo spumãtia lacte quot[e] annis,
Craterásq; duos statuam tibi pinguis[f] Oliui;
Et multo in primis hilarans[g] conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit, si messis, in vmbra.
Vina [h] nouũ fundã Calathis Aruisia [i] nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lictius[k] Aegon.
Saltantes[l] Satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & cum solennia vota

SER. a ¶ SIS bonus ô felixq; tuis: pastoribus: si Daphni accipis: si Cæsarē bñ ait tuis. Suis enim pcussoribus nocentissimus fuit. Nam Augu. eius filius oēs est psecut⁹. b ¶ Felix aūt ppitius: vt Sis felix: nřmq; leues q̃cunq; laborē. Itē e cō tra Iuno: Quæ potui infelix. i. irata. Deos. n. felices vel infelices ex rebus q̃s pstãt vocam⁹. c ¶ En quattuor aras: Ecce duas tibi daphni: duoq; altaria Phœbo: fecit q̃t aras q̃tuor tibi o Daphni duas: & duas aras Apollini: q̃ sint altaria. Nouimus. n. aras & dijs esse superis & inferis consecratas: Altaria vo eē superorum tantum deorum: quæ ab altitudine constat esse nominata: quæ nunc dat Apollini quasi deo. Daphnidi vo aras ponit. Nam licet eum dixerit deum: tamen mortalem fuisse manifestum est. Sane quæritur cur duo altaria Apollini se positurum dicat: cum cō stet supernos deos impari gaudere numero: inferos vo pari: vt Numero deus impare gaudet: qđ ēt pōtificales idicāt libri: sed cōstat p̃s Porphyrij librũ: quē Solē appellauit: triplicē esse Apollinis potestatē: & eundē esse Solem apud superos: Liberũ patrē in terris: Apollinē apud inferos. Vñ ēt tria insignia circa eius simulacrũ videmus: lyrã q̃ nobis cælestis harmoniæ imaginē monstrat: Griphenæũ: qđ & terrenum numen ośdit: Sagittas q̃bus infernus deus & noxius indicat: vñ & Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Hinc est q & Homerus eundē tã pestilētiæ dicit q̃; salutis esse auctorē: & Oratius ait Cōdito mitis: placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo. Vñ Virg. rationis huius peritus p altaria supernũ numē ośdit: p parē numerũ infernam indicat ptãtē. d ¶ Bĩa: duo. e ¶ Quot annis: singulis q̃busq; annis. f ¶ Pinguis oliui: qđ græci λιπαίλιον dñt. g ¶ Hilarans: participiũ est ab eo qđ dicit hilaro. Sane sciendũ nomen vñ venit. i. hilarus vel hilaris a græ. descēdente. Nã ἱλαρὸς facit. h ¶ Vina nouũ fundã calathis: Ordo est: Vina fundã calathis. i. calicibus: q̃ vina sint nouum nectar. i. magna dulcedo. i ¶ Aruisia aũt est chia a p montorio Chij insulæ Aruisio. k ¶ Lyctius ægon: Cretēsis: vt Lycti⁹ Idomeneus. l ¶ Saltãtes satyros imitabit alphesibœus: pastor q dã. Sane vt in religiõibus saltaret: hæc rō est: q nullã maiores nři partē corporis esse voluerũt quæ non sentiret religionē. Nã cãtus ad animum: saltatio ad mobilitatem pertinet corporis.

ANT. ¶ DVAS tibi daphni: q̃; q̃; enim quis cælum ascenderit: eius tamen simulacrum apud inferos esse dicitur. Propterea ergo duas daphnidi aras posuit: duas etiam Phœbo: ppter superũ & infer. hemisperium. Vñ Macro. li. i. sa. sic ait: In sacris. n. hæc religiosi arcani obseruatio tenet: vt quũ soli supero. i. diurno hemisperio est Apollo vocitetur quũ in infero. i. nocturno Dionysius: qui est Liber pater habeat. ¶ Vina aruisia: Aruisium promontoriũ est chiæ insulæ: ex quo vinum quod aruisiũ vocant: vt inquit Plini. lib. xiiij. c. x. Chios autem insula est vna cycladum teste Solino Homeri sepulcro alijs antecellens. De chio multa etiam Stra. lib. xiiij. vbi dicit: q aruista locus est asper & importuosus stadiorum. ccc. quid vinum fert græcanicorum optimum. ¶ Nectar: græce significat deorum potionem: vt Festus inquit: Sunt qui dicant nectar significare immortalitatem a ne quod priuationem significat: & κτείνω: idest occido. ¶ Hilarans: lætificans. ¶ Calathis: calicibus hoc loco. ¶ Lycti⁹ ægō: Lyct⁹ est Cretæ vrbs digna: quidē distans a Gnoso stadia centũ viginti a mari aphrico stadia octoginta. Strabo. meminit lib. x. Inde autem Lyctius a ne possessiuum. ¶ Satyros: Satyros animal est: quod teste Solino de hominibus nihil aliud præfert q̃; figuram. Bacchus autem satyros ad psallendum: idest cantandum: ac ad animi remissionem aptos secum in castris habebat: de quo lege Diodo. libro. I. Strabo. item lib. x. ait Silenos & satyros Liberi ministros esse Alphesibœus interpretatur inquirens seu inueniens boues: alpheo enim inquiro significat alpheno vo inuenio. ¶ Solennia vota: solennia dicuntur quæ in omnibus annis præstari solēt: Festus scribit. solennia item dicta: eo quod soleant fieri in anno.

Aruisiũ

Chios

Nectar

Lyctus

Alphesibœus

Solēnia

CHRI. ¶ BONVS: beneficus. ¶ O: potest esse vocantis: sed rectius optantis. ¶ Ara: secundum aliquos dicitur ἀπὸ τῆς ἔρας: idest a terra. Nam vt altare in altum porrigitur: sic

contra

ptra ara ad terrā deprimit. Var. aūt dicit vbi frumēta facta ponunt: vt arescant area dr. Propter hanc similitudinem loca pura in vrbe areæ dicunt: a quo pōt etiam esse ara deum: quia pura sit nisi potius ab ardore ad quem vt sit: fit ara. Alij volunt esse ab eo quod est ἀρά. i. precatio q in ea deos precamur. Ara etiam prima syllaba correpta stabulum significat. Oui. in epistolis. Tertius immundæ cura fidelis aræ. Nectar: de hoc in æneide dicetur. Lyctius: cretensis a lycto oppido: A it enim vir eiusdem Insulæ Strab. cuz Gnosij quod Homerus: Cæteris quæ i Creta sunt oppidis pfert gloria prolapsa esse dignitatem ad Cortinam et Lyctum fuisse translatam. Et noster Vates in tertio. Lyctius Idomeneus. Satyri: de his in æneide commodius dicetur.

Reddemus nymphis: & cuz[a] lustrabimus agros:
Dū iuga[b] mōtis Aper: fluuios dū piscis amabit,
Dumq; Thymo pascent Apes, dū rore Cicadæ,
Semp honos, nomēnq; tuū, laudésq; manebūt.
Vt Baccho[c], Cererīq; tibi sic vota quot annis
Agricolæ faciūt, dānabis[d] tu quoq; votis. MO.
Quæ tibi quæ tali reddaz[e] pro carmine dona?
Nam neq; me tantum venientis Sibilus[f] Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles. ME.
Hac te[g] nos fragili donabimus ante cicuta.
Hæc nos formosum corydon ardebat alexin.
Hæc eadē docuit cuiū pec[o], an meliboei? MO.
At tu sume[h] Pedū, quod me cū sæpe rogaret,
Non[i] tulit antigenes, & erat tū dignus amari
Formosum paribus[k] nodis, atq; ære Menalca[l].

SER. a ET CVM lustrabimus agros: sic supra: Cum facias vitula p frugib⁹. b Dum iuga montis aper: sic In freta dū fluuij current. c Vt Baccho Cererīq;: Hæc enim duo sunt numina quæ & rustici maxie colunt: & quoq numina cōia sunt mortalib⁹ cunctis: sic in geor. Vestro si munere tellus Chaonias pingui glādē mutauit arista. d Dānabis tu quoq; votis. i. cū tu deus pstare aliqua hominibus cœperis: obnoxios tibi eos facies ad vota soluēda: quæ anteq; soluantur: obligatos & quasi damnatos homines retinent. e Reddā pro carmine dona: ille euz supra tantū laudauerat: hic & laudat: & de munere ēt cogitat. f Sibilus: hic sibilus dicit res ipsa; Nā sibila ora participialiter dictū est p sibilātia. g Hac te nos fragili donabimus ante cicuta: Bene anticipat & offert munus; quod ille se facturū esse promiserat. h Sume pedū: virga incurua vnde retinent pecudus pedes. i Nō tulit antigenes: & erat tū dignus amari: aut pastorem quendam pulcherrimū dicit: aut Choraulā significat: quē legimus admodū a Virgilio fuisse dilectum. k Parib⁹ nodis: pari & æquali tumore nodosum: & honeste locut⁹ ē Formosuz nodis vel ære: vtū dicas pulcher ē frenis. l Menalca vocatiu⁹ ē.

ANT. LVSTRABIMVS agros: lustrare hic circuire significat. Nā ambaruajis hostia: vt ait Festus: rei diuinæ causa circū arua ducebat ab his qui p frugibus faciebant: hinc & nomē hostiæ acqsitū est: ab ambiendis aruis. Mac. li. ij. sat. de hostiarum generib⁹ edocet. Dū rore cica. cicadas rore vesci Pli. asserit li. xj. Damnabis tu qūo. vo. tu quoq;: vt alij dij.

Ambarualis Hostia

Pedum

Votis. i. ppl vota oblata & non soluta habitis optatis: Dānabis homines. i. dāno & pœna afficies per qđ eius potentiam numinis ostēdit. Pedum pastorales baculum incuruū dictus q illo oues a pedibus cōprehēduntur: Festus auctor. Et erat tū di. a. Lactā. li. vi. I puerorum corruptores ita scribit. Quid. n. potest esse sanctū his qui ætatē imbecillam & præsidio indigentē libidini suæ depopulandam fœdandāq; substrauerint. Nō potest hæc res p magnitudine sceleris enarrari: nihil amplius istos appellare possum q impios & parricidas: quibus non sufficiat sexus a deo datus: nisi in suum sexum prophane: ac petulanter illudant: h ille.

CHRI. CICADA: dicitur quia cito cadat. i. moriatur hæ voce carent. Nam quæ sanguinem non habent: non habent pulmones: & quæ carent pulmonibus non respirant: sine spiritu autem non fit vox: ergo non canunt: sed stridorem illum ex alarum & reliqui corporis concussione excitant: dicuntq; fingere ex onomatopœia. Eademq; ratione fit bombus in apibus cicuta. Hæc herba caulem fistulosuz habet. Ergo hic pro fistula ponitur: Cæterum hanc herbam Dioscorides quomō vocat: arabice dicitur succura. Eius frigiditas vim interimendi habet: sed vino meraco atq; calefacto huic malo subuenitur. Falluntur autem qui succuram vsquiamō esse dicunt: hæc nos formosum necesse est: vt pro Virgi. positus sit Menalca quando eclogas: a se factas memorat. Non tulit antigenas: Laus boni cum illud puero amato: et quo tēpore dignus amari erat dare nō sit passus.

Cicada

Cicuta

SER. RIMA syracosio dignata est lu dere versu Nostra: Romana in quit musa nō erubuit se siluis asi committere: idest imitari Theo critum syracusanum: & bucolica scribere. Syra cosio autē græ ce ait: Nam la tine syracusa nus dicimus. b Nostra: id est romana: vt Tu quoq; litto ribus nostris. c Et digna ta est: sic dixit q̄si ex loco su periore. d Sil uas habitare: si cut Atq; humiles habitare casas. e Thalia: musa scilicet: & græce ait θάλεια. Nam latine Thaléa debuit dicere: sicut κυθέρεια cytheréa: sed propter euphoniam contempsit ius regulæ: & ideo in græcitate permansit. f Cum canerem reges & prælia: cum cane re vellem: & significat æneidem: aut gesta re gum albanorum: quæ cœpta omisit nominū asperitate deterritus. g Cynthius: Apol lo: a cyntho monte Deli: in quo natus est. h Aurem vellit: idest mouit: vt alibi: Po stesq; a cardine vellit. Aurem autem ideo: quia Memoriæ consecrata est: vt frons Ge nio: digiti Mineruæ: genua Misericordiæ. i Deductum dicere carmen: tenue. trans latio a lana: quæ deducitur in tenuitatem.

ECLOGA SEXTA SILENVS.

RIMA [a] Syracosio dignata [c] est lu
dere versu
Nostra [b], nec erubuit siluas [d] habitare
Thália [e].
Cū [f] canerem reges, & prælia, Cynthius [g] aurē [h]
Vellit, & admonuit pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductū [i] dicere carmen.

ANT. PRIMA syracosio: argumentum carmi nibus patet. Prima: nullus enim e græ cis quoq; ante Maronem in scribendis Bu colicis Theocritum imitatus erat. No stra: Thália: idest latina musa: nostra autem inquit: vt Varrum poetam quoq; alloquitur.

Thália

Syracusiæ Syracusio versu ludere: idest Bucolica scribe re: vti prius Theocritus syracusius scripse rat. syracusæ autem gloriosa ciuitas: maxi mum olim tyrannorum domicilium sub pa chynni promontorij radicibus: qui in orien tē solē aspicit est. Diony. e docet. Stra. li. vj. & multa de ea scribit. Thália: vna est nouē musarum de quibus ample diximus in no stro carmine de floribus de quibus: item lati us Diodorus lib. v. Thália autem capacitas seu celebritas interpretatur: eo quod in lon gum tempus poetarū laus aperta virescat: canerem reges: & prælia: id simile est illi Ar ma: virumq; cā. cœperat at æne. idest prius in de deterritus rei amplitudine ad bucolica di

Cynthius uertit. Cynthius: dr̄ Apollo. Est enī cyn thus mons sublimis & asper Delo monti im minens: quæ Insula in mari ægeo sita vrbē habet in plano positam: & Apollinis templū atq; Latonæ: quæ ibi Dianam simul & Apol linem peperit. Id Strabo lib. x. scripsit: & Cyn thium dohic intelligit Augustum: dicit enī: octaua ecloga: A te principium tibi desinet: accipe iussis Carmina cœpta tuis: In ecloga: do. nij. Apolli nē appellauit: vt ibi ostendi mus. Aurē vellit: mos est excitantiū: mo uentiumq; ali quē ad res agen das: reminiscē dasq; etiam. Deductū: tenue signifi cat & subtile sicut Macro. lib. vj. sat. hinc ait Affrani: voce deducta. Pompo nius item: Vocē deducas oportet: vt mulie ris videantur verba.

NOSTRA: romana queadmodum cum CHRI. dixit. Tu quoq; littoribus nostris. Digna: Digna ta: actiue nunc protulit: alibi passiue: Coniu gio anchisa veneris dignate superbo. Di gnare: est enim dignum putare: pertinetq; ad facilitatem: humanitatemq;. Quāobrem q dignatur non modo persæpe & se de proprio gradu dimittit: & alij plus q̄ merentur tribu it. Ergo sensus est. Quāuis musa romana ali quid supra carmen bucolicum efficere me reatur: tamen sua facilitate descendit in illus. Vnde sequitur. Nec erubuit. q. d. non pu tauit esse cōtra suū decorū. Nā cum facimus aut dicimus quod non deceat afficimur pu dore. Est. n. pudor: aut obstaculum quoddā vt faciamus id quod putamus esse contra deco rum: aut veluti pœnitentia quædam qua ani mus confunditur se iam id fecisse. Primus er go pudor in virtute est. Secundus pueris dat veniam: quibus cū adhuc vitæ degēdæ igna ri sint condonatur delictum: quod pœniten tia sequatur. Nam videntur non facturi fuis se si naturam el rectius nouissent. Is aūt quos longo vsu atq; multarum rerus experientia cuncta callere oportuit: & quæ bona: quæ ue mala sint cognoscere non dat. Non enim re stat spes post eum hæc emendatum iri cum longa ætate iam obdurauerit. Reges et prælia: idest regia prælia. Cynthius: Apol lo qui præest vatibus. Deductum: Exte nuatum quale pro humilitate materiæ buco licæ esse conuenit quæ humilis est: & nō grā de quale requirunt prælia regum: Ergo non canam iniussa: idest obtemperando Apolli ni sine tua iactura: cum tibi supersunt qui ca nent tuas laudes. Et tamen si quis hæc no stra quæ pastoralia sunt leget deprehendet il la te canere.

NVNC

Núc[a] ego, nanq[b] super tibi erút, q dicere laudes
Varre[c] tuas cupiant, & tristia[d] condere bella,
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Nó iniussa[e] cano: siquis tamen hæc, quoq;, siqs
Captus amore leget, te nostræ Varre Myricæ,
Te nemus oẽ canet, nec Phœbo[g] gratior vlla ẽ,
Quàm sibi, q̃ Varri præscripsit pagina nomen.
Pergite[h] Pierides: Chromis[i] & Mnasylus i antro
Silenum pueri somno videre iacentem

SER. a ℂNVNC ego: ordo est: Nũc agrestẽ tenui meditabor arũdine musam. i. carmen rusticũ scribã. b. ⁋ Nãq; super tibi erunt: superabũdabũt tibi inquit. c ⁋ O Varre: qui ambiant tua facta describere. Hic aũt Varrus germanos vicerat: & exinde maximã fuerat & gliam & pecunias cõsecutus: per ques Virgilius meruerat plurima. d ⁋ Tristia cõdere bella: epitheton ppetuũ bellorũ. e ⁋ Non iniussa cano: vel a Polliõe: vel ab Augusto: vel a Mecœnate. f ⁋ Hæc quoq;: licet vilia sicut Theocriti: & hoc dicit si qs Is rustica legere fuerit ista dignatus: tuas tñ i his laudes inueniet: Nã per myricas & nemora bucolica significat. g ⁋ Nec phœbo gratior vlla est: nec. n. pagina vlla Apollini est gratior q̃; quæ nomen Varri gestat i titulo: Quod ideo dicit: qa hanc eclogã constat in honorẽ Varri eẽ pscriptã. Dr aũt ĩgẽti fauore a Virgilio eẽ recitata: adeo vt cũ eã postea Cytheris cantasset i theatro: quã i fine Lycoridẽ vocat. stupefact9 Cicero cui9 esset i theatro reqreret. Et cũ eũ tãdẽ aliquãdo vidisset: dixisse dicit: & ad suam & ad illius laudem: Magnæ spes altera Romæ: Quod iste postea ad Ascanium trãstulit: sicut cõmẽtatores loquunt. h ⁋ Pergite pierides: hortat musas ad referenda ea q̃ Silenus cantauerat pueris. Nã vult exequi sectã epicureã: quã didicerant tã Virgilius: q̃; Varrus docente Sirone: & quasi sub psona Sileni Sironẽ inducit loquẽtẽ. i ⁋ Chromi ãt & Mnasylon se & Varrũ vult accipi: qb9 iõ cõiũgit puellã: vt ondat plenã sectã epicureã: q nihil sine voluptate vult esse pfectũ. Chromys autem: & Mnasylus isti pueri satyri sunt.

ANT. ℂVARRE: in Horatio nunc varrius nunc varr9 legit. Hic aũt Varrus semp. Fuerũt ãt Varrus & Tucca: vt scribit Euse. Vir. & Horatij cõtubernales: & poetæ illustres: q æneidos libros postea emendarũt: sub lege ea: vt nihil: adderent. Hunc Hora. item alibi & ode. vj. laudat vbi dicit agrippæ. Scribẽtis Vario fortis & hostium victor mœonij carminis alite. Acro dicit & Porphyrio Varriũ tragœdiam scripsisse de Thyeste. itẽ Fab. li. x. de Varro satyr. vj. Hora. ad Mecœnatẽ sic ait. Nulla etenim mihi se Sors obtulit: optimus olis Vir. post hũc Varrus dixere qd essem. ⁋ Agrestẽ musã: rusticũ carmẽ: hoc ẽ bucolicũ. ⁋ Tenui arũdine: gracili fistula. ⁋ Meditabor: meditãdo canã. ⁋ Nó iniussa: vt iã ondimus Augusto inqt ecloga. viij. Accipe iussis carmĩa cœpta tuis. ⁋ Hæc quoq; vt. s. alioruũ scripta legunt. ⁋ Captus amore: beniuolẽtia ductus. ⁋ Myricæ: de ijs late i q̃rta ecloga. ⁋ Nem9: Nemora a græco dr nemos eos verbũ aũt nemo vel nemo significat distribuo tribuo pasco: nemora significãt siluas amœnas: vt Festus ait. ⁋ Canet: reboabit. ⁋ Pagia. i. charta. Paginæ aũt dñr q in libris suã q̃q; obtineãt regionẽ: vt pagi vl a pãgendo q i illis versus pãgunt. i. singũl. Fest9 ait: Præscripsit: titulo designauit. ⁋ Pergite: incipite: pseuerateq; canere: vel agite vt inqt Festus. ⁋ Pierides: vide in Palæmone. ⁋ Silenũ: is fuit Diony. pædagogus. ac nutritor: optimorũq; institutor studiorũ: qui plurimũ sibi ad virtutes & gloriã: resq; bellicas pfuit. legito Dio. li. v. Silenus

ℂ CAPTus amore: duct9 aliqua voluptate: CHRI.

⁋ Myricæ: spẽs genistæ myrica est cuius rami stipites & folia rugosa & angulosa sunt: fert grana rotũda & rubea: cui9 radix dr similis reubarbaro & in vtute. Quidã tamaricẽ putãt pter noĩs similitudinẽ. ⁋ Nec g̃tior vlla: Vt ondat phibitũ esse ab Apolline ne canat plia qa pastor ẽ. i. cuius stilus humilior existat: nõ qa nolit Apollo Varij laudes cani. Pagina: Paginæ pprie a pãgẽdo dñr cũ plures in pugillaribus aut in libro cõpactæ atq; inter se iũctæ sint chartæ. ⁋ Chromys & mnasylus: Satyrorũ sunt noĩa. ⁋ Silenũ: ait Diodorus siculus bacchũ ex Nisæis nobilissimos duxisse: quos silenos noĩabãt dictos a sileno q primus nysæ imperauit: cuius origo pp antiqtatẽ ignota fuit qq; caudã habuit in latere qd signũ posteris semp adsit. Alibi vo idẽ scriptor refert Silenũ bacchi alumnũ fuisse & bonarũ artium pceptorem extitisse: ac multa q̃ ad virtutem & ad gloriam collatura essent illum docuisse: atq; in bello armis & pardorum pellibus instruxisse: In pace vo solennitatibus floridis & belluosis vestibus exornasse: Refert Eusebius: q prisci voluerunt Atym Adonẽ & Silenum ad fruges & ad fructus ptinere: vt atys eos flores significet qui anteaq; ad fructum veniant decidãt: hinc ei pudenda abscisa dicunt: qñ flores delapsi semina non pduxerunt. Adonis vo perfectos fructus significet. Silenus autem illis sit spiritalis motus symbolum: cuius caput candore fulgens cælestes motus. Cæsaries vo inferioribus imaginis apposita crassitudinẽ terrestris aeris notat.

Marginalia: Nemora · Silenus · CHRI. · Myricæ · Paginæ · Atis · Adonis

SER. a ¶ INFLATVM: impletum venas figurate. b ¶ Iaccho autem: vino a Libero patre: q etiam Iacchus vocat. c ¶ Serta procul: modo prope. Nam intulit Tantum capiti delapsa vt ostenderet non longius prouolutam esse coronam. d ¶ Attrita ansa: frequenti scilicet potu. e ¶ Ipsis ex: ex ipsis: vt transtra per et remos: idest per transtra. f ¶ Timidis: pro timentibus. Nam timidus est qui semper timet: Timens vero qui ad tempus formidat ex causa. Aut re vera timidis: quia pueris naturaliter pacta tenerum timor e insitus.

Inflatum [a] hesterno venas vt semper Iaccho [b].
Serta [c] procul tantum capiti delapsa iacebant.
Et grauis attrita [d] pendebat Cantharus Ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis [e] ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; [f] superuenit Aegle.
Aegle Naiadum pulcherrima: iamq; videnti
Sanguineis frontem moris, et tempora pingit.
Ille dolum ridens, quo vincula nectitis inquit?
Soluite [h] me pueri; satis [g] est potuisse videri.
Carmina quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud [i] mercedis erit: simul incipit ipse.
Tum vero in numerum [k] Faunosq;, ferasq; videres
Ludere, tum rigidas motare [l] cacumina Quercus.

fileno Bacchi alumno assignatur quemadmodum Herculis est scyphus. Vtrunq; tamen dictum est a similitudine nauigii. Nam calix vnius literæ mutatione ab eo est: quod græce κύλιξ dicitur: quis sint qui velint caliceni latinum esse a calido quia calidas potionem illo sumerent antiqui. Est et cymbium etiam poculi genus a nauigio quoq; nominatum vel a cymbio per syncopam dicitur cymbium: autem poculum: vt ait Homer. Cyclopi ab Vlixe datus est excisso: idest hedera. vt Nicander colophonius et callimachus tradidere:

Cymbium

Cymbium

g ¶ Satis est potuisse videri: Soluite me: Sufficit enim quia potui a vobis videri: quod ideo dicit: quia semidei cum volunt tantum videntur: vt fauni: nymphæ: Silenus. Potest et aliter intelligi. h ¶ Soluite me: sufficit quod talis vobis visus sum: vt et ligari possim. i ¶ Aliud mercedis erit: nymphæ minatur stuprum latenter: quod verecunde dixit Virgilius. k ¶ In numerum ludere: idest saltare ad modum rhythmi et cantilenæ. l ¶ Motare cacumina: quasi hoc genus saltationis vult esse in arboribus cacuminum motum.

Est et carchesium dictum a re nauali. Nam summa velorum carchesium dixerunt. Hoc datum est a Ioue alcmenæ scilicet aureum. Est pro summum cerum et circa mediam partem compressum: ansis a summo ad infimum pertingentibus: Plautus autem nouitatem verbis fugiens pateram dixit quæ a patendo dicitur. Aegle: nomen conueniens pulchritudini puellæ: Nam αἴγλη græce lucem et splendorem significat. Iteratio autem illa nominis efficaciam dictis affert: vt illud Ad cælum tendens ardentia lumina frustra. Lumina nam teneras arcebant vincula palmas. ¶ Videnti: ergo iam a somno excitato. ¶ Carmina vobis Huic aliud mer. e. cum ad voluptatem omnia referantur: videbat pueris carmina voluptuosa futura sed puellæ nullam voluptatem afferri posse præter veneream. ¶ Huic: emphasim habet: quasi dicat adeo procaci quod signum erat lasciuiorum morum. ¶ Ludere moueri. ¶ In numerum: numerus est compositio quantitatis discretæ. Hic non fit sine ordine. Vnde pro ordine capitur vt digerit in numerum: et quia musica suum numerum: suumq; ordinem habet: iccirco numerus pro consonantia et modulatione capitur: Vt Numeros memini si verba tenerem. ¶ Faunos: in quibus ratio est. ¶ Feras: quæ et si ratione carent appetitu mouentur. ¶ Quercus: quæ omni motu carent. Ergo et rationalia et irrationalia et sensu carentia demulcebat: per quod intelligimus quod musica et sapientes efferatos atq; immanes: ac deniq; stupidos: ac pene a sensu destitutos delectat.

Carchesium

Patera

Aegle

Numerus

ANT. ¶ IACCHO: Iacchus dicitur bacchus a clamore et sonitu: nam sibi sacrificantes clamore solebant: Iacheo clamo significat iaco re sono iache clamor. ¶ Cantharus græcum nomen poculi genus: et proprie Liberi patris poculum quem Maro Sileno assignat Menander pro nauicula enim posuit Macro. auctor li. v. ¶ Ansa: circulo quo vas tenet. ¶ Attrita: idest leui. ¶ Aegle: nympha fuit solis filia ex neæra: vt Home. scribit li. xii. odysseæ: ægle autem apud nos splendor dicitur. ¶ Quo: propter quid. ¶ Satis est po. vi. sufficit vobis vidisse me: erat enim semideus. ¶ Huic ali. clam Veneres innuit. ¶ In nu. ordinem et rationem. ¶ Faunos: fauni dicti sunt a fando: idest vaticinando: vnde et fatuos dicimus inconsiderate loquentes: Tradituni vero est in siluestribus locis fari solitos: vt scribit Varro erant latinorum dii.

Fauni

CHRI. ¶ CANTHARUS: Cantharus teste Macrobio Bacchi poculum est. Quapropter recte hic

¶ PARNASSIA

SER. a ¶ PARNASSIA rupes: mõs thessaliæ Apollini cõsecratus. b ¶ Rhodope ⁊ Ismarus: montes thraciæ: in quibus Orpheus cõsueuerat canere: ⁊ hoc dicit non tantũ isti montes gaudent cantante Apolline vel Orpheo: quantum cantãte Sileno lætatus est mundus: Nanq; etiã paulopost dicturus est: Et Iuito processit vesper olympo.

Nec tantum Phœbo gaudet parnassia [a] rupes,
Nec tantũ Rhodope [b] miratur; ⁊ Ismarus Orphéa,
Nanq; [c] canebat uti [d] magnũ per inane coacta
Semina, terrarumq; animæq; [e], marisq; fuissent,

c ¶ Nanq; canebat vti magnum per inane coacta Semina: Variæ sunt philosophorum opiniones de rerum origine. Nã alij dicunt omnia ex igne procreari. vt Anaxagoras. Alij ex humore: vt Thales milesius. vñ est Oceanumq; patrem rerũ. Alij ex quatuor elementis: vt Empedocles: scdm quem ait Lucretius: Ex imbri: terra: atq; anima nascũtur ⁊ igni. Epicurei vo quos nunc sequitur nihil horum comprobant: sed dicunt duo esse rerum principia: corpus: ⁊ inane. Omne enim quod est: aut continet: aut continetur: ⁊ corpus volunt esse atomos: idest quasdã minutissimas partes: quæ τομὴν: idest sectionem non recipiunt: vnde ⁊ atomi dictæ sunt: quàs Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis: quæ infusis per fenestram radijs Solis videmus. Dicit enim illis nec visum posse accidere. Inane vo dicunt spatium in quo sunt atomi. De his itaq; duobus principijs volunt quatuor ista procreari ignem: aerem: aquam: terram. Et ex his cætera: vt illa duo elementa sint. Hæc vo quatuor synthetha: idest composita: ex alijs duobus præstent originem: alijs omnibus rebus. Hac autem ratione comprobant ex atomis et inani esse: quod nihil est in rerum natura: quod non ⁊ corpus habeat: et quia non recipit sectionem: indicet etiam inanitatem. d ¶ Vti per inane coacta Semina: canebat inquit mundi principium: idest quemadmodum coactæ ⁊ collectæ atomi per magnum inane fuissent origo ignis: aeris: terrarum: ⁊ maris. Nã semina atomos dicit. dicimus hæc atomus: ⁊ hæ atomi. e ¶ Animæq;: idest aeris: vnde et venti sunt.

PRO. ¶ NANQ; CANEBAT VTI: Hacten' breuiter. Nunc vt omnis quæstio tractet. Quæritur an poeta quatuor Solis: ⁊ his an omnibus principia rerum conuenire confirmet. Tunc deinde an reuolutis super eadẽ re sensibus paria percurrat: an vo diuersa cõfundat. Vt igitur sensum plene intelligamus hoc qd est ab eo versu. ¶ Nãq; canebat vti magnũ per inane coacta Semina: Proprium in Virgilio est: vt nihil magnũ sua auctoritate confirmet: sed aut a musis conceptum dicat: aut admirabile famæ tribuat. Hoc quædã bisiddentiæ dicunt. Nam si confirmet: inquiunt opiniones hominum ad credendum facilius nõ inducet: Sed poeta fortius probat: quom suæ opinioni etiã famam consentire pronunciat: vt est illd. Quã Iuno fertur terris magis olbus vnã. Et illud fama e Enceladi. f. f. c. ⁊ illd: Dedalus (vt fama est) f. m. r. Et illud: Nanq; ferunt fama Hippolytũ p. q. a. n. Et illud: Quid loqr: aut Scyllã Nisi q. f. f. Quæ Nisi famæ auctoritas fulciat: fabulosa videntur ⁊ inania. Hic auté fama Sileni æq; auctoritate quæ canit pfirmat. Omnẽ igitur hanc rerum naturæ formam tenui primus: ⁊ inani mole dispersam refert in quatuor elementa cõcretam: Et ex his omnia esse po. stea effigiata: Stoici tradũt ζήνων κιττιεὺς: ac Speusippus Soloeus et Cleantes Thasius. qui principem habuerunt Empedoclem agrigentinum: qui de his ita scribit.

τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε ζεὺς ἀργὴς ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' ἀϊδωνεὺς νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρουνὸν βρότειον γένος.

vt accipiamus ζεὺς ἀργὴς ignem qui sit ζέων: ⁊ candens: qđ ignis est pprius. de quo Euripydes ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα καὶ τὸν περιέχοντα ὑγρὰν ἀγκάλαις τοῦτον νόμιζε ζῆνα. ⁊ Enni' Aspice hoc sublime cãdens: quem vocant oẽs Iouem. Arges autem. i. λαμπρὸς ἢ ταχὺς. Nam ⁊ Homerus: καὶ κύνας ἀργοὺς, ⁊ argus vndiq; lucens ⁊ videns. Hoc idest Virg. exequutus ait. Et liquidi simul ignis purum demõstrans: non liquentẽ. Et liquidum super æthéra lapsæ æq; purũ. Item qđ fieri ferro liquidõ ue potest electro: puri coloris. vbi aũt ait Liquido distẽdunt nectare cellas. Nec. n. liquenti pro fluenti Dixit: sed puro. in hoc. n. commendatio est operis apum. Nec. n. laus est mellis si fluat: sed gloria si lucidum iusat. ἥρη autem φερέσβιος. terram tradit: qđ vi. ctus ferat. De qua Home. ζείδωρος ἄρουρα. vnde ⁊ τὴν ἥραν: quidam ἔραν appellauerunt ἠδ' ἀϊδωνεὺς Ditem patres glossa significat. Sed accipere debemus aera: quẽ Euripydes in Cadmo χάος appellauit sic: οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινῶς φοτῶν ζεὺς δος δαιμόνιον. τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Quia quibusdã videtur aéra: qui ex summa montium: ⁊ ima terrarum segnis faciat cũ reliquo: qui sup incubat esse obtusiores: atq; ita vicẽ inferorũ obtinere. hoc aũt ad notasse Virgiliũ aiunt in sexto. Tota passim

regione vagantur aeris in campis lætis atq; omnia lustrãt: vt post mortẽ soluto corpore vm
bre in hac obuersentur caligine animæ vltimo aeri: & purior trãsmittatur: νῆστις τε aquã
significat: quæ scilicet sincero habitu concta cõfirmet. Nã creditur id eundẽ hoiem quẽ acce
peri seruare. Cicero aũt αἰδωνέα pro terra interpretaẽ ἠέρα pro aere versa vice in libro
secũdo de Deo℞ natura. Aer inquit vt stoici disputant interiectus inter mare & cælum Iuno
nis nomine cõsecratur: quæ est soror & coniux Iouis: qđ ei similitudo ẽ ætheris: & cũ eo sum
ma coniunctio: effœminarunt autem eũ: Iunoniq; tribuerunt ꝙ nihil est eo mollius: Sed Iu
nonem à iuuando credo nominatam. Hæc de aere. Infra de terra sic. Terrena aũt vis omnia
atq; natura diti patri dicata est: qui diues vt apud græcos πλούτων: quia & recidũt omnia
in terras: & oriuntur ex terris. Idem hoc Homerus significat sic.

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασαι, ἕκαστος ἔμμορε τιμῆς,
ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
παλλομένων, αΐδης δ᾽ ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα·
ζεὺς δ᾽ ἔλαχ᾽ οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι
γαῖα δ᾽ ἔτι ξυνὴ πάντων, καὶ μακρὸς ὄλυμπος

Vt ad Iouem æter pertineat: mare ad Neptunum ditis imperia apud inferos terram cõmu
nem omnibus remansisse. In quo animaduertendum est ꝙ Homerus consentiat Empedo
cli: & Eracleoni Ciceronis diuersa opinione. Aristoteles quatuor elementa ait: aquam & ter
ram ponderibus suis deorsum ferri: Ignem & aera tenuitate sua subleuari: & his quatuor ele
mentis quintum: quasi propriũ æthéra addidit priuata mole discretũ. Idem Aristoteles ait:
non esse idem ignem & æthera: diuersitatemq; eorum comprobari: ex eo: ꝙ ignis oia consu
mat: æther omnia conseruet & nutriat. Anaxagoras his quatuor elementis constitutis re
ctorem adiungit siue spiritum: siue deum: siue mentem: per quem hæc quatuor regantur.
Hic Anaxagoras abderites fuit Democrito popularis & discipulus. Quamquã alij Diony
sium Cizicenum: Quidam Aristotelem magistrum eius affirment vir nobilis Amicus
Alexandri apud persas comes: hic ait principiũ oium sensuũ facit: quẽ secutus Plato I libro
περὶ ψυχῆς sic ait, ἀλλ᾽ ἀκούσας μὲν ποτὲ ἐκ βιβλίου τινὸς ὡς ἔφη ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος, καὶ λέγοντος ὡς ἄρα νοῦς ἐστὶν ὁ πάντα διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος ταύτῃ δὴ ἥσθην τε καὶ ἔδοξέν μοι εὖ ἔχειν τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον, καὶ ἡγησάμην εἰ τοῦτο οὕτως ἔχοι τόν γε νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν, καὶ ἕκαστα τιθέναι ταύτῃ ὅπῃ ἂν βέλτιστα ἔχοι.

Quod æq; Virgilius idẽ secut᷑ est Spirit᷑ intus alit: totãq; infusa per artus Mens agitat mo
lẽ: nã ꝙ Anaxagoras νοῦν hunc spiritũ dixit. Et qm incidimus in hũc locũ: par est præsenti
quæstioni summatim videamus quid in his quoq; agat Virgilius: versus ita se habent: Prin
cipio cælũ ac terras: camposq; liquentes Lucẽtemq; globũ lunæ: titaniaq; astra Spiritus int᷑
alit. Quod ibi anchisen facit disputantem: ꝙ hic silenum deũ nõ nisi qđ poeta Ennius An
chisen augurij: ac per hoc diuini quidam habuisse præsumit Sic doctusq; Anchises: ven᷑ quẽ
pulchra dearũ fari donauit diuinũ pectus habere. Neuius belli punici libro. ij. sic postq; auẽ
aspexit tẽplo Anchises sacra imensa penatiũ ordine ponunẽ. Inmolabat aureã victimam
pulchrã Virgi. sic & si pietate meremur Da deinde auguriũ pater: atq; hæc oia firma. Nisi enĩ
petijsset omnia: nunq; cõfirmari optasset: dehinc visa stella ait vestrum hoc auguriũ: vestroq;
in n. t. e. Idem Virgilius in tertio æneidos: vbi primũ Italiam: quo auspicati sunt: ac tẽplum
in arce Mineruæ: conditum ab idomẽneo: e salentinis. De qua re hæc tradit Varro: qui sit
Menippeus: non a magistro: quoius ætas longe præcesserat nolatus: Sed à societate ingenij
qđ is quoq; Omnigeno Carmine satyras suas expoliuerat: In tertio rerũ humanarũ refert:
Gentis salentinæ nomẽ tribus è locis fertur coaluisse è creta illyrico: Italia. Idomeneus è
creta oppido Lycto pulsus: p seditionem bello magnensiũ cum grandi manu ad reges Clini
cũ venit ad illyricũ. ab eo Itẽ accepta manu cũ locrensibus plerisq; profugis in mari cõiun
ctus: amicitiaq; per similem causam sociatis locros appulit vacuata eo metu vrbe ibiq; pos
sedit aliquot oppida & condidit: In quis vria: & castrum Mineruæ nobilissimum. In tres par
tes diuisa copia in populos. xij. Salentini dicti ꝙ in Salo amicitiã fecerint. Quom ad hanc
igitur arcem: siue oppidũ e quos animaduertisset Anchises: vt augur exclamat bellũ o terra
hospita portas Bello armantur equi. b. h. a. m. Sed tantum. ij. o. c. s. s. Quadrupedes. e. f. i. c. s.
Spes est pacis ait. Apte igitur Anchises de rebus Diuinis alibi loquiẽ: vt hic silenus. Quær
ramus igitur an & ibi: sicut hic quatuor principia designet: Principio cælum ac terras: cam
posq; liquentes: Lucentemq; globum lunæ. t. q; a. s. i. a. Nam terras simpliciter dixit: in cam
pis liquentibus mare significat: cæterũ cælum: ꝙ dixit. Si pro igni accipimus: vbi aer. Sin
vo cælum pro aere: vbi ignẽ requirimus: Emilius Asper quom hũc locũ adnotaret: Sic ait
hæc membra naturæ: sic solet iungere: vt in tria diuidat. Nam & alibi maria ac terras: cælũq;
profundum. Et Homerus. ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ᾽ ἐν δ᾽ οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν.

Sed ⁊ homerū ipso hoc loco possumus probare quatuor elementorū mentionem fecisse. Nā ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξεν Achilles significat: vt homo terren⁹: quoi arma fiebant ἐν δ᾽ οὐρανὸν aerem scilicet: In quo ista fiebāt: Ignem extrinsecus adhibebimus in ipso Vulcano. Sic ⁊ Ennius in Medea exule in his versibus: Iuppiter tuq; adeo Sūme sol: q res ols inspicis: qq; tuo lumine mare: terrā: ac cælum contines: inspice hoc facinus: Priusq̄ fit: prohibe scelus. Iam ⁊ hic Iuppiter ⁊ Sol pro igni: qui mare: terram: ⁊ cælum continet non dubie cælum pro aere dixerit: ita vt Virgilius: Dædalus vt fama est. f. m. r. præpetibus. p. a. s. c. cælo. Nam dædalū volantem aer sustinuit: Ignis prodidit vt Icarum: ⁊ in eodem Geminæ quom forte columbæ Ipsa sub ora viri cælo venere volantes. Nam ⁊ auium volatus in aere: ⁊ Lucretius manifestius: quom ait in hoc cælo q dicitur aer. Quāq; ꝙ ad Hom. v̄sus ꝑtinet ἠέλιον τ᾽ ἀκάμαντα ignē qdā velle significari: qm̄ sol nihil aliđ ee credat: q̄; lumē igni. ꝑmistū: H ⁊ Anaxagoræ Clazomēio visū socrates rephēdit: vt Xenophō l. iiij. ἀπομνημονευμάτων. sic refert κινδυνεῦσαι δ᾽ ἂν ἔφη καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἧττον ἢ ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι, ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ πῦρ τε καὶ ἥλιον ἠγνόει, ὡς τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥαδίως καθορῶσιν. εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν, καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι τὰ χρώματα μελάντερα ἔχουσιν ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς οὔ. ἠγνόει δ᾽ ὅτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων ἄνευ μὲν τοῦ ἡλίου αὐγῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι· ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται· φάσκων δὲ τὸν ἥλιον διάπυρον εἶναι, καὶ τοῦτο ἠγνόει ὅτι λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει· ὁ δὲ ἥλιος τὸν πάντα χρόνον πάντων λαμπρότερος ὢν διαμένει. Igitur ꝯm exempla apud Virgiliū cū cælū pro aere positū intelligimus ignem in eo interpretabimur: ꝙ ait titaniaq; astra. s. n. esse ignea per ipsum probanda in primis qđ ait vbi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptū. Deinde me patris Anchisæ quoties astra ignea surgūt. Item Nam neq; erant astroꝝ ignes. Item Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ. Item Cicero in scđo de Deoꝝ natura sic. Quem cōplexa summa pars cæli: quæ æther dicit: ⁊ suum retinet ardorem tenuem: ⁊ nulla admixtione concretum: ⁊ cū aeris extremitate coniungit. In æthere aūt astra voluuntur: q̄ se et nixu suo cōglobata continēt: ⁊ forma ipsa figuraq; sua momenta sustentant. Sunt. n. rotunda: quibus formis: vt dixisse ante videor: minime noceri potest. sunt autem stellæ natura flammeæ: quæ circa terræ: maris: aquarūq; vaporibus alātur ijs: qui ā sole ex agris tepefactis: ⁊ ex aquis excitantur: quibus per altæ renouatæq; stellæ: atq; omnis æther effundat eadem ⁊ rursus trahant in idem nihil vt ferē intereat: aut admodum paulum: quod astrorū ignes: ⁊ ætheris flāma consument. Ex quo nostri venturum putant id: de quo Panætiū addubitare dicebant: vt ad extremum omnis mundus ignesceret: quom humore consumpto neq; terra ali posset: nec remaneret aer: quoius ortus aqua ol exhausta esse non posset. Itaq; relinqui nihil ꝑter ignes: a quo rursum animante ac deo renouatio mundi fieret: idemq; ornatus oriretur. Sin vo cælum pro igni mihi his versibus intellexerimus: quem eundem mundum: ⁊ cosmon dictum probat Varro in cynicis: quam inscripsit dolium: aut seria sic: Mundus domus est maxima homuli: quam quinq; altitonæ flammeæ Zonæ cingunt: per quam limbus pictus bis sex signis stellimicantibus altus in obliquo æthere lunæ bigas acceptat: ⁊ appellatur a cælatura cælus græce ab ornatu κόσμος latine a puritie mundus. Si ergo cælum pro igni acceperimus: superest vt in eo ꝙ ait spiritus intus alit aerem dictum ꝓsumamus. Hic est etiam: qui nobis viuendi spiritum commeatum largitur: hoc illum ⁊ Ennius appellauit in annalibus corpore tartareo ꝓgnata plaude virago: quoi par imber ⁊ ignis spiritus ⁊ grauis terra. Item Lucilius in. xxix. satyrarum Hoc quum feceris cum cæteris reus vna tradetur lupo non aderit ἀρχαῖς hominem et stochijs simul priuabit eum igni: ⁊ aqua interdixerit duo habet stochia id maluerit. priuabit tamen ⁊ Cicero in eo libro: quo supra principio enim terra sita in media parte mundi circūfusa vndiq; est ac animabili: spirabiliq; natura: quoi nomen est aer: vt Virgilius in versibus superioribus Terrarumq; animæq;: quum significaret aeris. Ergo in his quoq; versibus spiritum pro aere accepimus. Quatuor elementorum facta descriptio: ad quam imaginem Varro mundo ouum comparauit in logistorico: qui inscribitur Tubero de origine humana sic dicens: Cælum est testa item vitellum: vt terra inter illa duo humor quasi ilcinus clusus aeri: In quo calor. In eodem etiam libro Varro interpretatur vitellum appellatum: quia nutriat vitalia. Nam ⁊ ꝙ ait Virgilius. Ni faciat maria ac. t. c. q;. p. Quippe. f. r. s. u. q. p. a. non vt Asper putat mundum in tres partes diuisit. Nam pro aere venti hic extrinsecus accipiūtur: ad quod argumentum collegimus. Ennij exemplum de annalibus. tertio sic densis aquila pinnis obnixa volabat vento: quem perhibent graium genus aera lingua. Item quum ait Virgilius. Quin aspera Iuno Quæ. m. n. t. q. m. c. q. f. Nec hic trium tantūmodo elemen-

torum intelligenda auctoritas. Nam Iunonis nomen insigne positum est aeris: & exemplo
superiore Ciceronis: quo eam Ioui iūctam: vt aerem ætheri vicinū declarauit. Itē Home
ri versus eundem referunt intellectum: quum Iuppiter castigans ait.
ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω, ὑψόθεν ἐκ δὲ ποδοῖιν
ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
χρύσεον ἄρρηκτον· σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι ἐκρέμω.
Hæc Iuppiter Iunoni dixit comminatus quæ enim possunt Iunonis videri suspendia: nisi li
brati aeris elementa? quæ sunt pedibus dimissa pondera: nisi terræ: mariq; iacentia: Quis
aureus laqueus: nisi igneus? Quid enim si nomen iunonis græce pronuncies sæpius: nō ne
iteratum incidit: quinimmo consequitur nomen aeris: idest vt incipiat ἥρα: atq; identidem
reuoluta fiat aer. Sic etiam apud Homerum vbi dij armis disceptant: Iuno Dianæ aduer
sātur: quæ luna: & luna confusa aeris densitate consuerit pati obscuritatem: Quāq; eandem lu
nam siue Dianam: & eandem Iunonem videri: ibi dicat Cicero in scđo de Deorum natura:
sit Luna a lucendo nominata: eadem lucina. Itaq; vt apud græcos Dianam: eandemq; luci
feram: sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem diana omniuaga
dicit non a venando: sed q in septem vagatur: tanq; venatibus Diana dicta: quia noctu q̃
si diem efficeret. Adhibetur autem ad partus: qđ maturescunt aut septē nonnunq; aut pleru
q; nouē lunæ cursibus: qui quia mensa spatia conficiunt: menses hominati: Vario ēt in logi
storico: quem inscripsit Mesalla de valitudine ait antiquos agrestes venandi peritos: quum
plurimum in siluis agerent: q veluti Diana duce ad inuestigandas feras paterent: Deuianā
appellasse deam: mox Dianam: quod intelligerent eandem esse: quæ diē nascentibus daret:
Plane trinam esse mundi originem: & Lucretius confitetur dicens: Principio maria ac terras
cæliumq; tuere. Quorum naturam triplicem tria corpora texta: et alio loco: Omnia p soni
tus arcet terram: mare: cælū. Afranius etiam in augure modo posteaq; adripui trabes: hunc
nostrum augurem mare cælum terram ruere: ac tremere diceres. Consentit & Pherecydes:
sed diuersa affert elementa ζῆνα inquit καὶ χθονίην, καὶ κρόνον ignem: ac terram tēpus
significans: & esse æthera: qui regat terram qua regatur tempus: in quo vniuersa pars modere
tur. Sunt qui binis principijs mundum discriminent. Nam Xenophanes colophonius ter
ram: & aquam prodidit. Quāq; ab Homero hæc est tractata opinio.
ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ, καὶ γαῖα γίνοισθαι. Consentit in numero Euripy
des: sed speciem discriminat: terram enim & aera inducit principia sorori declarauit.

ANT. ¶ PARNASSIA: Parnassus mōs ē phocidis: vt ait Stra. li. ix. q vniuersus cōsecrat' existit:
Parnas/sus antra & alia loca honore & sanctitate digna ptinens: estq; in parnasso rupes qdam prupta fun
dosam relinquens vallē: per quā plurimus amnis dispgit: q rupes Cyrphis vocat. Hinc ita
cyrphis q biceps Parnassus dicit. ibi aūt Phœbus musis præesse fert lyra sonās. ¶ Rhodope: Thra
Rhodo/pe ciæ mons: ibi aūt Orpheus sonare cātareq; solitus erat: & ibi sacra Liberi patris Orpheo pri
mū initiante celebrant: vt scribit Mela. est autem mons sublimis post æmū vt Strabo ait
li. vj. de Thracia loquens. Ptolemeus li. iij. scribit' rhodopē montem esse supra Nesus fluuiū
atq; ebrum. ¶ Ismarus: Thraciæ mons est. ¶ Nāq; canebat vti: H carmen & sequētia sex En
nij sunt in cresphonte: vt docet Macro. li. vj. ¶ Inane: ordo ē. nāq; canebat Silenus vt semi
na & terrarū: & animæ: & moris: & liqdi simul ignis fuissent coacta. i. collecta p magnū inane. i.
locū & spaciū vacans. ¶ Magnū per inane co. Semi. Lucre. li. j. ostēdit rerū naturā duabus i
rebus cōsistere i corpore. s. & inani. i. atomis & aere: q his versibus patet: Oīs vt est igit per
se natura duabus cōstitit in rebus. Nā corpora sunt & inane: hæc in quo sita sunt: & quo diuer
sa mouent. Id aūt sumpsisse videt Lucre. a Democrito: qui quidē opinatus est illa principia
oīum esse: atomos atq; inane. Atomos vo esse infinitas: & cōcretiones oēs gignere: ignē:
aquā: aerem: terrā: quippe & hæc ex atomis quibusdā cōstare: solē item ac lunam ex atomis
esse cōpositos. Legito Laer. ¶ Semina: atomos intelligit vt patuit. ¶ Animæq;. i. aeris.

CHRI. ¶ PARNASSIA rupes: parnassus phocidis mons byceps: quorū vertex alter baccho alter
phœbo sacer est. Non tamen est hericon aut Citheron. Nam hi in Bœotia sunt. Et musis na
Cyrrha tale solum præbuit helicon. delphi sub parnasso sunt. Cyrrha vo & Nysa nomina sunt vrbiū:
nysa & Nysa in helicone ē. Habet tamē duos vertices Parnassus. Ouidi. Mons ibi verticib' petit
arduus astra duobus: noīe parnassus. Et Hero. in. viij. li. quem Vraniā appellat: scribit ē par
nasso vo gemini vertices abscissi in illos irruentes multos mortales peremisse. Ac paulo īfra
Vnū ex verticibus Hyampeū noīant: & in eo. Castaliū fontem ponit. Hæc iccirco libentius
scripsi: quoniā ego quoq; in eo errore diu fui: qđ Helicon & Citheron essent parnassi Verti
ces. ¶ Rhodope: mons Thraciæ est quē mygdones icolūt sacris bacchi celeber. ¶ Ismarus:
Thraciæ mōs: Mūdus triplex ē inuisibilis. Itē visibilis quo qcunq; creata sunt ptinent. Et
Mūdus microcosmus. i. puus mūdus. i. homo. Ergo mūdus. i. oīa q in mūdo visibili sunt: & est itel
lectio. ¶ Nāq; canebat vti ma. p. i. co. opinionē Epicuri satis dilucide ponit Ser. reliquorum

autem philosopho-

autem philosophorum de principijs opiniones apud multos leges. Verum distincte dilucide q̃ rem vniuersam apud Euse. de pparatione euangelica scriptam reperies: præsertim quid prisci illi physici: quorum volumina non extant senserint. Quibus omnibus cõfutatis constat verã esse christianorum opinionem mundum ex nihilo a deo creatum lapides pyrrhæ a rebus physicis ad fabulas delabit Maro ne poetam se esse obliuisci videatur. Idem principium rebus fetis ponit in georgicis. Idẽ & Iuue. Ex quo Deucalion nimbis tollentib⁹ æquor Nauigio ascendit montem sortesq; poposcit: Paulatimq; animas caluerunt mollia saxa: Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas. Deucalionis autem, & pyrrhæ diluuiũ narrat Oui. quo tempore eus qui ex inundatione superfuerunt: montana incolerent ferinam duramq; vitam agentes: neq; in plana diluuium formidãtes descendere vellent: verbis Deucalionis mares. Pyrrhæ vero hortatu mulieres persuasæ sunt: vt in loca culta descenderent: & ad mitiorem vitam accederent: datus est fabulæ locus vt ex lapidibus ab illis iactis reparatum sit humanum genus: quia ex ferinis durisq; moribus ad humanum cultum rediere: Fuit autem hoc diluuium regnante athenis: vt ait Varro: Crimao cecropis successore: vt vero Euse. Diluuij & Hieronymus scribunt: nondum defuncto Cecrope. Dictũ autem est deucalionis diluuiũ: quoniam maxime eius regionem oppressit: Ad ægyptum autem & eius vicinia nõ puenit: Fuit huiuscemodi diluuium anno mundi septimo supra tria milia sexcentos septuaginta annos: ad diluuium vero vniuersale quod fuit temporibus Noe ab Adam. i. a mundi principio intercesserunt anni ducenti & quadraginta duo supra duo milia. Ait Seuerus: atq; idem affirmat Aphricanus qui scripsit de temporibus & historijs Hebreorum: & Græcorum: & Persarum: & Macedonum: & Alexandrinorum: item romanorum quinq; libris: omnia complexus est. Fuit & aliud diluuium regnante Ogyge qui in attica elusinam condidit. Cuius etiam temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit: quam græci Athenen: nostri autẽ minervam dicunt. Verum ab hoc diluuio ad mundi primordia intercesserunt quadraginta et septem anni supra tria milia & quadringentos.

Et liquidi[a] simul ignis: vt his exordia primis
Omnia[b], & ipse tener mundi concreuerit[c] orbis.
Tum durare[d] solum, & discludere Nerea Ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas:
Iamq;[e] nouum terræ stupeant lucescere Solem.
Altius, atq; cadãt summotis Nubib⁹ hymbres.
Incipiant siluæ cum primum surgere, cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.

SER. a ¶ Et liqdi simul ignis puri: idest ætherei. b ¶ Omnia & ipse tener mundi concreuerat orbis: Ante orbis: & sic omnia quæ in orbe sunt. nam mutato ordine ait: Primo omnia et sic orbis. c ¶ Concreuerit: collectus & informatus sit. d ¶ Tum durare soluz & discludere nerea põto: canebat etiam quemadmodum terra rerum sumpserit formam. e ¶ Iamq; nouuz terræ stupeant lucescere solem: canebat quẽadmodum post hæc stupeant terræ Solis ortum: & quemadmodum cadant imbres nubibus in altum leuatis. naturale enim est vt nubes cum cœperint Soli esse vicinæ: eius calore soluantur in pluuias. Vnde & in georgicis ait de signis serenitatis: At nebulæ magis ima petunt. Bonum sane secutus est ordinem: vt post Solis & pluuiarum commemorationem ortas siluas et animalia cuncta procreata.

ANT. ¶ Vt his exordia pri. Canebat item silenus: vt his primis. f. seminibus omnia exordia concreuerint: & vt concreuerit ipse tener orbis mundi. i. cæli. Philosophus autem in lib. de cælo & mundo inquit: cælus nec graue nec leue esse. ¶ Tũ durare soluz: Canebat vt solum. i. terra cœperit durare se: & discludere. ¶ Nerea: Nereus i. aquã põto. i. i mare: & vt cœperit solum ipsum paulatim sumere reꝝ formas. ¶ Nerea: nereus Oceani & Thetyos fili⁹ teste Hesiodo: quem olum antiqssimũ dixit Orpheus i argonautica: sed ꝓ aqua ponit hoc loco: neros n. aq̃ dr. ¶ Discludere nerea põ. fuerat olim chaos. i. elementorum cõfusio: postea qcqd Chaos ex oi materia de qua facta sũt oia purissimũ: ac lucidissimũ fuit. Id tenuit summitatẽ: & æther vocat⁹ est. Pars cui minor puritas inerat & aliqd leuis ponderis aer extitit: & in secunda loca delapsus est. Post hæc ꝙ liqdũ & corpulentũ erat in aq̃ fluxum coagulatum est. Quod deinde i penetrabile & densatũ ex defecatis abrasuz resedit elemẽtis hæsit i imo: & terræ nomẽ accepit: hanc spsus aer vndiq; fulcit & ꝑtinet: nec i recessuz aut accessuz moueri eã patit. Legito Mac. lib. j. de som. naso etiã li. j. met. optime scripsit. ¶ Iãq; nouũ: & canebat vti terræ iaz stupeant nouum solem lucescere. ¶ Imbres. i. aq̃ & pluuiæ ipsæ: a terra aũt caligo humida & ꝓp vapores fumida exhalat: hic nubes: q̃ i sublime egressæ ꝓliquoré soluunt: id Pli. li. ij. docet. ¶ Incipiãt siluæ: & canebat cũ ꝑmũ siluæ icipiãt surgere: & cũ ꝑmũ rara aĩalia errent ꝑ ignotos montes.

SER. a HINC lapides pyrrhæ: quæstio est hoc loco. Nã relictis prudentibus rebus de mũdi origine subito ad fabulas transitũ fecit. Sed dicimus aut exprimere eum voluisse sectam Epicuri: quæ rebus serijs iserit semper voluptates: aut fabulis plenis admirationibus puerorum corda mulceri. Nam fabulæ cã delectationis inuentæ sunt: vt ipse in georgicis di

Hinc[a] lapides Pyrrhæ iactos saturnia regna,
Caucaseasq́[b] refert volucres, furtũq́ pmethei.
His adiungit[c] Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent, vt littus Hyla Hyla omne sonaret.
Et fortunatam, si nunq̃ armenta fuissent,

cens: Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes. Quod aũt dicit regna saturnia: fabularum ordinẽ vertit. Nã quo tpe Saturnus regnauit in terris nõ fuit diluuiũ: sed sub Ogyge rege thebanorum. Secundũ autẽ diluuiũ fuit sub Deucalione & Pyrrha. Sane sciendum est p diluuiũ & per ecpyreosim significari téporum mutationes. b Caucaseasq́ refert volucres: furtumq́ promethei: Et hic fabulæ ordinẽ vertit: quæ talis est. Prometheus post factos a se hoĩes dr̃ auxilio Mineruæ cælum ascendisse: & adhibita facula ad rotam Solis ignẽ furatus: quem holbus indicauit. Ob quã causam irati dij duo mala immiserunt terris: febres: & morbos: sicut & Sappho: & Hesiodus memorant.

ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται
πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν πλείη δὲ θάλασσα

Quod tãgit & Oratius dicẽs: Post ignẽ ætherea domo subductum: Macies & noua febriũ terris incubuit cohors. Ipsum etiã Prometheum p Mercurius in mõte Caucaso religauerunt ad saxum: & adhibita est aqla: quæ ei cor exederet. Hæc autem oĩa nõ sine rõne fingũtur. Nam Prometheus vir prudẽtissimus fuit. Vnde etiã Prometheus dictus est ἀπὸ τῆς προμηθείας a puidentia. Hic primus astrologiam assyrijs indicauit: quã residẽs in monte altissimo Caucaso nimia cura & sollicitudine deprehenderat. Hic aũt mõs positus est circa assyrios vicinus pene sideribus: vñ ẽt maiora astra demõstrat: & diligenter eorum ortus: occasusq́ significat. Dicit aũt aquila cor eius exedere: qd̃ ἄχος est sollicitudo: qua ille affectus siderũ oẽs deprehenderat motus. Et hoc qa per prudentiam fecit duce Mercurio: qui prudentiæ & rõnis deus est: ad saxum dr̃ esse religatus. Deprehendit pterea rõnem fulminum & holbus indicauit. Vnde cæleste ignem dr̃ esse furatus. Nam qdam arte ab eodem mõstrata supnus ignis eliciebatur: qui mortalibus pfuit: donec eo bene vsi sũt. Nã postea malo holum vsu in pniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectũ est de Tullo Hostilio: q eo igni exustus est cum olbus suis. Numa vo Pompilius ipune eo vsus est tantũ in sacris deorum. Hinc est q igne rapto ab iratis numinib' morbi dicũtur immissi. c His adiungit hylam: puerũ comites Herculis: quẽ perdidit in finibus ionijs iuxta mysiam: nec vsq́ potuit reperire: Postea cũ esset cognitum q perisset i fonte ei instituta sunt sacra: quibus mos fuerat: vt eius nomẽ clamarẽt in fontibus: ad quã imitationes nũc dicit: vt Littus hyla hyla omne sonaret. Postremum aũt la breue est: ideo qa vocalis vocalẽ sequitur. Nã omnis vocatiuus græcus a masculino veniens a terminatus longus est: vt Aenea: Hyla: Palla.

ANT. HINC lapides: ordo est: hinc refert lapides pyrrhæ iactos hinc refert regna saturnia &c. Lapides pyrrhæ. Tpe deucaliõis & pyrrhæ: vt narrat Oui. li. j. me. aiunt: diluuium p vniuersas terrã fuisse: quum ipsi duo tñmodo quia optimi restitissent. Themidis oraculo ducti lapides post tergum iacerent. Indeq; breui spacio superorum numíe saxa Missa viri manibus faciẽ traxere virorum. Et de fœmineo reparata est fœmina iactu: veritas tñ alia est. nam vt Iustinus li. ij. scri. Amphicteonis Athenarum regis tpibus aquarum illuuies maiorẽ græciæ partẽ assumpsit: supfuere qui refugia montiũ cœperunt: aut ad regẽ Thessaliæ Deucalionem ratibus euecti sunt a quo propterea genus humanũ conditum dicitur. Saturnia regna: saturnus ætate aurea in latio regnauit: vnde ait Maro. libro nono: Aureaq; vt perhibent illo sub rege fuere Secula: sic placida populos in pace regebat: latius tamen supra in quarta ecloga. saturnia regna

Caucaseas volucres. Caucasus Scythiæ mons est dictus quasi graucasus: hoc est niue candidus: vt Pli. ait li. vj. Ibi dicũt aquilas Promethei iecur indeficiens assidue deuorasse: & eam Herculẽ occidisse. Diodo. autem li. j. rei veritatem exponit. Videto ergo ibidem ne ego sim longior. Caucasus Furtumq́: dicũt Prometheum ferula furatum esse ignem e solari curru: & in terras duxisse: & homini quem ex luto formauerat eo spiritum immisisse. Sed reuera ipse docuit ignem ferula asseruari: vt scri. Pli. li. vij. Promethei: pro Promethi: nam ei pro vnica syllaba posuit: vt ibi iam validam ilionei na. pro ilioni. est itaq; Synesesis: de qua in carmine figurarum legito: potes igitur & promethi & ilioni legere. Promethei: prometheus dici potest puidens: vel prudens. Id enim promethis dr̃: & pmetheo. prouideo.

prouideo. ¶ Hylan: hylas vt Strabo docet li. xij. Vnus ex socijs herculis fuit: qui etiã argonauta erat: quus aqua tum egrederet: a nymphis captũ finxerunt. Fuit autem in Bythinia iuxta prusiadem vrbem: vbi adhuc festa quædam celebrantur: in quibus per montes vagi ac saltantes hylan vocant: quasi in siluas ad illum inquirendum egrediantur: hyalo aũt & hiacteo resono ac latro significant. ¶ Vt littus: adiungit etiam vt. i. quemadmodum.

CHRI. ¶ PROMETHEI: ex Titano cæli & terræ filio natus est Iapetus: & ex iapeto Prometheus qui matrem habuit Asiam nympham. Fingũt hũc auxilio Palladis in cælũ sublatũ ferulis ignem solarem accepisse & in statuam quã de limo finxerat immisisse. Deos vero propter hoc iratos per Mercurium in caucaso religasse: aquilamq; quæ eius iecur corroderet apposuisse: hæc figmenta exprimunt q relicto fratri regno in chaldæos profectus mathematicã oẽm didicit. Deinde in caucasi vertice moratus: syderum ortus occasusq; fulminum naturã obseruasse: inde ad Assyrios reuersum illos astrologiã docuisse: & ciuilibus moribus informasse. Sicq; ex feris mãsuetos reddidisse Eusebi⁹ refert: nõnullos sentire Prometheũ & Epimetheũ & Atlantẽ fratrẽ & Argum cũcta cernentẽ & Io filiam Promethei fuisse temporibus Cecropis: alios ante Cecropem annos quinquaginta vel nonaginta Lactantius ait: illum primus simulacrum hominis fecisse. Pli scribit primum e silice ignes excudisse: & ferula seruari docuisse. De Pasiphae dicetur in æneide. ¶ Hyla omne sonaret: hylas teste Solino. Lacus Bithiniæ est: in quem hylam Herculis delitias cecidisse credunt: cuius in memoriam solenni tripudatione populus lacum circuit: hylam voce clamans.

Pasiphaen[a] niuei solatur amore Iuuenci.
Ah virgo[b] infelix quæ te dementia cepit?
Prœtides[c] implerunt falsis mugitibus agros,
At non tam turpes pecuduʒ tamẽ vlla secuta ẽ
Concubitus, q̃uis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Ah virgo infelix, tu nunc in montibus erras,
Ille latus niueum molli fultus. Hiacynthò

SER. a ¶ PASIphaë nota fabula cretensium reginam Minois vxorem: q̃ tauri amore flagrauit ah virgo: ad hoc ptinet qđ ait solatur: vt q amat taurus fortunæ magis videatur eẽ q̃ morũ. b ¶ Virgo autem: vt diximus supra a viridiori ætate. Naʒ iam mater fuerat Phædræ: Ariadnes: Androgei. c ¶ Prœtides implerũt falsis mugitibus agros: Prœtides Prœti & Sthenobeæ: siue Anthiopæ secundum Homerum filiæ fuerunt: Hæ se cum Iunoni in pulchritudine prætulissent: illa irata hunc errorem earum immisit mentibus: vt se vaccas putarent: adeo vt plerunq; gemerent: & timerent aratra. Has Melampus postea purgasse prohibetur.

ANT. pasiphae ¶ PASIPHAEN: pasiphae tetra syllabũ est: non eniʒ diphthongon habet in penultima. Vnde Propertius ait: vobiscum europæ nec proba pasiphae: fuit autem Minois Cretæ regis vxor: solisq; filia. Traduntq; Minoem quotãnis speciosissimum omnium taurum Neptuno solituʒ de more sacrificare: sed quũ ei taurus esset cæteris præstantior alium sacrificauit deteriorem: qua ex re irat⁹ Minoi Neptunus eius tauri amorem pasiphaæ iniecit. Cui arte Dædali supposita decantatuʒ fabulis genuit minotaurum natura duplici: vt q vsq; ad humeros taurus: cætera homo esset. Diodo. li. v. id scribit. ¶ Prœtides: prœt⁹ Proetus Abantis filius argiuorum rex inimicam felicitatis suæ habuit fœcunditatem: Tres enĩ sustulit filias & ad tempus nuptiarum vsq; perduxit: sed incõtinens virginũ lingua infelicitatis edidit causas: eæ eniʒ feruntur solæ in templuʒ Iunonis intrasse: & se ptulisse deæ his rebus offensa Iuno immisit eis furorem: vt se vaccas putarent & cupiditatem iniecit siluas petendi: credentes se formam induisse vaccaʒ: quod eousq; passæ sunt donec a Melãpode insania liberatæ sunt: qui quidem herbariæ artis peritissimus fuit. De hoc lege Lactã. th. iij. Vitru. quoq; li. viij. sic ait: apud fontem Clitorium Melãpus purgauit Prœti filias: restituitq; earũ mentes in pristinam sanitatem.

CHRI. ¶ PROETIDES: prœtos Abãtis argiuorũ regis filius & Lini nepos: pnepos q; egypti: ex antia quatuor suscepit filias. Meram. Euryalẽ. Lysippen: & Iphianassam: q̃ cum se Iunoni in forma præponerent ab ea in eum furoreʒ quẽ ponit Seruius conuersæ sunt. Verum cum prœtus regni partem & vnam ex iis se daturuʒ illi polliceret: qui eas liberasset. Melampus illas helleboro liberauit. Iphianassãq; vxorem accepit: ex qua suscepit Mantũ & antiphatem vnde est oiclus Vitruuius tñ in libro de architectura ait: illas esse a Melãpo ductas apud Clitorium arcadiæ oppiduʒ vt ab ebrietate liberarent: cum illic ex spelunca limpiada aq̃ fluat: quæ pota vini odium inducit: de quo Oui. Clitorio quicunq; sitim de fonte leuauit. Vina fugit: gaudetq; meris abstemius vndis. Diod. tñ dicit: melampum vatẽ fuisse & argiuas mulieres: quæ ob iram Bacchi furore vexatæ erãt Lustrasse. Ob qđ

duas regni partes ab Anaxagora Megapenthei argiuorũ rege accepisse: & ex vxore Iphianira Megapenthei filia antiphaton & miito genuisse. ℣ In leui: i polita. q. d. nullis bubulis secetis obsita. ℣ Hyacintho: sm Dioſco. herba eſt quæ florem purpureum habet & radicem ſimilem bulbo. haſtam duorum palmorum & tenuem comã viridem & gibboſam. Dicitur etias margabaret. Eſt etiam lapilli ſpecies hyacinthus. Iacinthus

Ilice[a] ſub nigra pallenteis[b] ruminat herbas.
Aut aliq̃[c] ĩ magno ſeqᷓ grege. claudite[d] nymphæ
Dictææ Nymphæ nemoꝝ iam claudite ſaltus
Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda[e] bouis veſtigia: forſitan illum
Aut herba captum viridi; aut armenta ſecutum
Perducãt aliquæ ſtabula ad Cortynia[f] Vaccæ.
Tum canit[g] heſperiduꝫ mirataꝫ mala puellam.
Tũ Phaethontiádas[h] muſco circũdat amaræ[i]
Corticis, atqꝫ ſolo procéras erigit Alnos.

SER. a ℂ ILICE ſub nigra: vel vmbroſa: vel re vera nigra: Nam talis eſt. b ℣ Pallenteis ruminat herbas: reuomit: & denuo conſumit. Ruminatio autem dicta eſt a ruma eminente gutturis parte: per quam admiſſus cibus a certis reuocatur animalibus. Pallenteis autem: vel aridas: vel quæ ventris calore ꝓpria viriditate caruerunt. c ℣ Aliquam in magno ſequiᷓ grege: ac ſi diceret: habes aliquid ſpei: ſiquidẽ nouit amare quẽ diligis. Notandum autem gregẽ cũ de bobus dixiſſe cũ armenta dicamus: licet grex ſit quorumlibet animaliũ congregatio: Sic Cicero in philippicis: Fudit apochecas: cecidit greges armentorũ. d ℣ Claudite nymphæ. melius hoc a perſona Paſiphaes dictũ accipimus: vt dicat Silenus hoc illã aliquãdo dixiſſe. e ℣ Errabunda bouis veſtigia: Illud expreſſit qđ vno verbo Home. ait εἰλίποδας βοῦς: hoc eſt flexis pedibus incedentes. f ℣ Ad cortynia: Nã apud Gnoſon ſperabat Minos eius maritus in Creta: vnde illuc taurũ non vult venire: ſed ad cortynon: vbi fuerant aliquãdo Solis armenta. g ℣ Tum canit heſperidum miratam mala puellã: mala quibus acceptis a Venere Hippomenes vicit Atlantam puellam Scyriam curſu potentẽ: quæ multos ſpõſos ſuperatos occiderat: quod plenius in æneidos tertio libro memorauimus. h ℣ Phaethõtiádas: Clymenes & Solis filias: quæ dũ extinctũ fratrẽ flerent: conuerſæ ſunt in arbores: vt hoc loco dicit in alnos: vt in decimo ĩ populos: vbi etiam plenius hanc diximus fabulaꝫ. Mira autem eſt canentis laus: vt q̃ſi non factã rem cantaret: ſed ipſe eã cantando facere videaᷓ. i ℣ Amaræ corticis: alibi ait: Raptus de ſubere cortex: quod magis ſequi debemus: vt maſculino vtamur.

ANT. ℂ CLAVDITE. ſ. vt. ſ. cũ facilius inueniaꝫ. ℣ Nymphæ dicteæ. i. Dictæi montis Cretæ Nymphæ nemorũ. i. dryades. ℣ Cortynia: erat cortyna illuſtris Cretæ vrbs ſita in campo: nec multũ a Gnoſo Minois regia diſtãs plura Stra. li. x. ℣ Heſperidũ mala: ĩ æthiopia ſpecioſiſſimũ pomarium Atlanti fuit in quo naſcebanᷓ aurea mala q̃ heſpides cuſtodiebãt. ℣ Aegle: heretuſa: heſperetuſa & dracoperuigil. La ctã. th. ij. Ide autem malis tribus p Venere habitis Hippomanes Athalãtã Schenei filiã curſu ſuperauit: de quo late. x. lib. met. Diony. a. ſcri. heſperidũ ĩſulas nõ fruſtra fabulatũ eſſe: aurea poma ꝓduxiſſe: cũ plurimo auro ditiſſimæ ſint: atqꝫ omnium pene metallorũ genera pariant eas vicini quoqꝫ iberi tenuerũt. Solinus etiã de Lybia ſcribẽs & de hortis heſperidũ & puigili dracone ait: ꝙ flexuoſo meatu æſtuariũ e mari ferᷓ adeo ſinuoſis lateribus tortuoſus: vt viſentibus procul lapſus anguineos fracta vertigine mentiant itaqꝫ qđ hortos appellauere circũdat: vñ pomorũ cuſtodẽ interꝑtantes: ſtruxerunt iter ad mendaciũ fabulãdi. ℣ Phaethontiadas phaethon ſolis. Epitheton triſyllabuꝫ ac diuiſas habet: cũ apud græcos ae habeat: & a phaeno deriuetur quod eſt oſtendo: & phaenos ſplendidus dicitur. Quin. itẽ in. i. Phaethon triſyllabum docet eſſe. Fuere autem Phaethontis ſorores in arbores verſæ flẽdo fratris obitum: ꝓpe padũ Phaethuſa. Lampetia ſeu lapetia: & Lãpethuſa: de quibus late Oui. li. ij. met. ℣ Muſco: muſcus ꝓprie dicitur lanugo viridior q̃ locis humidis naſcitur. Ouid. lib. j. met. Ad delubra deæ quorum faſtigia turpi Pallebant muſco. ℣ Procéras: altas. ℣ Alnos: ĩ quas verſæ ſunt phaethontiades. Phaethõ Phaethõtiadas Muſcus

CHRI. ℂ RVMINAT: rumẽ pars colli quo eſca deuoraᷓ. Vñ rumare: qđ nũc ruminare ait feſtus. ℣ Dicteæ: ſic appellanᷓ a dicte q̃ ſꝫ Stra. eiuſdẽ inſulæ vir mons in Creta eſt ĩ quo a nymphis enutritus eſt Iuppiter alentibus illuꝫ apibus: quamuis. Diodo. ſiculus dicat Iouẽ cuꝫ ad viridẽ ætatem perueniſſet vrbeꝫ nomine Dictẽ ædificaſſe: cuius etiaꝫ ſua tẽpeſtate veſtigia extitiſſe ſcribit. ℣ Cortynia: a Cortyna vrbe q̃ poſt Gnoſon principatũ in Creta obtinuit: ea ſita eſt in plano: & olim muro teſte Home. circũdata: deinde illo funditus diruto ſine mœnibus fuit vſqꝫ ad Ptolemei Philopatris Rumen Rumare

cortyna

lopatris tempora. Ille enim ad magnam partem restituit. Deinde incolæ opus absoluerint.
¶Phaethontiadas: patronymicum est a fratre. Nam solis filiæ & sorores Phaëthõtis fuere.
¶Musco corticis: idest muscoso cortice. Muscum dicimus lanuginem quandam viridem quæ in mucidis locis oriens aut saxis aut imis arboribus hæret. Nascitur & in aquis: hæretq; saxis. ¶Alnos: arbor est alnus: & dicitur vt placet Isidoro: quia amne alatur. Nascitur enim iuxta fluuios. Alnus

Tum canit errantẽ permessi [a] ad flumina Gallũ
Aonas in montes vt duxerit vna sororum.
Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit [b] omnis.
Vt Linus [c] hæc illi diuino [d] carmine pastor
Floribus, atq; Apio crines ornatus amaro
Dixerit, hos tibi dãt calamos; en accipe, musæ,
Ascræo [e] quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus Ornos.
His tibi Grynei [f] nemoris dicatur origo,

SER. a ¶PERmessi ad flumina gallum: Helicon mons est Boetiæ: quæ et Aonia dicitur. Ab hoc plurima cadũt flumina: inter quæ etiam Permessus: iuxta quem dicit ambulãtẽ Gallum ab vna musa ad cæteras esse deductum: & illic esse factum poetam. b ¶Assurrexerit: honorem præbuerit: vt Tmolus assurgit quibus & rex ipse phaneus: idest cedit. c ¶Vt Linus: Apollinis filius: quem supra memorauit. d ¶Diuino carmine. i. vaticinans. e ¶Ascræo quos ante seni: Hesiodo q Ascræus fuerat: quem dicuntur musæ raptum de monte Parnasso poetam fecisse munere calamorum. f ¶Grynei nemoris dicatur origo: Gryneũ nemus est in finibus Ioniis Apollini cõsecratum: in quo aliquando Calchas & Mopsus dicuntur de peritia diuinandi inter se habuisse certamen: & cum de pomorum cuiusdam arboris contenderent numero: stetit gloria Mopso: Cuius rei dolore Calchas interiit. Hoc autem Euphorionis continẽt carmina: quæ Gallus transtulit in sermonem latinum. Vñ est illud ĩ fine vbi Gallus loquit̃: Ibo: & chalcidico q̃ sũt mihi ꝯdita versu Carmĩa. Nã Chalcis ciuitas ẽ Euboeæ: de q̃ fuerat Euphoriõ.

ANT. ¶PERmessi flu. Permessus & Olmeus ex helicone Boetiæ monte fluentes: in vnũq; ꝑmixti: in Copaidem lacum incurrunt. Strab. li. ix. edocet. Gallum. C. Cor. Gal. Forouliensis poeta de quo Virg. hoc loco scribit Aegyptũ Romanam prouinciam primus rexit & anno ætatis suæ. xliii. propria se manu interfecit. Fuit & C. Asinius Gal. orator: Asinii Polliõis filius: qui diris a Tyberio suppliciis necatus est. Eusebi. auctor est. ¶Aonas in mõ. i. boetios: nam Aones Barbaræ gentes Boetiã incoluerunt: vt scribit Stra. li. ix. Sunt autem plurimi Boetiæ montes quorum Citherõ & Helicon celeberrimi: musisq; sacris: sunt autem denominati a Citherõe & helicone fratribus qui illic singulari pugnauerunt certamine: vt scribit Lysima. ¶Linus: de hoc legito in pollione. ¶Apio: Pli. lib. xix. & lib. xx. de Apio multa: vbi etiam ait: q honos erat ipsi in achaia coronare victores sacri certaminis nemeæ & in condimentis peculiarem gratiam habet: suauiores aquas potui incoctum ꝑstat. ¶Ascræo seni: ascra vicus est Boetiæ: vt Probus ait in quo extimatur nat' Hesio. Ouid. lib. iiii. de ponto. Intumuit vati nec tamen ascra suo. Stra. item li. ix. scri. Ascram esse in Thespiis iuxta Heliconis partem & Hesiodi patriam: vtq; Pli. lib. xviii. docet. Is princeps omnium de agricultura præcepit: & carmine executus est quem postea Maro inge. imitatus est. ¶Ascræo: quos ante seni: Tradunt q Hesio. Dum dĩi patris oues iuxta Heliconem custodiret: a musis ad fontem hipocrenem deductus est & poeta effectus. Vnde & Ouidi. lib. vi. fa. inquit: Ecce deas vidi non quas præceptor arandi Viderat. ascræas cum sequeretur oues. ¶Grynei nemoris: gryneum oppidum est myrinneorum in æolia: & apollinis fanum & peruetustum oraculum: & templum candido lapide sumptuosum Stra. docet lib. xiii.

Marginal notes: Cornelius Gallus; Asinius Gallus; Ascra; Gryneũ

CHRI. ¶AONAS mõtes: in Boetia: in qua et aones po. fuerunt. ¶Chorus ph. cœtus musarum: de quibus in. i. æne. Apio de hoc Macer. Est apium dictũ q apex hoc ferre solebat Victoris veterum fieret dum more triumphus græce dicitur selinon. Duo eius genera domesticum & agreste. Agrestis quinq; sunt species hydroselinon: idest aquaticum apium: hipposelinon quod macedonicum appellatur. Tertia oroselinon: idest apium montanum. Quarta petroselinon petrosum. Quinta smirnion. Præter hæc est apium raninum quod Batracon appellant. Coronabantur apio victores in ludis nemæis. Item in conuiuiis: qa ebrietatem prohibere dicitur. ¶Ornos: Hæc arbor gaudet montibus Vexasse. Cornutus anneus hunc locum reprehendit q vexare in hoc monstro leue & parui incommodi putet nec tantæ atrocitatem congruere: sed Au. ge. respõdet graue esse: tractumq; a veho in quo iã inest vis quædam alieni arbitrii. Non enim sui potens est qui vehitur.

Marginal notes: Aona; Aones; Apium; Ornos

Ne quis[a] sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loqr[b], aut Scyllã Nisi, quã fama secuta ẽ
Candida succinctã latrãtibus inguina monstris
Dulichias[c] vexasse[d] rates? & gurgite in alto
Ah timidos nautas canib[e] lacerasse marinis?

SER. a ¶ NE QVIS sit lucus: quo se plus iactet Apollo. sensus hic est: Si tu grineum laudaueris nemus: in nullo se tantum iactat Apollo. b ¶ Quid loquar aut Scyllas Nisi: quã fama secuta est: Scyllæ duæ fuerunt: vna Phorci et creteidos nymphæ filia pulcherrima: quas cũ amaret Glaucus deus marinus dum ipse amaret a Circe: & eas contẽneret: illa irata fontẽ in quo se Scylla solebat abluere infecit venenis: in quem quũ descendisset puella media sui parte in feram mutata est. Hanc postea Glaucus fecit deam marinam: quæ classem Vlyxis & socios euertisse narratur. Altera vero Scylla fuit Nisi Megarensium regis filia: cõtra quos dum deuictis iam atheniensibus pugnaret Minos propter filij Androgei interitum: quem Athenienses & Megarenses dolo necauerũt: amatus est a Scylla Nisi filia: quæ vt hosti posset placere: comam purpureã parentis abscisam obtulit: quã Nisus ita habuerat cõsecratã: vt tã diu regno potiretur q̃ diu illam habuisse intactam: Postea & Scylla a Minoe contempta dolore in auem conuersa est: & Nisus extinctus deorum miseratione in auis mutatus est formam: quæ aues hodie: vt ipse in Georg. docet: flagrant inter se magna discordia. Modo ergo Virgilius aut poetarum more miscuit fabulas: & nomen posuit pro nomine: vt diceret Scylla Nisi pro Phorci: sicut alibi Domitus pollucis habenis Cyllarus: cum Castor equorũ domitor fuerit. Item Et manibus Progne pectus signata cruentis: cũ Philomenæ non Progne abscisa sit lingua: Aut certe sit hysteronproteron: vt quasi vtriusq; fabulæ videatur facere cõmemorationẽ: vt intelligamus: Quid loquar aut scyllam Nisi: aut quã fama secuta ẽ Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias vexasse rates: Aut certe accipiam[a] Quid loquar: aut Scyllam Nisi: aut quã fama secuta est: vt est illud in primo: Non ignara mali miseris succurrere disco. c ¶ Dulychias vexasse rates: Ithacẽses a monte. Dulychiũ Insula est: vbi mons est Ithacus: in qua fertur habitasse Vlyxes: & eo q; & ipse Dulychius et Dulychias habuisse rates dicitur. d ¶ Vexasse autem rates: per tapinosin dictum est. Nam nõ vexauit sed euertit: q̃ Probus vult hac ratione dicens vexasse venire ab eo q̃d est veho: vecto: vexo: vt vexasse sit portasse: & sine dubio pro arbitrio suo euertisse.

ANT. ¶ SCYLLAM ni. Pandioni athenarum regi. iiij. fuere filij Aegeus Lycus: Pallas & Nisus: Cũq; attica regio in partes. iiij. essent diuisa: Niso megara sorte obuenerunt: qui Niseam condidit. Stra. li. ix. Contra hunc demum minos bella gessit. Scelere autem Scyllæ filiæ obtruncatus est: vt Minoe ipsa quem adamabat potiret̃: postea i aues ambo ɔuersi sunt: de quibus Ouidius libro. viij. met. Stra. vo li. viij. scri. Scyllam Nisi filiam Minois cupidine captã quũ ei Niseam proditione tradidisset: ab eo in profundum deiectam esse. ¶ Quam fama se est: ordo est: aut quid loquar Scyllã quã &c. hic loquitur de Scylla Phorci filia: quam Glaucus marinus deus amauit: propter quod a Circe venefica in monstrum marinum conuersa est: de quo lege Ouid. libro. xiiij. met. Maro etiã lib. iij. æneid. hanc describens ait: Prima hominis facies: & pulchro pectore virgo &c. Re vera tamen Scylla scopulus est in freto Siculo: vt scri. Pli. li. iiij. Salu. item dixit esse saxum ingens humanam habens effigiẽ parte superiori: īferiori vo plures habere scopulos sub radicibus cauernosos: vbi canum latratus & vlulatus luporum vnda refracta representat. Scylla autem dicitur a scyllo quod est vexo. ¶ Inguina: summæ coxæ partes dicuntur. ¶ Dulychias ve. ra. Dulychium insula est: vna echinadum: iacens ad Acheloi hostium. Stra. scri. li. x. ibi autem Vlyxes regnauit: cum vo socijs spoliauit Scylla: vnde Oui. li. xiiij. ait: Scylla loco mansit quũq; est data copia primum In Circes odium socijs spoliauit Vlyxem. ¶ Mox eadem teucras fuerat mersura carinas Ni prius in scopulum qui nunc quoq; saxeus extat. Transformata foret: scopulum quoq; nauita vitat.

¶ VEXARE: q̃ ab eo iclinatur vi atq; motu augetur sic taxare pressius: crebriusq; est q̃ tangere & iactare multo fusius q̃; iacere et quassare violentius q̃; quærere: eodem autem modo Ca. in oratione pro acheis dixit: cum Hannibal terram Italiam laceraret: atq; vexaret: & Cice. in verrem: quæ ab isto sic spoliata atq; direpta est: non vt ab hoste aliquo qui tamen in bello religionem & consuetudinis iura retineret: sed vt a barbaris prædonibus vexata. ¶ Ah: hac interiectione & indignatione contra monstrum & commiserationem in Vlyxem ostendit. Erat autem apud Priscos interiectio hæc aha: vt secunda syllaba spiraretur: sed remota vltima aspiratio ha sit primæ: vt sit ah præter latinorum consuetudinem: qui aspiratione nullã distinctionem terminant. CHRI.

a

¶ TEREI:

Aut vt mutatos Terei[a] narrauerit artus?
Quas illi Philomela[b] dapes, quæ dona pararit?
Quô cursu deserta petiuerit? & quibus ante
Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
Omnia quæ phœbo quondam meditâte beatus
Audijt eurotas[c] iussitq; ediscere Lauros.
Ille canit, pulsæ referunt ad sydera valles.
Cogere donec oues stabulis, numerúmq; referre
Iussit, & inuito[d] processit vesper Olympo[e].

SER. a ¶ TEREI: pro Terei. Nam per synæresin dictũ est: sicut supra: Furtúq; Promethi pro Promethei. Tereus autem rex thracum fuit: qui cum Pandionis athenarum regis filiam Prognem nomine duxisset vxorem: & post aliquantũ tempus ab ea rogaret: vt sibi Philomelam sororem videndas accerseret: profectus athenas dum adducit puellam: eã vitiauit in itinere: & ei liguã (ne facinus indicaret) abscidit. Illa tamen rẽ in veste suo cruore descriptam misit sorori: Qua re cognita Progne Itym filium interemit: & patri epulandum apposuit: Postea omnes in aues mutati sunt: Tereus in vpupam: Itys in phasianum: Progne in hirundinem: Philomela in lusciniã. b ¶ Philomela dapes: Atqui hoc Progne fecit: sed aut abutitur nomine: aut illi imputat propter quam factum est. c ¶ Eurotas: fluuius Laconum: qui ab Apolline instructus suas edocet Lauros: quibus eius plenæ sunt ripæ. d ¶ Et inuito processit vesper olympo: Et ex eo q; dies inuitus abscessit: & ex eo q; nimio audiendi desiderio vesper exortũ ẽ: cantilenæ voluptas ostendit. e ¶ Olympo: idest cælo.

PRO. ¶ TVNC PROGNE: Filium communem Itym per membra laceratum: Tereo præbuit epulandum. Cõfessa deinde quod fecisset: cum sorore effugit. Tereus vindex persequebatur. Sed omnes demutati sunt in aues. Progne in lusciniã: Philomela in hirundinem: Tereus in vpupam. ¶ Omnia quæ phœbo. εὐρώτας amnis: vt ait Callimachus: in flumina scipit per laconum fines: fontes autem agit ex monte mænalio. confunditur alpheo rursusq; discedit: ripe eius Lauro opacantur: Quas ait Apollonius edidisse voces: quom easdem bucolico carmine referret; beatum dixit ob potentatum Laconum.

ANT. ¶ TEREI: lege de hoc libro. vj. met. ¶ Tecta pa. s. vbi Philomela relicta a Tereo fuerat: propterea dicit ante sua. ¶ Eurotas: Laconicæ flu. Soli. teste laurisq; abundãs: vt hic poeta ostendit. Is teste Liui. iiij. de bel. Ma. vrbẽ Lacedæmona pterfluit quod etiam Stra. asserit libro. viij. ¶ Numerũq; re. Dixit etias in Palæmone: Bisq; die nu. ambo pe. al. & hæ. ¶ Processit: aduenit apparuit. ¶ Inuito olympo: nam cælum quoq; Sileni cantu oblectabatur: qui nocte adueniente deficiebat. ¶ Vesper: stella est quæ diem finit Virgi. libro. j. Ante dies clauso componet vesper olympo: latius Plini⁹ libro. ij. capi. viij. item sequenti ecloga.

CHRI. ¶ PHILOMELA: græce dicit q; melos amet latinæ luscinia: quoniam dulce canit: Est enim lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim quærulus cantus densante se frondium germine. Mira pfecto res est: q; tanta vox in tantulo corpusculo sit tam pertinax spiritus & musicæ perfectæ modulatus sonus. Certant inter se: & victa morte quiescit prius vita q; cantu deficiens. ¶ Audijt: discipulum attente & corrigit: propter hæc pia illis ac seruis pcia erant in ore. Stesichori poetæ adhuc infantis cecinit. Color huius auleulæ notissimus ẽ agripinæ tamẽ Claudij vxori candida luscinia dono data est: non est eadem auis ficedula: sed tamen forma similis. hæc Plinius qui etiam addit iuuenes Cæ. luscinias habuisse græci latiniq; sermonis dociles docentur secreto vbi nulla alia vox admisceatur. ¶ Eurotas pulsæ quia vox aer est verberatus: qui item alium verberat: & ille rursus alium donec aliquem locum pulset a quo si reflexus: Ideoq; gignitur echo propter q; dixit valles referunt quia verberatæ retro reddunt illam vocem. ¶ Cogere: item colligere.

¶ Explicit Ecloga Sexta.

SER. a FORTE sub arguta ꝯsederāt ilice daphnis: Ecloga hæc penè Theocriti est. Nā ꝛ ipsas trāstulit: ꝛ multa ad eā de alijs cōgessit. b Arguta aūt modo canora stridula: alibi argutum breue significat: vt Argutūq; caput. c Daphnis: diuinum hunc inducit quippe filium Mercurij: vt diximus supra. Nā hinc est quod paulo post dicturus ē: Caper tibi saluus ꝛ hædi: q̄si diuin⁹. d Cō pulerātq;: Cōpellere proprie est in vnum locum: vel diuersa: vel diuersorū animalia cogere. e Arcades ambo: ſi re vera arcades. Nam apud Mantuam res agitur: sed sic periti vt eos arcades putares. Nam ꝛ paulopost dicturus ē: Soli cātare periti Arcades. f Et cantare pares ꝛ respondère parati: Hoc est q̄ possent etiam continuum carmē dicere. Nā hoc est cantare: vt Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim: vel Candidus insuetū miratur limen olympi. ꝛ amœbæum referre: vt Et me phœbus amat: phœbo sua semꝑ apud me Munera sunt lauri. g Hic mihi dum: scilicet circa eam partem in qua Daphnis sedebat. h Teneras defendo a frigore myrtos: varie hic locus exponitur. Nam alij simpliciter accipiunt dum myrtos tego ꝛ tueor: ne eas frigus exurat. Alij quia æstatis illud fuisse asseritur tempus dicunt defendo a frigore: ꝛ tego contra frigus futurum: Alij dicūt dum defendo: idest dum mihi ad defensaculus præparo myrtos a frigore: idest quæ sunt sine frigoribus: Solent enim pastores vendicare sibi loca aliqua propter frigus futurum. i Vir gregis: abusiue: Nam tm̄ hominum est: sicut alibi: Quem legère virum. Itē ꝛ Horatius: Et olentis vxores mariti: acyrologia est: quod tamē ad Theocriti imitationē dictū ē q ait: ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ.

quoniam tunc teneræ sunt myrt⁹ propter q̄ vere id actum esse accipimus non æstu quo duræ myrtus. vnde ait inferius. Solstitium pecori de. iā. ve. e. Tor. iam læ. tur. ī pa. gen. Contra: ex opposito.

ECLOGA SEPTIMA MELIBOEVS.

CORYDON ET THYRSIS.

FORTE[a] sub arguta[b] consederat Ilice Daphnis[c].
Compulerántq;[d] greges Corydon et Thyrsis in vnum,
Thyrsis oues, Corydon distētas lacte Capellas.
Ambo florentes ætatibus, Arcádes[e] ambo,
Et cantare[f] pares, ꝛ respondere parati.
Hic[g] mihi, dū teneras[h] defēdo à frigore Myrtos,
Vir[i] gregis ipse Cap deerrauerat, atq; ego daphni
Aspicio. ille vbì me contra videt, ocyus inquit

ANT. FORTE sub ar. Vir. imitatus ē hoc loco: vt alibi Theocritum ipsum in ecloga sexta: vbi Daphnis ꝛ Da. A frigore. i. a frigido vēto. solet. n. martio mense potissimum ꝛ aprilis initio germina vrere: q̄ quidē fere anno quoq; meis quibusdam citreis arboribus etiam accidit. Id autem hoc pacto exponendū:

CHRI. FORTE: nō propter hoc scꝫ cum propter aliud consedisset: forte euenit q̄ cum illic sederet illi compellerent greges. Distentas lacte: idest habentes vbera distēta: idest plēas lacte. Distendere enim poetæ pro implere ponūt vt: distendant nectare cellas. Inde tractū q̄ aliqua sunt q̄ dū implentur distendantur: vt sacculi: vbera venter ꝛ huiusmodi. Ambo flor. ætatibus: Quod multum facit ad musicam. Nā in grandiori ætate: nec firmior: nec cādida: nec sonora ē vox. arcades ambo: quasi arcades quia in arcadia optime canebant: Sunt enim in singulis regionibus quædam propria. Vnde dicimus singulas regiones habere suos cantus. Parati: quod vt arcades essent habebant a natura vim musicæ: ab exercitatione autem vt ꝛ pares cantarent ꝛ responderent. Magna ergo laus vt dona naturæ artificio auxissent.

Myrtos: Succorum nam præcipuam admirationem in myrto habet: quoniā ex vna omnium olei: viniq; bina genera fiunt: generosum etiam obsonium inde faciebant myrtetum: prima in italia in Elpenoris tumulo visa est: fuit ꝛ vbi nunc roma est cuꝫ vrbs cōderet. Nam traditur myrtea verbena romanos: sabinosq; depositis armis pacificatos in loco qui nunc signa Veneris cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant: ideo tunc electa quia coniunctioni præest: et huic arbori præest Venus. Ante ædem Quirini duæ myrti sacræ fuere: altera patricia: altera plebeia præualuit patricia flaccescente plebeia florens: virensq; donec floruit senat⁹ auctoritas. deinde bello marsico cum senatus auctoritas lāguesceret: validior facta est plebeia flaccescente patricia. Cato tria myrti genera ponit candidum nigrum coniugalem fortasse a coniugis ex illo cluacinæ genere. Nunc alia distinctio satiuæ ꝛ siluestris:

ꝛ in vtraq;

& in vtraq; latifoliæ in siluestri propria oxij myrsine. Satiuarum genera topiarij faciunt. Tarentinam folio minuto. Nostraté patulo latiore: exticā densissimo senis foliorum versibus. Coniugalem puto nunc nostraté dici. Myrtus odoratissima in ægypto est. Virgæ myrti gestatæ viatori pediti in longo itinere prosunt hæc & plura alia refert Pli.

Huc ades ò Melibœe. Caper[a] tibi saluº, & Hædi.
Et siquid [b] cessare potes, requiesce [c] sub vmbra.
Huc ipsi[d] potum venient per prata iuuenci.
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius[e]; éq; sacra [f] resonát examina Quercu.
Quid facerē? neq; ego[g] alcippē, nec phyllída habebā
Depulsos à lacte domi q̄ clauderēt agnos,
Et certamē [h] erat corydon cū Thyrside magnū.
Post habui tamen illorum mea seria [i] ludo[k].
Alternis [l] igitur contendere versibus ambo
Cœpere, alternos [m] Musæ meminisse volebant.
Hos corydō, illos referebat [n] i ordie thyrsis. CO.
Nymphæº nr̄ amor Libethrides, aut mihi carmē
Quale meo Codro concedite [p] proxima[p] Phœbi

SER. a ¶ CAPER tibi saluº & hædi: aut quia ī capro est spes hædorum: aut intelligimus istum etiam hædos perdidisse: sed nescire: qđ tū ille quasi diuinus ī dicat. potest tamen etiam sci re: sʒ leuius dā nū maioris cō téplatione contenere. b ¶ Et siqd cessare potes: si potes tibi breue ociū persuadere. N. ī loquit ad hominem amantem laboris. c ¶ Requiesce sub vmbra mecū. s. d ¶ Huc ipsi potum veniēt per prata iuuenci: ipsi. i. sponte sua: & intelligimus istum præter capellarum gregem iuuencos habuisse peculiares: aut certe ipsi referamus ad hædos & caprum: vt per prata iuuenci. e ¶ Mincius: fluuium intelligamus: q Venetiæ ē. f ¶ Eq; sacra: & de sacra: vt Eq; chao densos diuum enumerabat amores. i. a chao. g ¶ Neq; ego alcippen: neq; phyllida habebā: Has duas intelligamus esse amicas cantantium. Nam hoc dicit: nec Alcippen habebam: vt ille: nec Phyllida vt alter. h ¶ Certamen erat corydon cuʒ thyrside: figurate locutus est: magnus certamen ille cuʒ illo erat: ac si dicas: magna contentio est cuʒ Cicerone Virgilius. i ¶ Mea seria: necessitatem capri inquirendi: vel hædoꝝ. k ¶ Ludo: cantilenæ: vt Ipsum Ludere quæ vellem calamo pmisit agresti. l ¶ Alternis igit cō tendere versibus ambo: hoc est qđ ait supra: Respondere parati. m ¶ Alternos musæ meminisse volebant: si volebant sensus est: Musæ vtriusq; meminerant: vt Amant alterna camœnæ: sed multi volebaʒ legunt: vt sit: Optabam o musæ meminisse alternos. i. omnia quæ dixerunt tenere. Nam & in fine dicturus est: Hæc memini. n ¶ Referebat; amœbei carminis lege: vt diximus supra. o ¶ Nymphæ noster amor libethrides: libethros fons est vbi coluntur musæ. & sic ait libethrides: ac si dicere t hippocrenides a fonte hippocrene. Vt autē poetæ inuocent nymphas sicut hoc loco: Item in fine: Extremum hunc arethusa mihi concede laborem: Hæc ratio est: q̃ sm Varrones ipsæ sunt nymphæ quæ et musæ: nec immerito. Naʒ aquæ motus musicaʒ efficit: vt in hydria vitrea vidēmº. Sane sciendum q̃ ideʒ Varro tres tantum musas esse cōmemorat: Vnam quæ ex aquæ nascitur motu: Alteraʒ quaʒ aeris icti efficit sonº: Tertiaʒ quæ mera tantū voce cōsistit. Et multi volunt in hac ecloga esse allegoriam: vt Daphnis sit Cæsar: Corydon Virgilius: Thyrsis vo qui vincitur Virgilij obtrectator aut Bauiº: aut Anser: aut Meuius poetæ. p ¶ Proxima phœbi: subaudis carmina.

ANT. ¶ CESSARE: vacare: ab labore. ¶ Requiesce sub. v. solet. n. q̄nq; Martij tēpore & Aprili sol esse calidior. nam Vir. est. ¶ Mincius. flu. est qui pterfluit Mantuā de quo superius etiā. ¶ Viridis: cæruleus: q̃ etiā arundines efficiunt foliorum copia. ¶ Sacra: iouis. s. ¶ Examīa: hæc. n. Martio mense incipiunt alueos exire: & arboribus inhærere. ¶ Corydon: pro corydoni dixit per antiptosin. ¶ Posthabui: postposui. ¶ Seria. i. grauia ac tristia. hoc est amissum caprū serium triste & quasi sine risu dicitur auctore Mar. ¶ Ludo: ioco & cantilenæ. ¶ Alternis: pro alternati. ¶ Alternos vicissim & alternatim vtriusq;. ¶ Meminisse: recordari. ¶ Nymphæ: musas ipsas nymphas appellat. & Stra. x. scri. Thracas fuisse boetiæ accolas: & libetridum nymphaꝝ antruʒ psecrarūt. scri. item libethrū quēdaʒ fuisse. Thraciæ locuʒ: vbi musæ cultæ sunt. ¶ Libethrides: libethra fons est in magnesia regione quideʒ thessaliæ adiuncta: vt scri. Pli. iiij. Thessaliæ itē Boetiæ iuncta est. Soli. inqt. Sʒ ne trāseamus psidiū poetaꝝ, fons libethrus & ipse magnesiæ est.

Mĩcius

CHRI. ¶ ADES: veni: nā si pñs sis significaret nō huc sʒ hic dixisset. ¶ Mincius flu. est q ex benaco lacu exiens Mantuā vsq; labit. ibi aūt in circuitu ciuitatis altero lacu facto breui cursu in padū isluit. ¶ Quercu: nā siluestres apes ī cauis arboꝝ sæpe pdunt: hæc arbor sa

crata Ioui est. Arbores quæ ferūt eas:quas ꝓprie glādes dicimus sunt q̄rcus robur:æsculus:cerrus:ilex:suber. Ciuica corona ex ilice primo mox ex æsculo:inde ex q̄rcu. ¶ Seria:ea se ria dicimus q̄ nō ad voluptatē:sed ad veritatē:vtilitatēq; spectāt. Vñ ioco opponunt. hic cōicus serion dicis an ioco. ¶ Libethrides:Stra. sic ponit:helicon. igit nō ꝓcul a pnaso distās illi æmulus est ꝛ altitudine ꝛ circuitu. Vterq; n. niuibus pulsant. Et rupes amborū saxea ē. Hoc aūt in loco est cōsecrata musis ædes:fonsq; caballinus ꝛ libethrū spelūca nympharū. Qua ex re suspicari licet eos qui ꝛ helicona ꝛ pieriam ꝛ libethrum ꝛ pipleam eisdem musis consecrauerunt thraces extitisse. Pieres autem vocabantur:quibus extinctis:loca hæc macedones nunc possident.

SIR. a ¶ Aut si nō possumus oēs: s̄m illud dixit: Non oīa possumus oēs: Nam debuit dicere: Aut si ego non possum. b ¶ Sacra pinu:matri deū consecrata:sic supra: Sacra quercu. s. Ioui dicata.

Versibus ille facit, aut [a] si non possumus oēs,
Hic arguta sacra [b] pendebit Fistula Pinu. THyr.
Pastores hedera crescentem [c] ornate poetam
Arcades, inuidia rumpantur [d] vt Ilia Codro.
Aut si vltra [e] placitum laudarit, Baccare frontē
Cīgite, ne vati noceat mala [f] līgua futuro. CO.
Setosi caput hoc Apri tibi Delia paruus
Et ramosa Micon [g] viuacis [h] cornua Cerui.

nascunt:nec potest ætas discerni. Pli. li. viij.
¶ PINV: In Europa sex genera cognatorū arborū sunt: pinus pinaster:ea ē pin⁹ siluestris ē mira altitudine: ꝛ a medio ramosa: inde pix:abies:larix ꝛ tæda. CHRL

c ¶ Crescentē poetā: Verecunde locutus est non iā poetā dicens:sed nascentē. Sane hoc loco carmen exprimit amœbeū. Nā cū Corydon petijsset vt esset Codri similis: hic se adeo codrum superare dixit:vt in se eius inuidiam possit mouere. Hedera aūt coronant poetæ:vt quasi Libero consecrati:q ēt vt bacchæ insaniunt. Sic Horatius: Vt male sanos ascripsit satyris faunisq; poetas: Vel ꝙ semꝑ virent hederæ sicut carmina æternitatē merent. d ¶ Rumpant vt ilia:sicut ēt in æneide diximus hoc ile ꝛ hæc ilia facit. Vñ ēt Iuuenalis ait: Vis frater ab ipsis ilibus? Nam Marylus mimographus contempsit artem, ad iocū mouendū:ꝛ parasito dixit: Tu vt Hector ab ilio Nunq̄ recedis. Est aūt hoc dictū ꝑ amaritudinē rusticā. e ¶ Vltra placitū. i. nimie. Irrisorie vltra q̄ placeo ꝛ mereor. f ¶ Mala lingua:fascinatoria nocendi. s. studio. g ¶ Micon:vel eius filius:vel patron⁹. h ¶ Viuacis cerui:vt. n. Plinius dicit in naturali historia:cū se cerui grauatos ætate cognouerūt:serpentes requirunt: vt eos flatu ad se tractos:cū comederint reuertantur rursus in ætatem priorem.

ANT. ¶ NON. p. o. supple carmina facere ꝓxima versibus phœbi vti Codrus. ¶ Hedera:dē hac latius in pollione vbi ēt de baccare. ¶ Mala lingua:de fascino lege in palæmōe. ¶ Vltra placitū:vltra æquū. ¶ Tibi:supple vouit vel tradit:ac tuo templo affiget. ¶ Viuacis cerui:vita ceruis in cōfesso lōga:vt inq̄t Pli. li. viij. post centū annos aliq̄bus captis cū torq̄bus aureis: quos Alexāder magnus addiderat:adoptis iā cute ī magna obesitate. ¶ Ramosa cornua:cornua mares hñt:īdiciaq; ætatis in illis gerūt:singulis annis adijciētibus ramos:vsq; ad sexennes:ab eo tpe similia reui

¶ Vltra. p. plusq̄ sibi placeat:quasi inuitus vnde possit oriri fascinum. hinc dixit mala lingua sed de fascino dictum est. ¶ Baccare: Bacca assarum est vt quidam volunt. Pli. autem Baccar eo ꝙ radicis tantum odoratæ est a quibusdam nardum rusticum appellatum: Vnguenta ea radice fecisse antiquos testatur Aristopha. comicus: odor illi est cinamomo proximus gracili solo nec humido prouenit. Et paulo inferius: sed corum error corrigendus: qui baccar nardum rusticum appellant. est enim alia herba sic cognominata: quam græci assaron vocant cuius figuram diximus in nardi generibus. Quinimmo assaron inuenio. vocitari. alio autem in loco baccar aliqui ex nostris perssam vocant in medicinæ vsu ꝛ vestibus odoris gratia admiscetur. Dios. autem herbam illam ait esse odoratam coronis aptam: et quæ folia habeat aspera ꝛ lata:cuiq; virga angulosa sit ꝛ cubitalis ramulis plena asperis. Florem autem habeat purpureum ꝛ pinguem ꝛ subalbidum odoratū:radicem similē helebo ro albo:odore cinamomo similē:nascit aspis ꝛ humidis locis. ¶ Caput:optime: Nam in veneratione cæteris donis caput præfertur. Hinc Ouidi. in venatione apri calydonij a meleagro caput apri Atalantæ datum magna virorum inuidia scribit. Hoc animal in india cubitales dentium flexus germina ex rostro totidem a fronte seu vituli cornua habent:in arabia nulli sunt:sed neq; sues etiam. In Macedonia multos esse dicunt. ¶ Aper a græco est remota prima litera. illi enim κάπρον dicunt. ¶ Ramosa: Quod proprium ceruorum est: vnde ceruus παρὰ τῶν κεράτων: idest a cornibus dicitur. Sed de ceruis alibi

Bacca-ris

¶SI PROptiū

Si propꝛium [a] hoc fuerit, leui [b] de marmoꝛe tota
Puniceo ſtabis ſuras [c] euincta cothurno. Thyr.
Sinum [d] lactis, ⁊ hæc te liba [e] Priape quot annis
Expectare ſat eſt: cuſtos es pauperis hoꝛti.
Nunc te marmoꝛeum pꝛo tpe [f] fecimus: at tu
Si fœtura [g] gregē ſuppleuerit, aureus eſto. CO.
Nerine [h] Galátea, Thymo [i] mihi dulcioꝛ Hyblæ,

SER. a ❡SI PROpriū hoc fuerit: quod ſupra peierat. ſ. vt talia carmina fecerit: q̄lia Codrus effecerat. b ❡Leui de marmore tota: Solēt enim plerunq; caput tm̄ vel thoraca facere. c ❡Suras euicta cothurno. iō ſingulari vſus eſt numero: qa hoc genus calciamēti vtriq; aptum eſt pedi: ſic in primo æneidos: Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno. d ❡Sinus lactis: Sinus genus ē vaſis: qđ cum ſignificamus ſi producitur. Cum vo gremiū ſignificamus: ſi corripimus. Sane notandum haberi conſideratione diuinarum perſonarū. Nam ille ſupra cum veneratione locutus eſt apud numen ſeuerum: contra hic iocatur: qa loquitur numini: qđ iocis gaudere manifeſtus eſt. Priapus aūt deus Lampſacenus eſt Helleſpōti: q hortos tuet. e ❡Liba: placenta. f ❡Pro tpe: pro neceſſitare. g ❡Si fœtura gregē ſuppleuerit: ſi tot agnos habuero: quot oues: hoc eſt.n. gregē ſuppleri per fœturā. Fœtura. n. eſt prouentus. i. ipſe fœtus. h ❡Nerine galatea: O amica quæ talis es qualis fuit Galatea: quā Cyclops amauit. Nerine aūt patronymicū eſt græcū. Nam fœminina patronymica aut Ias exeūt: vt Pelias: aut in eis: vt Atreis: aut in ne: vt Nerine Adraſtine. i ❡Thymo mihi dulcior hyblæ: vł odore hyblæi thymi: vel melle hyblæo: vt a materia rem ipſā dixerit. Nā apibus nō hoībus dulcis ē thymꝰ.

ANT. ❡SI PROpriū hoc fuerit: ꝓpriū. i. priuatū mihi nec ad alios ptinēs: hoc. ſ. vt carmē q̄le codrus cōponā. Ad id āt Diana inuocat: qm̄ bucolicū carmē Dianæ conſecratus ſcribūt: Nā vt Diodo. ait: tradūt daphnī dianā fiſtula ⁊ cātu bucolico apprime oblectaſſe. ❡Suras: Sura dr̄ poſterior pars tibiæ. ❡Puniceo: rubicundo q̄ſi phœniceo. ❡Cothurno: cothurni ſunt calciamētorū gn̄a venatorū: qbus crura ēt muniunt: cuius calciamēti effigies ē in ſimulacris liberi ⁊ dianæ: Prob. auctor. ❡Sinū lactis: Sinū vas eſt ſinuoſū: vt ſcribit Marcel. Sinū itē vas vinariū grāde teſte Varrōe. ❡Liba: ſunt placētæ: de farre ⁊ melle ⁊ oleo ſacris aptæ: dcā vo liba teſte Varrone ꝙ libarent̄ priuſq; eēnt cocta. Cato āt capite. lxxv. docet latius quo pacto libū fieret. ❡Priape: hic deus nō ſolū in vrbiū tēplis: ſꝫ in agreſtibus quoq; locis tāq̄ vinearū atq; hortorū cuſtos colebat̄: fructuū fures caſtigās: ei ſacra cū riſu ludo fiebāt fabulant̄ antiq Dion. ac Veneris filiū fuiſſe. aſſerūtq; nōnulli p̄ſcos illos: quū vellēt holum pudenda occultius nolare priapū dixiſſe. Diodo. auctor ii. v. ❡Fœtura: i. genitura ⁊ ouiū prouētus. ❡Nerine: Nerei filia: de quo ſupius. ❡Thymo: et ſupra patuit. ❡Hyblæ: vide in Tityro.

CHRI. ❡SINVM: vas ī quo exprimit̄ lac: ⁊ per diminutionē dictā volūt ſitellā. ❡Liba: Libū in ſacris vt placet Ser. fit ex farre ⁊ melle ⁊ oleo. Marcus tn̄ Cato ita ait. Libū ſic facito caſei Puncto. ii. in mortario bñ diſterat. vbi bñ diſtriuerit farinæ ſiligineæ libraꝫ: aut ſi voles tenerius eſſe ſelibrā ſimilaginis ſolū eodē indito: pmiſcetoq; cū caſeo bene ouum vnū addito ⁊ vna bñ pmiſceto: inde panē facito folia ſubito. In foco calido ſub teſta quo quito leuiter. ❡Priape: Diodo. de dijs ægyptijs ſic ait: hircū effigiarūt: vt græci priapuꝫ pp eā corporis partē: a qua ſit oīuꝫ ortus. Pudendis. n. nō ſolū ægyptij: ſed alij ſacra faciūt tanq̄; cauſæ aīantiū generationis. Alio autē loco refert Dionyſij ⁊ Veneris filium fuiſſe Priapū phyſica rōne: Nāq vino calēt ī Venerē pni ſunt. Alij dīt virile mēbrū priſcos fabuloſe priapū appellaſſe: ⁊ ꝙ generādorū hominū cā ſit immortalitate donatū. Aegyptij aſſerūt titanas. Oſirim ex inſidijs laceraſſe: ⁊ ſingulos ſingula membra clā exportaſſe. Virile ſolū membrū ꝙ nullus exportare voluerit in flumen abieciſſe. Itaq; Iſis cuꝫ reliqua reperiſſet mēbra ⁊ conſecraſſet: ⁊ ipſum virile inuenire nō poſſet: ſeorſum vt deū colēdū inſtituiſſe. Appellant ityphallū ⁊ non ſolū in templis hēbant ſed in agris cuſtodē vitibus ⁊ ortis adhibebant Quin ⁊ faſcinationes ꝓhibere putat̄. hæc Diodo. dat̄ autē deus ortis qm̄ nullū genus agroruꝫ fertilius ⁊ ꝙ magis gignitijs eſt. Euſebius aūt demōſtrat priſcos Priapū habuiſſe ſymbolū quo ſignificaretur vis illa ſeminalis: q̄ in terrā deſcendit: cuius ꝙ ad ſiccos ptinet fructus bona dea ꝙ ad plātaria Diony. dr̄. ❡Thymo: herba notiſſima eſt cuius virtutes infinitæ penē ſunt. calefacit. n. ⁊ deſiccat ꝓuocat vrinā ⁊ menſtrua: pellit fœtum: aperit opilationes: viſcerum confert: excreatui pectoris ⁊ pulmonis: cōfert pectori ⁊ ſtomacho: epota cum ſale ⁊ aceto abſtergit pituitam: Si cum melle decoquare cōfert aſthmaticis: expellit lumbricos: trita in mortario ⁊ ſparſa ſuper cibos confert obſcuritati viſus: ⁊ quoniā apes paſtæ thymo optima producunt mella: thymo pro melle poſuit ❡Hyblæ: mons eſt ſiciliæ: in quo pp copiam thymi optima fiunt mella.

Sura

Thymū

Hybla

SER. a ¶ HEDERA formosior alba: quia sunt & nigræ hederæ: vt Aut hederæ pandunt vesti gia nigræ: Nigra aūt vel alba hedera non ex folijs: sed ex ligno cognoscitur. b ¶ Tui corydonis: plenus affectus est: vt Si quis ama tæ tāgit honos alum. c ¶ Sardois herbis: in sardinia.n.nascitur q̄dā3 herba: vt Salu.dicit: q̄ sardoa dr̄ apiastri similis. hæc ora hois3 rict⁹ dolore cōtrahit: & q̄si ridētes īterimit. d ¶ Ite domū pasti si quis pudor ite iuuēci: qui ad pascendu3 auidissimi sunt: Id autem increpat tauros tarde redeūtes ad stabula: quia superius ille dixerat: tunc amicā suā3 venire debere: cū tauri ad præsepia finissent reuersi. e ¶ Muscosi fontes: lanugine viridiore coo perti. f ¶ Arbutus: genus arboris frondibus raris. g ¶ Iam venit æstas: iā aduenit: iam propinquat. Non enim dicit æstatē esse: cum adhuc turgere gēmarum palmites dicat: & be ne tarde frondere vites in Venetia: quæ est ꝓ uincia frigidior. h ¶ Hic focus & tædæ pingues: contraria iste dicit. i ¶ Pingues autē3 tædas ait desudantes picem.

curuo: vna pars orationis est. e ¶ Scabra rubigine: aspera: vnde & scabies dicitur a corporis asperitate. f ¶ Galeas inanis: concauas: vt Galeam ante pedes proiecit inanem. g ¶ Grandia ossa: aut multa: aut ingentia: q̄si antiquorum heroum. h ¶ Dij patrij indigetes & romule vestaq; mater: patrij dij sunt qui præsunt singulis ciuitatibus: vt Minerua athenis. Iuno carthagini. Indigetes autẽ proprie sunt dij ex hominibus facti: quasi in dijs agentes. Abusiue autem omnes dij possunt dici indigetes: tanq̃ nullius rei egẽtes. Romulum aũt ideo inuocat: quia ipse iam inter deos colebatur: & recte eum ad Augusti salutem inuocat: quasi ex eo descendentis: & qui illius sit vrbis imperator: quam Romulus condiderat. i ¶ Vestaq; mater: quæ thuscum tyberim & romana palatia seruas: poetice. Nam verũ nomen numinis quod vrbi Romæ præesset sciri sacrorum lege prohibetur: quod ausus quidam tribunus plebis enunciare in crucem leuatus est.

PRO. ¶ EMATHIAM & latos æmi. p. c. Aemus mons diuidit thraciam a Macedonia dictus a nomine regis thracum Aemi: quoius soror vxor Rhodope fuisse traditur. Emathia dicitur macedonia: vt plerisq; auctoribus liquet: ab Emathione fratre Memnonis Auroræ: & Tithonij filij.

ANT. ¶ EMATHIAM: Emathia: vt Pli. scri. lib. iiij. ca. xj. antea dicta: postea Macedonia. Auctor quoq; Soli. q̃ ait ab Emathio primo rege dictam. ¶ Aemi: æmus mõs est in Thracia vasto iugo procumbens in pontum: auctor Pli. li. iiij. Thracia autem vt ostendit Ptolemeus li. iij. iuncta est Macedoniæ: vñ & Lucā. li. vj. ait: Qua iuga deuex' pharsalica porrigit æmus. ¶ Pila: Modestus scribit: pilũ fuisse telum maius ferro triangulo vnciarum ix. hastile pedum quinq; & semis quod suo tẽpore spiculum dicebatur: ad cuius iactus exercebantur præcipue milites: q̄ arte & virtute directum: & scutatos pedites & loricatos equites sæpe transuerberat. ¶ Grandia ossa: olim fuisse homines grandiores: vt Homerus indicat: & Vir. hinc Iuue. ait sat. xv. Terra malos homines nũc educat atq; pusillos. ¶ Dij patrij: expositis ob cæsareã cædem prodigijs actis: nunc ipsum Augustus romanum imperium souere optat. ¶ Indigetes: F est' ait: Indigetes dij: q̄rũ nõia vulgari nõ licet: & indiges Aeneas appellatus est ab Ascanio post humanum abscessum. Liui. autem scribit appellatum Iouem indigetem. Sunt & qui dicant indigetes dici: qui ex hominibus ad consecrationem veniunt: vt Aeneas &c̃. ¶ Romule: Romulus. xviij. natus annos potit' est Romano regno: annos autem. xxxvij. dominatus. quintum autem & quinquagesimum vitæ agens a ciuib' suis interfectus est (licet varia de morte referantur) cum iam imperium non regie: sed tyrannice exerceret: post hæc Iulius proculus in forum procedens: Romulum inquit: ego ex agro adueniens vidi abeuntem ex vrbe armatum: qui vbi proximus mihi fuit ita eum dicere audiui: Nuntia romanis Iuli q̄ me sortitus ab initio vitæ genius in cælum ducit mortali expleto sæculo: sum autem Quirinus. Succedens exinde in regnum Numa Pompilius ipsum Romulum: vt naturam superantem mortalem templi adornatione: & anniuersarijs sacrificijs Quirinum vocatum statuit honorari. Hæc ex li. ij. Dionysij. ¶ Vestaq; mater: Erat Vesta vrbis Romæ custos: quam virgines seruabant perpetuo igni. Cuius extinctionem super grauia omnia Romani timebant: interitum vrbis signum id assumentes quacũq; accideret causa: De quibus omnibus plura Dionysius li. ij. & Oui. in fastis.

Romul

Vesta

CHRI. ¶ EMATHIAM: Thessalia quæ ab Emathione rege sic dicitur. Nam græce ἠμαθία dicitur. Hunc Memnonis filij Auroræ & Tithoni fratrem fuisse ait Probus. ¶ Aemi: mons Thraciæ ab Aemo filio Boreæ & Orithijæ. ¶ Saltem: quasi dicat si rapuistis Cæsarem maturum virum: & qui optimus esset imperij defensor. Saltem placeat seruare hũc iuuenem: qui euerso morte Cæsaris imperio succurrere possit. ¶ Vestaq; de Vesta & Palatio alio loco dicetur. ¶ Ne prohibete: tacite ostendit suis viribus posse modo dij non impediant succurrere. Mixta ergo laus q̄ soles

Ema thia

Pilum

laus ꝙ solus ⁊ iuuenis valet. Non dico cōseruare bn̄ institutū sæculū: sed restaurare iam euersum. ¶ Laomedonteæ piuria troiæ: Laomedōtis ꝑfidia in Apollinē ac Neptunū vulgatissima est. Sed ⁊ aliā in Herculē meminit Diodo. siculus: ait. n. Herculē cū argonautis i colchos enauigantē in phrygiū mare puenisse: ⁊ Hesionem filiam Laomedontis in littore religataꝫ: ⁊ mōstris marinis iussu oraculi deuorandā expositā vidisse: eamq; liberasse: ⁊ monstra interfecisse: ꝓptereaq; ꝓmium sibi Laomedontē obtulisse equos inuictos. At Herculem eosdē equos apud ipsum Laomedontem donec ex colchis rediret deposuisse: Reuerso deinde Herculi denegasse depositū Laomedontem. Qua ex re ira percitū Herculem Laomedontē ⁊ reliquos filios qui secū senserant interfecisse. Soli autē Priamo qui fidem seruandaꝫ ⁊ equos restituēdos cēsuisset troianū regnū reliquisse. ¶ Remouet: aūt culpā belli ciuilis a Cæsare Iulio: ⁊ reijcit in peccata troianorū: vn̄ Roma originem ducit: Quæ autem scelera nūc orbem premūt dicit esse quia dij homines Cæsarem inuiderunt. ¶ Patrij indigetes: de Iano Fauno: Euandro: Aenea: Carmente: ⁊ cæteris q ex hoībus dij habiti sunt. ¶ Romule: scilicet vrbis conditor.

Quæ thuscū Tyberiꝫ, ⁊ romana palatia seruas,
Hunc[a] saltem[b] euerso iuuenē succurrere seclo
Ne prohibete[c] fatis iampridem[d] sanguine[e] nostro
Laomedōteæ[f] luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis Cæli te Regia Cæsar
Inuidet, atq;[g] hominuꝫ querit curare triūphos.
Quippe vbi fas[h] vsū atq; nefas, tot bella ꝑ orbē,
Tam multæ scelerum facies. non vllus aratro
Dignus honos, squallēt abductis[i] arua colonis.
Et curuæ rigiduꝫ[k] falces conflantur in ensem,

SER. a ¶ HVNC euerso: orat vt possit sedare tāta ꝑlia ⁊ bella ciuilia. b ¶ Saltēꝫ vt Augustū dij ꝓseruēt: Cuius tēporibꝰ pax vniuerso orbe erat: ⁊ malis finem īponere: ⁊ penè iaꝫ ruēti mūdo subuenire possꝫ. c ¶ Ne prohibete. i. ne prohibeatis.
d ¶ Iāpridē: olī. e ¶ Sanguine nr̄o. i. romanorū. f ¶ Laomedonteæ: Excusat Augusti tempora: ⁊ eū dicit suis viribus non cōpensare dāna rei publicæ: quæ ex maiorū vitijs descendisse cōfirmat. Horatius: Negligis immeritis nociturā postmo. io te natis fraudē cōmittere. g ¶ Atq; hominū queritur: cuꝫ cælestes possis mereri. h ¶ Vbi fas versum atq; nefas: apud hoīes scilicet qui spernunt licita: appetentes illicita. i ¶ Abductis colonis: ad bella scilicet: vt Et latos vast. it cultoribus agros. k ¶ Rigidū falces conflant in ensēꝫ: ita orbem bella turbant: vt hi q priꝰ agriculturæ īstebāt: Cogant deficientibꝰ iā armis instrumenta colendorum agrorum ⁊ metendarū segetum in arma conuertere.

ANT. ¶ THVSCVM tyberiꝫ. Strab. libro quinto scribit: ꝙ ex apœninis montibus tyberis effluit: pluribusq; auctus amnibus partim ꝑ ipsam excurrit Hetruriam: deinceps vero ipsam disterminans: primum quidem ab ea diuidit Vmbriam: postea vo Sabinos ⁊ latinos Romæ ad littus vsq; finitimos. Legito: item plura in Plini. libro tertio capitulo sexto. ¶ Romana palatia: Corne. tacitus scri. vrbem Romā in palatino monte primū ædificatam: in eoq; reges primū deinde consules: postea imperatores maiori ex parte sedem habuerunt. Et in bello macedonico Liuius ostendit in palatio fuisse ædeꝫ magnæ mr̄is deū a Iunio Bruto dedicata fuit: ⁊ ibideꝫ ædis victoriæ eodem teste lib. viij. de secundo bello pu. In codeꝫ palatio: vt scribit Sueto. Cæsar Augustꝰ tēplum Apollini dedicauit. ¶ Hunc iuueneꝫ: cur Augustum intelligēs iuuenem appellat late iam diximus in Tityro hic illum vidi iuuenem melibœe. ¶ Iāpridem: multi ⁊. n. romanorū ab Annibale Mario ⁊ Sylla a Cæsare: ⁊ Pom. ⁊ alijs antea fuerant interempti. ¶ Luimus: purgauimus. luo. n. a luce dicitur: vt scribit Varro. ¶ Laomedonteæ: ꝺm fabulas Apollo ⁊ Neptunus troiana mœnia struxere: fictum est: vt aiunt: qm̄ cum troianorū pecunia i sacro eoꝝ deorꝫ seruaretur ab eis Laomedon petijt rediturum se iurans vnde mœnia instaurauit: postea tamen nō reddidit: hinc datus est fabulæ locus: ꝙ deos deceperit quos vult Maro hic propterea etiā in romanos sæuisse. ¶ Iampridem no. in augusti gratiam Iulium Cæ. iam diu a dijs desideratum asserit. ¶ Aratro dignus ho. de agriculturæ honore videto in principio. ¶ Conflantur: fabricātur conuertuntur.

Tyberis

Roma

Luo

Laomedon

CHRI. ¶ PALATIA: pro tota vrbe. Nam palatiuꝫ fuit antiquissima sedes Roma. vt apparet vbi de Euandro narratur. ¶ Facies: Formæ. ¶ Et curuæ. r. qd. n. scelestius esse potest q̄; ferramenta ad vsum agriculturæ instituta: vnde vita humana ⁊ alitur ⁊ assiduo labore pia castaq; conseruatur: ad bellaq; et homines perdunt: ⁊ omnium scelerum semina præbent. Magna ergo indignatio ꝙ non solum ab vsu rei sanctissimæ amoueatur: sed etiam turpissime attribuatur.

Hinc mouet[a] Euphrates, illinc Germania bellũ.
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma[b] ferunt, sæuit toto mars impius orbe.
Vt cum[c] carceribus sese effudẽre quadrigæ
Addunt[d] se in spatia, ꝛ frustra retinacula tẽdẽs
Fertur equis auriga, neq; audit currus[e] habenas.

ℭFINIS PRIMI GEORGICON.

SER. a ℭHINC mouet euphrates illinc germania bellum: vndiq; mouetur bellum. Euphrates nanq; orientis est fluuius: germania autẽ occidentis prouintia. b ℱArma ferunt: vicinæ vrbes: hoc est ꝛ externa ꝛ ciuilia bella desæuiunt. c ℱVt cum carceribus: hoc vult dicere res quidẽ publica habet optimum imperatorem: sed tanta vitia tẽporum præteritorum quæ in dies singulos aucta sunt: quẽadmodum in processu equorum cursus augetur: vt eã optim' rector refrenare nõ possit: sicut ꝛ auriga a ferventi cursu equos non potest plerunq; reuocare. d ℱAddunt se in spatia. i. currendo plus eorum cursus augetur. e ℱCurrus. i. eq. Sane sciendum translationem hanc esse: nõ comparationem: quæ si ponatur in fine vitiosum est.

ANT. ℭEVPHRATES: hunc maior fundit armenia: vt scribit Soli. Longisq; excursibus Babyloniam diuidit tandem in sinum persicũ defertur. Mouere autem Euphratem bellum ait propter Parthos. ii enim clade Crassiana altius animos erexerant: ciuilesq; discordias populi romani læti acceperant: itaq; vt primum effulsit occasio non dubitauerunt erũpere. Vltra quidem inuitante Labieno qui missus a Bruto Cassioq; fuerat: vt hostes in auxilium sollicitaret. Ventidius tñ Antonij legatus ꝛ Labieni copias ꝛ omnes Parthicũ equitatus inter Orontem ꝛ Euphratem occidit: de quib' plurima Lucius Florus. ℱGermania: hoc ideo dicit: quia post Cæsa. cædes germani ab romanis desciuerant. Augu. tñ vt Suetonius tradit eos vltra albin flumen submouit. ℱLegibus: fœderibus. ℱRuptis: ꝓpter Cæsaris obitũ. ℱCarcerib': Carcer carceres vocãtur vnde mittũtur equi dicti ꝙ cohereẽtur eqne inde exeãt aũ ꝗ̃ magistratus signum misit: auctor Varro. ℱQuadrigæ: quatuor simul eq iuncti ꝗdrigæ quasi quadrigæ vocant: vt scri. Gel. li. xviij. c. viij. ℱAuriga: aurigæ proprie sunt currũ regentes. Dicitur autem auriga: q̃ auriga splendorem sibi agat auris. i. fauoribus populi: hoc est clamoribus. Priscia. de. xij. car. ℱCurrus: ipse quadrigæ. per id autem innuit Martem nullo obstante sæuire obiuerat enĩ Cæsar populorum terror ꝛ rector.

CHRI. ℭEVPHRATES: Parthos intelligit quorũ imperium euphratẽ pertingebat. Est autem Euphrates ſm christianos vnus ex quatuor fluminib' qui ex delitiarũ paradiso effluũt. Priscia. vo illum ex Armenia maiori nasci volunt: ꝛ armeniam a Cappadocia distĩguere. ℱVt cum carceribus: Non vitio principis sunt bella: sed impetus bellorum ante ipsum motus nondum reuocari potest: vt ipsi aurigæ iam ꝑcipiti cursu actos equos sistere non possunt. ℱAddunt se in spa. i. per spatia currendi augent cursum. ℱFertur eqs. i. equoꝝ arbitrio agitur: ꝛ non suo.

ℭFINIS PRIMI GEORGICON.

a SER. HACTENVS ARVORVM cultus & sidera cæli: Nunc te bacche canã. Mire iterauit illũ versum: Quid faciat lætas segetes: quo si dere terrã. In hoc autẽ libro exequitur culturas agri cõsiti: qui omniũ arborũ continet genera. Et sciendus est Virgiliũ vites quoq; arbores dicere: vt Nec secius oĩs in vngues Arboribus positis secto via limite quadret. Et Hactenus: vt multi volunt vna pars orationis est: & est aduerbium significans hucusq;: alij duas partes volunt pronomẽ & aduerbiũ: vt sit tenus hac: sicut Crurum tenus a mento palearia pendent: sꝫ melius ẽ vnas partem accipere orationis hactenus. b ☞ Sidera cæli: pleonasmos: nec. n. sunt alibi q̃ in cælo sidera. c ☞ Bacche: inuentorem pro vitibus posuit: de quib' κατ' ἐξοχὴν ĩ hoc libro loquitur: Nã vites præcipue sunt: licꝫ & aliarum arborum faciat cõmemorationẽ. d ☞ Necnon siluestria tecum Virgulta: idest infœcundas arbores: quibus præcipue in Italia vites coherent.

PRO. ¶ NVNC TE bacche canam: bacchari est furere; inde & bacche dicuntur; quæ per furorem sacra liberi patris celebrabant: & ipse bacchus vocatur a furore: quem incutit cultoribus suis. Idẽ Lenæus dicit̃ torcularis a nomine græco: q̃ λῆνον appellãt torculus.

ANT. ¶ HACTENVS aruorum: Hui' quoq; ij. voluminis argumẽtũ carminibus ps. Sed cur poeta ab agrorum cultura īcœperit: postea vitiũ de exordio scribẽs aperui vbi & vitiũ: arborũ q̃ culturas Emolphũ atheniensem p̃mũ suenisse Pli. referente edocui. ☞ Hactenus: cecini. s. ẽ. n. Mesozeuma. ☞ Sidera cæ. pleonasmos ẽ i dictõe cæli. i. sup abũdantia: de q̃ late fabi. li. ix. ☞ Te bacche. i. tua munera vt vites de q̃ lati' ibi: Poculaq; inuẽtis acheloia miscuit vuis. Dr̃ aũt bacchus a furore quẽ incutit cultorib' suis: vt Probus asserit. ☞ Siluestria Virgulta: siluestres arbores īter q̃s: & genistas & siler & salices accipe. De v̄gultis aũt diximus ĩ Tityro.

CHRI. ¶ QVONIÃ poetarũ ẽ curare: vt seq̃ntẽ libri antecedẽtibus annectant. Facit hoc Maro vt plurimũ per aliq̃; cõiunctionem: vt te quoq; magna pa. & alibi post q̃ res asiæ: Itẽ At regina: graui i. ĩ budũ saucia cura: & sic fat lachrymás. Hic do vt idẽ p̃ster vtitur colore rhetorico; quẽ Trãsitionẽ appellant; quo fa



¶ MODESTINI IVRISCONSVLTI IN SECVNDVM GEORGICON ARGVMENTVM.



HACTENVS aruorum cultus, & sidera Cæli.
Pampineas canit ille comas, collésq; virenteis,
Descriptásq; loci vites, & dona Lyæi,
Atq; oleæ, ramos pomorum ex ordine lectos.

¶ P. Vergilij Maronis Georgicorum. Liber Secundus.



HACTENVS[a] aruorum cultus,
& sidera[b] Cæli.
Nunc te Bacche[c] canam, necnon[d]
siluestria tecum

cile iis quæ dicta sunt ea quæ dicẽda restant adnectuntur. In pcedenti igit li. & aruoꝝ cultũ & ea quæ ad rõnem sideꝝ ptinerent descripserat. Nunc qd secũdo loco sibi ppo suerat explicat. s. Vlmisq; adiũgere vites. ☞ Te bacche: nõ solũ bacche dicit pp vites: quaꝝ inuẽtor ꝑhibet: sʒ pp oẽs arbores. Dionysiũ.n. posuerunt p ignea vi solis q̃ poma ad ductus oẽs arborum decoqt ac maturat. Nã vis seminalis q̃ a sole in terrã descendit priapi noĩe honorat̃ & cuius qd ad siccos ptinet fructus bona dea: qd vo ad plãtaris Dionysius dr. Ergo qa ignea vis solis ẽ Diony. iccirco ægyptij Osirim quẽ solem interptant̃ Dionysiũ teste Diodo. siculo appellauerũt. Vnde Eumolphus poeta: longiculũ radijs Dionysiũ dixit. Et Orpheus eum splendoris auctorẽ scribit. Atq; hæc ad physicẽ. Historia vo duplex est. Aliter.n. græci: aliter ægyptij sentiũt. Aegyptij.n. Dionysiũ Osirim nolant: quẽ volunt diuinis virtutibus virũ pditũ fuisse: ægypiũq; regno & Isidis quã lunã: cereremq; nolant piugio potitũ vniuersum orbẽ pagrasse: Et vt isis tritici: ordeiq; reptrix fuit. antea.n. inter alias herbas incognita oriebant: sic Osiris in Nysa locus Arabiæ fœlicis ægypto pterminus est enutritus; ppeaq; & a Ioue patre & a loco illo Dionysius appellatus: vitis reptor fuit: holesq; docuit & vitis cultũ & vini vsũ atq; pseruationẽ. Volũt pterea ægyptij Oleã quoq; non aũt Mineruã vt græci dicũt inuenisse. Hic p Arabiam & rubrũ mare ad indos & orbis terræ terminos pgressus est. In indis vo & alias vrbes: & Nysam pdidit monumentũ eius in qua nutritus fuerat: in qua hederã etiã seuit: pfectus est: & in Asia: & p Hellespontum in Europã & in Thraciã sibi aduersantem Lycurgũ interemit: Maronemq; pfectum suũ: & vitis colendæ peritum in regione q̃ ab eo Maronea dicta est: reliqt & Macedonẽ filiũ in regno q̃ ab eo Macedonia appellata est. Atq; hæc de Dionysio apud ægyptios. Græci vo varia referũt. Alij.n. vnum: alij tres ponũt. Sunt etiã q huius dei formã humanã fuisse negent: sʒ vini dationẽ Dionysiũ dicant: Terramq; sua sponte vites ptulisse: Dimetora aũt a priscis nolatum qd fit ex duplici mr̃e: primamq; genesim numerant qñ in terra posita planta incrementũ accipit. Secundã qñ fructus maturescant. Vñ altera ex terra: altera ex vite diei origo est: Quod vo dicunt ex Ioue & Cerere natum: & gigãtibus discerptũ ac elixatũ: ac rursus a Cerere cõpositis mẽbris in iuuenẽ reductum physicũ est. Nã ex terra & imbre incrementũ sumit vitis ad vuas creandas: q̃ ab agricolis calcando laniant̃: multiq; vinũ decoquunt vt melius fiat vinũ. Ceres aũt rursus membra cõponit: qa terra singulis annis succũ vitibus ad nouas vuas subministrat. Est et physicũ qd dicat vi fulminis ex vtero Semeles abductũ: & donec tps maturo fœtui datũ cõpleret Iouis fœmori assutũ. Nã ignea vis in vuis maturescit. Veꝝ cum iã ex vuis expssũ est vinum: qa nondũ satis pcoctũ est iteꝝ in lacubus ebulliat necesse est. Dio. aũt ait: terra antiqs Thyonẽa sacris qua sibi fiebant cũ sacra θυσίας dicant: & semelẽ quasi cast. i. ab eo qd est ζεμυν. Bis ãt eius Genesim a Ioue esse: qa cũ Deucalionis diluuio pijsset rursus post pluuias i terra appuit. Sʒ hæc physice. Fabulose vo dicunt tres fuisse Dionysios. Primũ indũ q ex vitibus sua sponte nascẽtibus calcandaꝝ vuaꝝ inuentor: & vini: pomorumq; pditor fuit. Quoniam aũt barbatus est & barbã indi vsq; ad mortẽ nutriunt. Hic orbẽ pagrans calcationẽ vuarũ in torcularibus adinuenit a qbus Lenæus appellatus ẽ. Secũdus & Ioue & pserpina: vel vt alij dicit ex Cerere fuit q primus boues aratro iunxit. Antea.n. manibus fodiebant terrã mortales pp qd imortales honores meruit: eiusq; simulacrũ cornibus isignit: vt inuentor aratri demõstret. Tertius Iouis & Semeles filius fuit: q post sm ortũ ex fœmore Iouis in Nysã indie a Ioue delatus & a nymphis educatus est pulcherrimus & muliebribus delitijs deditus exercitum ex mulieribus pfecit: thyrsisq; illas armauit. i. hastis hedera ipliicitis cũ ferrea cuspide quo dolo reges nihil tale de mulieribus credẽtes interemit. Inter quos Pentheus apud græcos: Miranus apud indos: Licurgus apud thraces fuit. Quoniã vo ex india triẽnio elephãte inuectus orbẽ pagrauit: græci illi Trieterida. i. triẽnalia sacra instituerunt: orbem pagrans docuit sacra & mysteria. Certamina musica proposuit: cunctaq; in pace cõponebat. Dicunt primum fuisse qui multis congestis spolijs in patriam triumphans redierit. Probus ait. Bacchari est furere. Vnde bacchæ dicuntur sacerdotes quæ per furorẽ sacra Liberi celebrant: & ipse bacchus dicitur a furore quem suis incurrit cultoribus.

Bacch° Baccharia Bacchæ

SER.

Virgulta, & prolem tardæ [a] crescentis oliuæ.
Huc [b] pater ò Lenæe: tuis [c] hic omnia plena
Muneribus, tibi [e] pampineo grauidus Autũno [d]
Floret ager, spumat plenis Vindemia [f] labris.

a ☞ TARDÆ crescentis oliuæ: res enim diu duratura tardius crescit. b ☞ Huc pater o Lenæe: pr licet generale sit olim deorum: tñ proprie Libero semper cohæret. Nam Liber pater vocatur. Lenæus autem ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. i. a lacu. Nam qd Donatus dicit ab eo quod mentem leniat non procedit. nec enim põt græcum nomen latinam etymologiam recipere. c ☞ Tuis hic omnia plena Muneribus: tuis muneribus hic

ribus hic sunt oīa plena: ⁊ ea vbiq̄ requirunt̄ pāpineo. d ¶ Autūno: cuius tēpore vites ⁊ folijs ⁊ fructibus plenæ sunt: ⁊ sub quo maturæ fiunt ⁊ pāpineo pro pāpinoso: vt nemus frondeū pro frondosum. e ¶ Tibi floret ager: in honorem tuum exultat: ⁊ lætus est: nam autūnali tēpore re vera florere non pōt ager. f ¶ Vindemia: quom vindemiā numero singulari dicimus: vnius anni significamus: quom plurali multorum: vt messem messes: hyemem: hyemes: hæc enim semel tantū annis singulis contingunt. Multi tamen volūt vindemiā esse totius orbis generaliter: vindemias singularum partiū: vt plus significet singularis q̄ pluralis numerus: Sicut plus est cum dicimus per terram pluit: q̄ per terras: Tunc enim omne elementum: non terras aliquas significamus.

ANT. ¶ TARDE cre. oli. Pli. li. xvij. c. xij. scri. Natura tarde crescere oīa longo æuo durātia: atque cito occidunt velocia esse vt ficus malus pirus. Idemq̄ libro. xvj. capitulo. lxj. scribit ad sua tempore durasse in Linterno Aphricani prioris manu satas oliuas: ⁊ myrtus eodem loco conspicuæ magnitudinis. ¶ Lenæe: Lenæus bacchi nomen: lenos enim torcular dicitur Lenæus torcularis: vt Probus ait. ¶ Grauidus autū. non grauidis in ablatiuo sed grauidus in nominatiuo legendum est: sic enim antiqui textus habent: est ergo diastole figura. ¶ Floret: lætus est. ¶ Labris: ahenis. Lenæus

CHRI. ¶ ET PROLEM: Nam a radice pullulat: ⁊ veluti filios producit. Vnde illæ plantæ alio transferunt. ¶ Autumno pampineo: pro vuis pampinos posuit. ¶ Labris: vasis maioribus in quibus vinum e buliens spumas agit. Labrum. n. vas capacius est. Cice. in epistolis: Labrum si in balneo non est fac vt sit. Labrum

Huc pater ò Lenæe veni, nudataq̄ musto[a]
Tingue nouo[b] mecum direptis[c] crura cothurnis.
principio[d] arboribus varia est Natura creandis.
Nanq̄ aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ

SER. a ¶ MVSTO: mustum numero tantum singulari dicim⁹: sicut ⁊ vinum: licet Ouid. abusiue dixerit musta: sed hoc ille plus fecit q̄ ⁊ mustis dixit: cum vt dixim⁹ de his nominibus tres casus tantum vsurpari consueuerint. b ¶ Tingue nouo mecu: pulchre inuocat Liberū patrem adesse sibi canenti de ratione vinearū: ⁊ venire in auxilium: ⁊ poetice dicit: hoc Liberū patrē secum agere q̄ ipse ab agricolis debere fieri carmine demonstraturus est: cum dicit: tingue mecū. c ¶ Direptis latis quod est gen⁹ calciamenti poetici: nam hoc vindemiæ tēpore fieri debere ipse demonstraturus est. d ¶ Principio arboribus: Creandarum arborum naturaliter sunt tria genera: aut enī sua sponte nascuntur: aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt: aut ex radicibus pullulant: nam cætera vsus inuēnit fauente nā.

PRO. ¶ COTHVRNI: sunt calciamentorū genera venatori apta: quibus crura etiam muniuntur: quorum calciamenti effigies est in simulacris Liberi ⁊ Dianæ.

ANT. ¶ COTHVRNIS: videto ecloga septima. ¶ Musto nouo: ⁊ hic pleonasmos est vel epexegesis: Nā vt scribit Nonius: Mustū nō solum vinum verū nouellum quicquid ē dicitur recte. Næuius vtrum sit melius virginem an viduam ducere. virginem si musta est. ¶ Principio: canam videlicet: siue a principio. Arboribus: varia est natura creandi: Maro in hac re Teophrastum secutus est: ille enim li. ij. inq̄t: Arborum ⁊ summatim plātarum generationis: aut sponte: aut semine: aut radice: aut auulsione: aut ramo: aut surcu

lo: aut ipso trūco factitantur. Videto itē paulo inferius ibi videlicet: Hos natura modos ⁊ cætera.

CHRI. ¶ HVC PATER o le. ve. Cōsueuerunt ⁊ poetæ ⁊ oratores: cū clausulas formāt vt plurima interponāt anteq̄ eā claudant repetere: principium sic in buco. Nā cum incepisset: Pastorum musam damonis ⁊ alphesibœi ⁊ anteq̄ adderet: verbum. s. dicemus multa interposuisset: repetit Damonis musas dicemus ⁊ alphesibœi. Sic ⁊ i hoc loco cū dixisset: Huc pr̄ o lenæ post lōgā hyperbaton repetijt: Huc pr̄ o le. veni. ¶ Principio: breuiter proposuerat se de arboribus dicturū. Deinde inuocauerat. Huc pr̄ o lenæe: qd̄ prohemiū est. Nam ex propositione cōparat docilitatē sūmā rei breuiter exponēs. Itē beniuolētiam a re qa illā vtilē ōndit ⁊ a psona sua cū aliorū vtilitate se laboraturū proponat ex inuocatione asit: qa nō adhibet̄ nisi magna proponant̄: attentionē sibi cōciliat. ¶ Principio arboribus: Pli. ait: arbores q̄s naturæ debeamus trib⁹ modis nascunt̄: sponte: semine: radice. Col. vo scri. Placent nobis sicut Virgilio duo genera surculorū: quorū alterū sua sponte gignit: Alterū humana cura puenit. Primus materiæ magis aptum: sm̄ vo fructib⁹. ¶ Arboribus: Frutices simul ⁊ vites intelligit. Verū ita plantas distingunt: vt arbores appellent: q̄ magnitudine excellāt: vt Oleæ Mali Piri: Quercus ⁊ similes. Frutices vo qui ad eam magnitudinē nō pueniunt: ⁊ tn̄ herbas excedūt: vt sunt rubi sentes: vgæ sanguineæ. Oui. Et densi frutices ⁊ vincto cortice virgæ. Tertiū genus est vitis: q̄ nec arbor nec frutex appellat̄: vt Pli. Columellaq̄ ostendunt.

Spōte[a] ſua veniunt[b], campóſq́[c], & flumina late
Curua tenent: vt molle[d] Siler, lentǽq́ Geniſtæ,
Populus, & glauca[e] canentia fronde Salicta.
Pars[f] autem poſito ſurgunt[g] de ſemine, vt altæ
Caſtaneæ, nemorúmq́[h] Ioui q̄ maxima frōdet
Aeſculus, atq́ habitæ[i] Graijs oracula Querc[o].
Pullulat[k] ab radice alijs denſiſſima ſilua.
Vt Ceraſis[l], Vlmíſq́, etiam Parnaſſia[m] Laurus

SER. a ¶SPONTE ſua: ſponte mō nomē eſt: q̄a iunctū eſt ei genus: quo caret ſemper aduerbium. b ¶Veniunt: creſcunt. alibi: illic veniunt felicius vuæ. c ¶Campoſq́ & flumina late Curua tenent: p̄ tranſitum oſtēdit in q̄bus locis arbores ſponte naſcuntur. ſ. in humidis: Nā terra mr̄ eſt rerū omnium: & ſeminū cunctorum creatrix. d ¶Vt molle ſiler: arboris genus eſt: Et notādū genus neutrū de arbore qđ eſt ad modum rarū. e ¶Glauca canētia fronde ſalicta: locū ſalicū pro ipſis arboribus poſuit. bn̄ aūt ait & glauca & canentia: nam ſalix ab vna parte alba eſt: ab altera viridis. Sane cacenphaton eſt glauca canētia. f ¶Par aūt poſito de ſemine ſurgunt: quacunq́ rōne proiecto: vel ab auibus: vel ab hoībus ne incipiant eſſe induſtriæ. Dicit quippe pleraſq́ arbores ex ſemine naſci: non ſtudio holum iacto: ſed quocunq́ mō: & euentu veniente. g ¶Pars ſurgūt: pro ſurgit. h ¶Nemorūq́ Ioui q̄ maxima frōdet Aeſculus: ordo eſt nemorūq́ maxima æſculus q̄ Ioui frōdet. i. q̄ creſcit in dodonæo nemore quod erat Ioui conſecratum. i ¶Atq́ habitæ graijs oracula quercus: Nā in dodonæo nemore arbores dantes reſponſa fuiſſe dr̄. habitæ aūt graijs: vel quaſi non credens dixit: vel quaſi italus: qui loca illa neſciret: vel re uera quondā habitæ: q̄a illo tp̄e iam ſilebant. k ¶Pullulat ab radice: mira in ſingulis eſt ꝓprietas: Nā ait: Spōte ſua veniunt: ſurgūt de ſemine: pullulant ab radicibus. l ¶Vt ceraſis vlmiſq́: hæc ceraſus his ceraſis facit. Sane ceraſūs ciuitas eſt ponti: quā cū deleſſet Lucullus genus hoc pomi inde aduexit: & a ciuitate ceraſum appellauit. Nā arbor ceraſus: pomū ceraſum dr̄. hoc aūt etiā añ Lucullum erat in Italia: ſed durū & cornū appellabat: qđ poſtea mixto nomine comoceraſum dictum eſt. m ¶Parnaſſia laur᷑: a parnaſſo mōte Apollini conſecrato.

PRO. ¶ATq́ habitæ graijs oracula quercus: exiſtimāt i dodonæi Iouis oraculo q̄rcū vocalē fuiſſe: ex qua lignū Minerua argonautis futura p̄diceret. ¶Vt Ceraſis vlmiſq́ ēt Parnaſſia Laurus. Ex vrbe ceraſunte: q̄ eſt in ponto Lucullus q̄ oppugnauit Mithridatē: trāſtulit arboris genus: quod feret ceraſa poma. Ipſe aūt oppidi noīe ceraſon vocauit pomū ceraſum. ¶Parnaſſia laurus: dr̄ q̄a ſubiecta eſt Apollinis tutelæ: quoius oraculū delphicū parnaſſo monti phocidos ſubeſt.

ANT. ¶MOLLE ſiler: Pli. li. xxiiij. c. xxxvj. inq̄t: Sileris folia illita frōti capitis dolores ſedat: ſerpētes & hunc fruticem refugiunt: bacculū q́ ruſtici ob id ex eo gerunt. ¶Geniſtæ. Plini. li. xix. ca. ij. iquit aſia ex geniſta facit lina ad rætia præcipua in piſcando durātia ſucce madefacto x. diebus: & lib. xxiiij. c. xxxiij. ait: geniſta quoq́ vinculi vſus præſtat flores apibus gratiſſimi. geniſta item mixta cum axungia genua dolentia ſanat. ¶Populus: legito Pli. lib. xvj. capi. xxvj. ¶Glauca: glaucus color viridis cæruleus dicitur: vt in Gel. legitur li. ij. capi. xxvj. ¶Salicta: Pli. lib. xvj. capi. lij. ſcribit de ſalice: q̄ in Aſia tria genera obſeruant: nigram vtiliorem vitibus: candidam agricolarum vſibus: tertiam quæ breuiſſima eſt: quam elicem vocant. ¶Caſtaneæ: de his multa Columella li. v. & Pli. li. xv. ¶Aeſculus: arbor eſt glandifera ab edo: nam eius fructu olim homines veſcebantur: & Pli. lib. xvj. ca. vj. inquit: glans optima in quercu atq́ grādiſſima: mox æſculo. ¶Oracula quercus: exiſtimant in dodonæi iouis oraculo q̄rcum vocalem fuiſſe: ex qua Minerua argonautis futura prædixit. Probus auctor. Strabo lib. vij. inquit. Dodoneum autem oraculum quemadmodum &c̄. quodammodo derelictū eſt. Videto latius ecloga nona. ¶Ceraſis: ceraſi ante victoriam Mythridaticā L. Luculli non fuere in Italia. At vrbis anno ſexcenteſimo octogeſimo is primum vexit e ponto: ſeptentrione: frigidiſq́ gaudent: Pli. lib. xv. ca. xxv. ¶Parnaſſia laurus: Pli. li. xv. ca. vlti. ſcribit: q̄ duo eius genera tradit Cato: Delphicam: & Cypriam. Delphicam eſſe æquali colore: viridiores maximis bacchis: atq́ e viridi rubentibus: hac victores Delphis coronari: & triumphantes Romæ. Cyprian eſſe filo breui nigro: per margines imbricato criſpam.

Siler · *geniſta* · *glaucus Color* · *Tria genera Salicum* · *Aeſcul᷑* · *Querc᷑* · *Duo genera lauri*

CHRI. ¶VENIVNT: naſcuntur. ¶Campos & flumina: quia in ſolo pinguiori vt campi ſunt & humidiori: quale eſt iuxta flumen facilius plantæ proueniunt. ¶Siler: fuſis faciendis accommodata eſt arbor: populi autem & ſalices non niſi in aquoſis proueniunt. Vt Ceraſis. Lucullus rediēs e Mythridatica victoria ex vrbe Ceraſo quæ in ponto eſt aduexit in Italiam arborē quam ab vrbis noīe ceraſum appellauit: pomū eius ceraſum dicitur.

¶PARVA

Parua[a] sub ingenti matris se subijcit vmbra.
Hos[b] Natura modos primũ dedit his genus oẽ
Siluarũ, Fruticũmq; viret, nemorũmq; sacrorũ.
Sunt alij quos ipse via[c] sibi repperit[d] vsus.
Hic[e] plãtas tenero abscĩdens de corpore matrũ
Deposuit sulcis[f], hic stirpes[g] obruit aruo.
Quadrifidasq;[h] sudes, & acuto[i] robore vallos.
Siluarũmq;[k] aliæ pressos propaginis arcus[l]
Expectant, & viua[m] sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ, summũmq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumẽ.

SER. a ¶PARVA sub ingenti.i.radice maioris minor crescit & surgit: sicut videt in lauris. b ¶Hos nã modos primus dedit: bñ primũ. Nam vt supra diximus: fauor nãæ fuit ẽt ad alios inueniendos vsus. contra nãm.n.nihil horum inuentum valeret. c ¶Via: rõne. vt Inueni germana viam. d ¶Repperit: adinuenit: & dicit illa quæ prius dixerat ex ipsa nã oẽs originem ducere. hæc aũt quæ sequuntur vsu: & studio adinuenta sunt: nõ obstãte tñ ẽt ĩ his nã. e ¶Hic plantas tenero: inter plantas & plantaria hoc interest: q plantæ raptæ sunt de arboribus: Plantaria vo quæ ex seminibus nata cũ radicibus & terra ppria transferuntur: vt Et viua sua plantaria terra. f ¶Sulcis: fossis: vt Ausim vel tenui vitẽ cõmittere sulco. g ¶Hic stirpes obruit aruo: altius deponit: validiores cum radicibus plantas. h ¶Quadrifidasq; sudes: ita robustas vt possit in quatuor partes diuidi. i ¶Et acuto robore: p acuti roboris accipimus. & bis idẽ dixit: Nã & valli & sudes idẽ sunt. k ¶Siluarũq; aliæ: propago pcipue vitibus congruit: vñ apparet siluas eũ ẽt de vitibus dicere. l ¶Arcus aũt bñ ait: nã ita reflectunt ppagĩes vitiũ cũ ĩ terra ponunt: vt ĩ medio sui ĩ tra laceãt & vtriq; capita terra excedãt. m ¶Et viua sua plantaria terra: & aliæ siluarũ expectãt plantaria cũ sua terra viua.i.naturali: vt Viuoq; sedilia saxo. Inde est Mutata ignorẽt subito ne semina matres.

ANT. ¶SESV. attollit. ¶Hos.n.m. Pli.li.xvj.a.xlv. inqt: Arbores q̃s nãæ debeam' trib' modis nascunt: Spõte aut semine aut ab radice. Cura numerosior existit: sz latius vide ibi pncipio arboribus &c̃. ¶Siluarũ: silua ab hyle qđ est materia dr: vel a xylon qđ est lignum: est autez silua generalius nomen.

Silua

¶Fruticũ: frutex est q ad iustã magnitudinẽ arboris nõ assurgit: & statura similis ẽ multis herbis: sed nõ demorit neq; arescit vt herba.

Frutex

¶Nemorũ: de nemore videto ecloga.vj. ¶Via: rõne. ¶Hic plantas: Pli.li.xvij.ca.vij.inqt: auulsisq; arboribus stolones vixere: quo ĩ genere & cũ parui sunt auellunt: partẽq; aliquaz e matris quoq; corpore auferũt secũ: hoc mõ plantant punica: coryli: mali: sorbi: fici: ĩpri misq; vites. ¶Stirpes: Crassos truncos cũ radicibus. ¶Quadrifidasq; sudes: pticas vel surculos in q̃tuor ptes fissas: ait.n. Theophrastus li.j. Oleas quoq; & ficos mltifidas demittere assolent. Pli. ẽt li.xvij.ca.vij. ait ex eodẽ inuentu est surculos obscissos serere: hoc primo sepis eã fecĩ sambucis cotoneo & rubis depactis Mox & culturæ: vt populis alnis salici qua vel inuerso surculo serit. Acuto robore vallos.i. palos acutos & surculos. Seruntur eni surculi q̃drifidi & acuti. ¶Propaginis arcus: Pin' baccha & propagine seritur. Citreo itez grano & propagine: auctor Plini.lib.xvij.capite.vij. ¶Terræ mandare cacumen: vti de salice dicturu est.

CHRI. ¶PARVA sub ĩgẽti: Mirifice delectat orõ quæ a cõtrario declamat: vt hic: paruũ est & ĩgens. ¶Via: rõ & artificiũ. ¶Vsus: experiẽtia. ¶De tenero corpe: Quia virgulta teneriora excerpunt: vt vidimus in fico & in salice. ¶Quadrifidas: Vt in olea. ¶Et viua: Quæ cũ radicibus trãsferunt. Nã vegetatiua q̃ nutrit & auget radicib' est: q̃ oris: stomachiq; officio fungunt. Humorẽ.n. de ppĩqua terra assumũt: atq; decoquũt: vñ decoctus p arbores spargitur. Ergo vita vegetatiua in his est. In his autem quæ radicibus carent non omnino est. ¶Sua terra: Nam vehementer proficiunt arbores: quarum radicibus sua terra hæret. Nã radices quæ excusa sua terra transferunt nõ ita fœliciter coalescũt. ¶Radicis egẽt aliæ: Arbor radices hẽt pro ore: stomachoq; atq; epate. his.n. de pxima terra humor attrahit: attractusq; in siccuz quo arbor alat decoquit. Surgit ab radice truncus: cui' pars interior medulla p osse est. Medulla ligno ambit: qđ carnis vicẽ sustinet. Lignum ipsum subtilis cartilago circũdat q̃ arbori p vena est. Nam per eã humor a radice decoctus & in nutrimentum conuersus trahit per oẽs partes veluti membra arboris. Hinc rami: frondes: flores: fructusq; reperiantur. hac ergo causa arescat oportet arbor. A libro libros dicimus: quoniã in nonnullarum arborum libris ante vsum cartarum antiqui scribebant: Cortex postremo: quæ durior: exteriorq; est librum: ita vestit vt pelles: piliq; animalia tegunt. Vt sit tanquam vestis contra frigora & calores. Truncum deniq; vnde rami exeunt codicem & caudicem dixerunt.

Quin[a], & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur[b] e sicco[c] radix[d] oleagina ligno.
Et sæpe alterius ramos impune[e] videmus
Vertere in alterius, mutatámq; insita mala
Ferre Pirũ, & Prunis lapidosa[f] rubescere Corna.
Quare agite o proprios generatim[g] discite cultus
Agricolæ, fructúsq;[h] feros mollite[i] colendo[k].
Neu segnes[l] iaceãt terræ, iuuat Ismara[m] Baccho
Conserere, atq; olea magnũ vestire Taburnũ.
Túq;[n] ades, inceptúmq; vnà decurre laborem
O decus[o], ò famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas, pelagóq;[p] volans da vela patenti.

SER. a ¶ QVIN & caudicibus sectis: caudicibus posuit, pro codicibus: sicut caulẽ pro colẽ: sauricem pro sorice dicimus. Fit autẽ quod nunc dicit de oliua & myrto: quarum sicci stipites secantur vsq; ad medullam: & terra infossi ex se arbores gignunt: quod sine dubio mirũ est. b ¶ Truditur: vrgente natura procreatur. c ¶ E sicco ligno: ex arido. d ¶ Radix oleagina: deriuatum ab olea. e ¶ Impune videmus: sine dãno sui. & loquitur de insitione. Sane insitas arbores dicimus: insertas vero causas aut fabulas. f ¶ Lapidosa corna: dura. alibi: Lapidosaq; corna Dant rami. g ¶ Generatim: per singula genera: generaliter aũt simul omnia γενικῶς καὶ κατὰ γένος. h ¶ Fructus feros: qui non sunt apti humanis vsibus: siue feros siluestres & incultos. i ¶ Mollite: aptos facere. k ¶ Colendo: ue cultu. l ¶ Segnes terræ: pigræ: infœcundæ: & docet posse industria etiam loca asperrima ad fertilitatẽ produci. m ¶ Ismara: mõtes thraciæ. n ¶ Taburnus: mõs cãpaniæ. Vestire vero implere significat. o ¶ Tuq; ades mecœnas: adesto: & inceptũ fauorẽ omnibus libris impẽdito: Nã vbiq; eũ inuocat. p ¶ O decus o famæ merito pars maxima nostræ: Hora. O & præsidium: & dulce decus meum. q ¶ Pelagoq; volans da vela patenti: simplici generi carminis præsta fauorem: vt vela fauorem accipiamus: patens pelagus carminis facilitatem: hoc aũt carmen facile esse ipse significat: dicens: In manibus terræ: hoc est i facili & in prõptu res posita e.

PRO. ¶ IVVAT ismara baccho Conserere atq; olea magnũ vestire taburnum: Thracia vino fertilis: quoius nationem quandam appellat Hom. Aliter oppidum est ismarus: quod expugnauit Vlysses: quũ a Troia discederet: & victor vinum accepit a Marone: quoius pr Cupidus traditur: quod Cyclopi dedit. Eius aũt tanta vis existimatur: vt vnum metron vini viginti etiam metra sustineat aquæ. Ergo quia tam efficax est natura in vino thraciæ: præcepit eam conserendã vitem. Taburnus mõs est apuliæ regionis: quæ fertilis est olea.

ANT. ¶ CAVDICIBVS: Caudex dr i arbore qd supra terrã simplex assurgit: in herbis vero caulis appellatur: vt Theophrasti interpres ostendit. ¶ Radix oleagina: radix est qd subter tellu-ri cohæret. Olea aũt Theophrasto teste lib. ij. Olea plurimis modis venire vr: Nã ex trunco ramo conciso radice ligno virga. ¶ Impune: sine dãno. ¶ Vertere: supple se in alterius s. ramos. ¶ Ismara: ismarus Thraciæ mons insignis oleo & vino teste Vibio. ¶ Taburnum: taburnus mons est Apuliæ regionis qui fertilis e oleæ: vt Probus inquit. Poeta li. æneid. xij. meminit et dicẽs: Ac velut ingenti syla summoue taburno: Quum duo conuersis inimica in prælia tauri Frõtibus incurrũt &c. ¶ Tuq; ades: primo volumine Augustũ Cæ. inuocauit hic vero mecœnatẽ cui & totũ opus dedicat. ¶ Inceptũq; vnà decurre laborẽ. i. auxiliare mihi tuo ingenio. ¶ Patẽti pela. i. patẽti: & amplæ materiæ. ¶ Vela: studium & auxiliũ. ¶ Volãs: citus & festinus in antiqs testibus & volãs & volẽs legitur: vtrunq; cõuenit.

CHRI. ¶ VERTERE i alterius: de insitione tractat: de qua paulopost. ¶ Et sicco: Nõ ex sicco: sed qd siccum videatur. ¶ Segnes: quæ desidiose nõ ferãt fructus. ¶ Vestire: trãslatio ab humanis corporibus. ¶ Ismara: mõs in Thracia hic e cuius pars aspera: incultaq; e. Altera vero vinetis: oliuetisq; spectabilis. Est in regiõe moronea in qua Diodo. ait: Bacchũ interfecto lycurgo reliquisse maronẽ prouectũ: cõmõstratorẽq; vinearũ: & ab eo maroneã dictã. Hac regiõe expugnata ait Hom. Vlissẽ vinũ exportasse. Pli. de antiquissimã claritatẽ vino maroneo dat aũt: additq; Aristeũ primum oium in hac gẽte vel miscuisse vino suauitate præcipua vtriusq; naturæ spõte prouenietis. Maroneũ vicies tantum addito aq miscẽdũ. Hom. prodidit & Mutianus ter cõsul sextarios singulos octogenis aq miscere cõperit præsens i eo tractu. ¶ Taburnũ: mõs i samnio oliuetis cõspicuus. ¶ Ades: Faue. Nã tanq; deũ inuocat. Dij aũt sua pñtia iuuãt. ¶ Decurre laborẽ: artificiosissime dixit: nam decurre ostẽdit summã facilitatẽ adiuuãdi in Mecœnate. per laborẽ aũt difficultatẽ i se propter ingenij inopiã significat: petitio ergo hæc cõtinet honestatẽ. Honestũ e. n. amico subuenire in re præserti ichoata ne turpiter ab icœpto resiliat. Cõtinet facilitatẽ: cum ipse suo stilo ac doctrina facile præstare possit. Continet vtilitatem cum magna pars decoris: famæq; Virgilianæ in ipsum redundatura sit.

Caudex
Caulis
Radix

¶ NON

SER. a ¶ NON ego cuncta meis amplecti versibus opto.i.nō sum vniuersa dicturus:nec.n. possum:quare & suā extenuat possibilitatem: & Mecœnatis auribus ex sui carminis breuitate blandit:alij aliter accipiunt:Cóstat Mecœnates fuisse literarum peritū:& plura composuisse carmina.Nā ēt Augusti Cæsaris gesta descripsit: quod testat Horatius dicens: Tuq; pedestrib⁹ dices historijs prælia cæsaris Mecœnas melius:ductaq; p vias.regū colla minaclū:vt hoc nunc dicat: Inceptūq; vn'a decurre labo.ē.i.adesto:& simul scribamus.licet.n.quæ tu scribis esse cōstet ingentia:meū aūt carmen & breue sit & totū id explicare nō possim:debes tñ fauere minoribus:vt Pelagoq; volans da vela patenti sit:ingētia scribe. b ¶ Et primi lege littoris oram:faue minora scribenti. Non ego cuncta meis:Lucretij versus:sed ille Aenea vox ait non ferrea. Primi lege littoris oram:lege nauticus sermo est: qui nunc & ad nauigādum:& ad lectionē pōt referri: nam hoc dicit faueto principio vel hūilitati carminis mei: c ¶ In manibus terræ.i.in facili & in promptu est terrarū descriptio:qd προχειρον græci dñt. d ¶ Non hic te carmine ficto.i. simpliciter vniuersa describā:neq; vt in æneide aliquibus figmentis:aut vllis vtar ambagibus:longa aūt exorsa dicit procœmia lōge repetita:q̄ constat esse vitiosa. e ¶ Spōte sua: ad illud qd omiserat redit:& exequit qualitatē triū generum:q̄ supra memorauit:arborū scilicet spōte natarū:procreatarū ex semine: & earū quæ de radicibus pullulāt. f ¶ Infœcunda:fœtu carentia:& p transitū rē physicā tangit.Nā semen esum salicis dr infœcūditates mulieribus gignere. g ¶ Læta & fortia: quasi in hoc ipsis arboribus genus sit fœcunditatis. h ¶ Quippe solo nā subest:qa vt supra diximus:nāliter rerū oīum mr est terra: & vniuersa intra se continet semina:hinc est Quippe solo nā subest. Natura.n.dicta est ab eo q nasci aliqd faciat. Mire aūt ait subest.i. inest latenter:Nā nō apparet.vñ epicurei dicunt nihil esse qd non habeat originē sui: nā hoc est gigni de nihilo nihil:in nihilū nil posse reuerti. i ¶ Hæc quoq; siquis:vz in fœcūda:sed fortia. k ¶ Inserat:si quis eis fructiferarum arborum surculos inserat. l ¶ Scrobibus mandet mutata subactis:nos scrobes genere dicimus masculino:licet Lucan⁹ di-

xerit contra artem Exigua posuit scrobe: dūas aūt hic res dicit:vz vt aut inserant infœcundæ arbores fœcūdis & fructiferis:aut certe mutent de suis locis & fossis immittantur. vtrunq; enim eius infœcunditatē aufert.

Nonᵃ ego cuncta meis amplecti versibus opto.
Non mihi si linguæ centum sint;oráq; centum,
Ferrea vox.ades,& primiᵇ lege littoris oram.
In manibus ᶜ terræ non ᵈ hic te carmine ficto
Atq; per ambages,& longa exorsa tenebo.
Sponte ᵉ sua quæ se tollunt in luminis auras
Infœcundaᶠ quidem,sed lætaᵍ & fortia surgunt.
Quippeʰ solo Natura subest tñ hæcⁱ quoq; siqs
Inseratᵏ,aut scrobibusˡ mādet mutata subactis,

¶ NON mihi: ANT. non optarē amplecti cūcta in qui t si cētū &c. ¶ Ferrea vox: firma indeficiens. ¶ Et primi le.lit. o.nauiga extremitatē primi littoris.i. a principio huius voluminis tuo mihi ingenio: ac studio faue. ¶ Per ambages:verborū circuitus. ¶ Longa exorsa:lōga exordia:vñ statī ad narrationē conuertit. ¶ Infœcūda:sterilia. ¶ Læta:ampla. ¶ Solo nā subest:de nā & terræ seminib⁹ videto ecloga.vj.& lib.i.Geor.ibi imposuit nā locis:& ibi lati⁹.Quiq; nouas alitis nōnullo semine fruges. ¶ Mutata:Pli.li.xvij.ca.viij.inqt:añ oīa igit in similē transferri terrā aut meliorē oportet:Præfodere scrobes añ si fieri posset tanto donec pingui cespite obducant. Magnū añ annuz fieri iubet:vt solē:pluuiasq; cōbibant Arborē nec minorē bima: nec maiorē trima trāsferri qdā pcipiunt.Alij cū annū impleat plærīq; id demū cauent:vt plaga deputati cacuminis meridiē spectet. ¶ Subactis:idest versatis: excultis:& effossis.

CHRI. ¶ NON ego cuncta meis amplecti versibus opto:& hoc rē facilē facit:quia non in oīa sed in pauciora auxiliū imploret. ¶ Primi littoris:Quia non audeo profundum petere.i. grandiorem materiā aggredi. ¶ In manibus terræ:Terræ sunt in manibus meis:ac si dicat in præsenti opere:Vel sunt in manib⁹ oīum hoc est in promptu: nā materia nō est recondita:sed oībus euidens. ¶ Non hic te carmine ficto:non sunt hic poetarum fabulæ: quæ plus voluptatis q̄ vtilitatis continent. ¶ Per ambages:qd poetarū est qui & altius repetunt:vt Ennius qui a materia argos nauis exorditur discessum Medeæ. Altius.n. repetunt ipsi poetæ & longius prosequuntur. ¶ Longa exorsa:exprimit quid intelliget ambages. ¶ Sponte sua:suapte natura & nō humano artificio:est autē snia q q̄uis terra oīum rerum semina in se contineat:tñ in diuersis locis semina diuersis arboribus accōmodatiora hēt.Quapropter q̄ in ipsa natura proueniunt:fortius:validiusq; surgunt: tanq̄ a solo proprium ipsius semen continente:ergo natura.s.propria illius arboris. ¶ Infœ

cunda: non enim producit fructum: sed pro fructu ipsa abundantissima materia est. Differt ⁊
Fœcūd⁹ fœcundum ⁊ facundum. Fœcundus: idest fertilis a fœtu quasi plurimum effundens fœtum.
Facūd⁹ Facundus vo a fando eloquens ⁊ copiosus in oratione est. ¶ Inserat aut scrobibus. i. fossis.
Duplici. n. via mitescunt siluaticæ arbores in serendo: ⁊ in mitius solum transferendo: Scribit Columella: Ante annum q̃; poma disponere voles scrobes fodito. Ita sole pluuiæ macerabuntur: ⁊ quod posueris cito comprehendet. Sed si eodem anno semen ponere voles: ante duos menses fodito ⁊ stramentis eas completo ⁊ incendito quo latiores scrobes feceris:
Scrobē hoc erunt latiores: sapidioresq; fructus. dicimus aūt scrobem: ⁊ scobē. Scrobē. n. appellamus fossam: Scobē vo minuta illa quæ aut limando: aut terebrando: aut aliquo modo terendo cadunt: Sed etiam dum locum deuerrimus quicquid immunditiarum educitur scobē dicim⁹. Iuuena. Et tū vnus semodio scobis hac emundat seruulus vnus.

Exuerint siluestrem[a] animum, cultúq; frequēti
In quascunq; voces[b] artes haud tarda sequent.
Necnon ⁊ sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc[c] faciet, vacuos si sit digesta[d] per agros.
Nunc[e] altæ frondes, ⁊ rami matris opacant.
Crescentiq; adimunt fœtus, vrúntq;[f] ferentē.
Iam[g] quæ seminibus iactis se sustulit arbor,
Tarda venit, seris factura[i] nepotibus[h] vmbrā.
Pomaq;[k] degenerant succos oblita priores.
Et turpeis auibus prædam fert[l] Vua racemos.
Scilicet omnibus est labor impendendus, ⁊ oēs
Cogēdæ[m] i sulcū, ac multa[n] mercede domādæ.
Sed truncis[o] Oleæ melius, propagine Vites

SER. a ¶ SILVESTREM aium: naturalem asperitatē ⁊ infœcunditatē. b ¶ Voces artes: fœcunditates ex arte venientes. c ¶ Hoc faciet: idest erit fœcūda si fuerit inde translata. d ¶ Digesta: posita ⁊ plantata: idest si liberum spaciū habeat. e ¶ Nunc altæ frondes: hoc ē frondes ⁊ rami arborum ex quibus oriunt nocenteis ⁊ suis vmbris earum fœcunditatē auertūt ⁊ ꝓhibent. f ¶ Vrūtq; ferentē quæ ferre pōt: si ei vmbra nō noceat. g ¶ Iā q seminibus iactis. i. quæ ex semine quocunq; mō iacto orta est: iam particula hic propterea ponitur: ⁊ tps quidem significat vt iam tps agi res. h ¶ Nepotibus: arbusculis quæ ex ea oriuntur. i ¶ Factura vmbram: sui magnitudine ⁊ opacitate. k ¶ Pomaq; degenerant: mō degenerant in peius vertuntur: alias in melius. Poma aūt arborum ex semine procreata tū dicit: quas constat nisi insitæ aut translatæ fuerint nō respondere qualitati seminis sui. l ¶ Fert vua racemos: vuā pro vite posuit. i. fructus pro arbore. Sane racemus botryonis est pars: ⁊ botryo græcum est: ⁊ sic vuā pro vite posuit: sicut Hora. pro vino: Nā ait Cecubū ⁊ prælo domitā caleno tu bibes vuā. m ¶ Cogendæ in sulcū: in ordinem componendæ: aut certe arandæ. n ¶ Multa mercede: multo labore: a sequente qđ præcedit intellige. o ¶ Sed trūcis olea: qa supra ait: Truditur e sicco radix: etiā redit ad eos modos quos inuenit industria. Dicēdo aūt melius: ostēdit ēt alias arbores posse ex trūcis procreari. Sane olea est arbor ipsa: vñ deriuatū est oleū. Oliua vo fructus ipse: vnde est oliuum. Legimus tamen ⁊ oliuam de arbore: vt Incumbens tereti Damon sic cœ

ANT. pit oliuæ. ¶ CVLTVq; frequēti: Plini. li. xvij. ca. xlj. ait: atq; in totū oīs cura fertilitatem adijcit fertilitas senectē. ¶ Ferētē. s. fœtus. ¶ Tarda venit: nisi. s. digesta fuerit ꝑ vacuos agros: ⁊ poma in peius vertēt ¶ Vua: vitis ipsa nisi e seminario fuerit transposita turpes racemos ꝓducet. ¶ Sationis. n. vitiū duo genera: vt scribit Col. li. iiij. ca xiiij. malcoli: vel viuiradicis qđ vtrūq; ab agricolis vsurpat: ⁊ in pulneijs magis malcoli: neq;. n. seminarijs studēt: nec vsus habent faciendæ viuiradicis. ¶ Truncis oleæ: de hoc lege Catonem titulo. xlv. ¶ Propagine vites: De hoc videto Columel. lib. iij. c. vij. Myrtus: Theophrastus li. ij. inquit: ꝙ myrtus ⁊ ligno ⁊ ramo prouenit. Plini. lib. xvij. ca. xvj. scribit: ꝙ ramo feruntur ⁊ punica pali laxato prius meatu. Item myrtus. capite vo. vij. dicti lib. xvij. aitq; myrti genera omnia in Campania bacchis feruntur Romæ propagine Tarentina.

CHRI. ¶ ANIMVM siluestrem: Atqui animus rationalis est ⁊ quo sapimus: anima vo qua viuimus. Ille proprius hoīs. Hæc nobis ⁊ cum brutis ⁊ cum plantis cōis est. Quō ergo deponunt aium cū illo careant. Sed vsus est translatione ab hoīe. Nam vt homo si ex agresti: incultaq; vita in ciuiles ⁊ bonis artibus excultas traducatur ferina vita deposita mitescit: sic arbor ab inculta regione: incultum agrum translatum sumat mitiorem succū. ¶ Artes. i. succos: quos per artificium induxeris. ¶ Iam quæ seminibus: Dicit quidem arbores ex suis seminibus progignere arbores. Sed in ea re duplex est incommodum ꝙ tardius crescunt ⁊ ꝙ degenerant. Nam ⁊ mali ⁊ piri nom

Anim⁹
Anima

piri non referunt maternos succos e vitis vuas tariores:minutioresq; pducit. Recte autẽ dixit poma. Nam nuces siue iuglandes sint:siue amygdolæ:siue castaneæ:siue auellanæ nõ ita degenerant. ¶ Labor:laboriosus cultus respondens satisfaciunt votis tuis.

SER. a ¶ SOLido paphiæ:sicut e olea. Paphiæ dt venerẽ a papho insula: in qua Venus colitur. Veneri autem myrtus est cõsecrata: vel q haec arbor gaudet littoribus: e Ven' de mari dicitur procreata: vel q vt medicorũ indicant libri:hæc arbor apta est mulierũ necessitatibus plurimis. b ¶ Plantis eduræ coryli nascuntur:duras dixit non ad lignũ: sed ad fructum ipsarũ referens. Alij eduræ legũt quasi nõ duræ:vt paulo post Enodes trunci: idest sine nodis: vt modo. e.minuentis non augentis habeat significationẽ. Sane coryli proprie dicuntur. Nã auellanæ ab auellano campaniæ oppido vbi abundãt nominatæ sunt. c ¶ Herculeæ:ipse alibi: Herculea bicolor cum populus vmbra. nã cũ Hercules ab inferis rediret:hanc primã arborem dicitur ptemplatus esse:e se inde coronasse conuenlente colore. arboris illi euentui quod a tenebris in lucẽ cõmeauit. d ¶ Chaoniiq; patris:Iouis epirotici. e ¶ Ardua palma: aut alta:aut ad quã difficile peruenitur. f ¶ Casus abies visura marinos:est enl abietis species apta nauibus:quã sappinum vulgo vocant. g ¶ Ex fœtu arbutus horrida: Versus dactylicus. Nam male quidã hortens legũt. Horrida autem hispida. Et iam trãsit ad insitionem:quæ duplex est:Nam aut insitio dicitur quom infisso trunco surculus fœcũdæ arboris sterili inseritur: aut oculorum impositio:quom Icisso cortice libro alienæ arboris germen inserimus. h ¶ Et steriles platani malos gessere valentes: Dicit quid in quã arborem debeamus inserere:in arbuto nucẽ: in platano malum:in orno pirum: sed castaneæ fagos eget expositione. non.n.in castanea fertili infœcũda fagus inserit: vnde aut hypallage ẽ:vt sit castaneæ fagos pro fagi castaneas gessere:aut est mutãda distinctio: vt sit Et steriles platani malos gessere valẽtes.

Respondent, solido[a] paphiæ de robore Myrtus.
Plantis[a] eduræ Coryli nascuntur, e ingens
Fraxinus, herculeæq;[c] arbos vmbrosa coronæ.
Chaoniiq;[d] patris glandes. etiã ardua[e] Palma
Nascitur, e casus[f] Abies visura marinos.
Inseritur vero ex fœtu[g] nucis arbut' horrida.
Et steriles[h] Platani malos gessere valentes.

¶ PAPHIÆ myrt': paphos cypri vrbs portum habebat e templa optime structa: Stra.li.xv. auctor est. Pli.vo li.ij. ait: q celebre phanũ habet. Veneris paphos ĩ cuius quadam area nõ pluit. Paphiæ ergo venereæ. ¶ Eduræ coryli:non duræ fragiles. De corylis plura in Tityro. Herculeæq; arbor.co.i.populus Herculis tutelæ subiecta:q e aiunt ad iferos accedẽs populea frõde se coronauit. ¶ Chaonij prĩs.i.Iouis Dodonæi: vide latius lib.j. Geor. Ibi Chaoniã:e pingui &c. ¶ Palma:de hac videto li.j. Geor. Palmas epiros equarũ. ¶ Abies:Pli.li.xvj.ca.xvj.scri. Abietẽ expetitã nauigijs:situmq; hr̃e In excelso montiũ ceu maria fugerit. idẽ Pli.lib.xvj.ca.lv. aitq; abies admirationis pcipuæ visa in naui q ex ægypto Caij prĩcipis iussu Obeliscũ in vaticano circo statutũ: qtuorq; truncos lapidis eiusdẽ ad sustinendũ eũ abduxit: Qua naue nihil admirabili' visus in mari certũ est. Lõgitudo spaciũ obtinuit magna ex pte ostiẽsis portus latere leuo:q arboris crassitudo qtuor holus vlnas cõplectentiũ iplebat. ¶ Arbutus horri. vsus est dactylicus. Arbutus aũt arbor est fruticosa:pomũ hẽt simile terrestribus frugis:dr̃ alio noĩe: Vnedo argumẽto vnum tñ edendi. Plura Pli.li.xv.ca.xxiiij. ¶ Valẽtes.i.feraces. ¶ Platani:hæc arbor lata folia hẽt: vti vitis e fic':Pli.li.xvj.c.lxxvij.legito.

ANT. Paphos

Abies Ingens

Nauis Obelisci Obelisc' Vaticãs

Platan'

CHRI. ¶ PAPHIÆ: Veneri dedicatæ: Nã venus paphi colit:q vrbs Cypri insulæ est Cicero. Oẽs tibi cyprios cõmendo: paphios pcertiũ; Hora. Ven' regina gnidi paphiq;. ¶ Ardua: quæ sua natura ardua.i.alta adeo annixa petit; vt nullo pondere supimposito inflectat: sed crescens oẽm molem pstanter afferat recte semp aduersus difficultatẽ nitens qm q ppriuni fortitudinis est.qũ est vt palma victori pmium detur. ¶ Fœtu:pro surculo posuit. ¶ Platani: Hæc arbora frondiũ latitudine nomẽ accepit. Hæc ex alieno orbe vmbræ causa expetita est:e primo per mare Ionium in Diomedis insulã deuecta eiusdẽ tumuli gratia. inde in Siciliã: ac postremo in Italiã delata:e deinde in Gallias Dionysius tyrãnus primus in regiã suã intra vrbẽ trãstulit:psueuere vino irrigare:q3 compertum est id pdesse radicibus:celebratæ primũ sunt in deambulatione academiæ. Celebrata est

Arbutus

PRO. ¶ SOLIDO paphiæ de robore myrtus: Insula est cypros tota Veneri sacrata: in quaẽ oppidum paphos:a quo paphiam myrtũ appellauit arbusculam: quæ veneris tutelæ est subiecta. ¶ Herculeæq; arbos.u.c. Populus quia Herculis tutelæ existimetur subiecta. testatur in Aeneide Virgilius dicens. Dixerat herculea bicolor quũ populus vmbra: Velauitq; comas:folijsq; innexa pependit.

in Lycia iuxta fontē Domicilij: modoq; imaginem speluncæ facit intra quam Mutianus ter cōsul cum decem & octo comitibus epulatum se copiose scribit densitate frondiū omnem imbrem excludens cum voluptate crepitus. Est increta platanus nunquam folia dimittens. Vnde fabulant̄ græci Iouem cum Europa sub ea cōcubuisse: veluti in cypro alia eiusdem generis non esset huius arboris vsus non est alius q̄ solem æstate arcere hyeme admittere. Q. Hortensius in quadam causa a Tul. ꝓcario postulauit: vt secum locū dicendi ꝑmutaret: cum sibi necesse esset in Tusculanum abire: vt platanum quas posuerat vino suffunderet. Sunt & chamo platani coactæ breuitatis: Nā de industria cogunt illas esse breues & veluti inter proceras arbores pumiliones. Fit autem & sereno & tondendo. ¶ Coryli: harum nuces auellanæ seu ꝓnestinæ dicuntur. Græci pontica vocant. Ex corylo prisci faces nuptiales faciebant.

Castaneæ[a] fagos[b], Ornúsq; incanuit albo
Flore Piri, glandémq;[c] sues fregere sub vlmis.
Nec modus[d] iserere, atq; oculos iponere simplex.
Nam quà se medio trudunt[e] de cortice gēmæ,
Et tenues rumpunt tunicas[f], angustus in ipso
Fit nodo sinus, hûc aliena[g] ex arbore germen
Includunt, vdóq; docent inolescere[h] libro[i].

SER. a ¶ CASTANEÆ: hoc est in fœcūdæ arbores platani fortes ramos castaneæ portauerūt. b ¶ Fagos ornusq; incanuit albo flore piri: sm quam distinctionem fagos licet breuis sit gos: finalitatis tamen ratione ꝓducitur: fagos enī incipit esse nominatiuus casus græcus singularis: nā pluralis noster est accusatiuus: Alij neutrū probant: & ita accipiunt castaneæ flore fagos incanuit: piri flore ornus incanuit: vt similiter fagos nominatiuus sit græc*. c ¶ Glādéq; su. fr. sb vl. idest vlmi ifertis sibi surculis q̄rcuū glādes tulerūt. d ¶ Nec m. ise. aut nō est simplex & fortuita ratio: sȝ ea q̄ ingēti labore colligit̄: aut sic dicit: nō est idē iserere qđ & oculos iponere: quarū reꝝ discretionem hoc loco memorat: sicut nos diximus supra. e ¶ Trudūt: propellunt: eijciūt. f ¶ Tunicas: idest libros arboris interiores. g ¶ Hûc ex aliena: quia ait: ex aliena arbore: & est mutatio: ideo non ait: hic includunt: sed huc. Sic Cicero: Includuntur in carcerē cōdēnati vtiq; quia illuc fuerant allūde deducti. h ¶ Inolescere: cōcrescere σιμφύειν. i ¶ Libro: liber dr̄ pars corticis interior.

ANT. ¶ CASTANEÆ fagos: scilicet gessere: solebat. n. castanea siluestris ex fago inseri: quo glādes produceret. ¶ Ornus: arbor est sterilis: albo cortice. ¶ Nec modus inserere: atq; oculos imponere simplex: Pli. li. xvij. c. xiij. docet: quod semina quoq; inserere natura docuit: quod quidem aues in mollibus arborū lecticis egesserant: & ventus forte imiserat i aliquas corticum rimas: Vnde vidimus inq; cerasum in salice: platanum in lauro: laurum in ceraso. Ratio potest esse duplex: & prima inter corticem: lignumq; inserendi mox truncum inforare medium prisci: ipsiq; medullæ calamum vnum imprimere: neq;. n. plures capiebat medulla subtilior: postea trūcū leniter findere cœperunt: cuneoq; tenui fissura custodiente in rimā decisum calamū inserebant: sed obseruandū ne fissura in nodo fiat. Certumq; est ab humeris arborum orientē æstiuum spectantibus surculos petēdos: & e feracibus & e germine nouello nisi vetustæ arbori inserantur. ij. n. robustiores esse debent: ꝓterea vt ꝓgnantes: idest germinatione turgentes: & quo parere illo sperauerint anno. Iseruntur autem & inuersi quom id agitur & minor altitudo in latitudinem se fundat. Calamis executio medullam ne nudet calamus ad corticem vsq; suū deprimatur: nec cortex explicetur in rugas: ideo lachrymantes calamos inseri non oportet: nec aridos q̄dē. Id etiaȝ religionis seruant: vt luna crescente calamus vtraq; deprimat̄ manu validiusq; demissi tardius ferunt: fortius durant: non hiscat nimiū rima nec cōpressum necet. Si crassior trūcus inserat̄ inter corticē & lignū inseri meli* cuneo optime osseo ne cortice rumpatur laxato: cerasi lib. dempto findunt̄ hæ solæ: & post brumaȝ iserere aptissimū q̄; ꝓximum terræ patiat̄ nodorū: truncíq; ratio eminere calami sex digitorum lōgitudine nō amplius debent. Cato inseri ꝓcipit pira ac mala: ꝑ ver tm̄ luna sitiente hoc est sicca. Præterea post meridiē ac sine vento austro. Et abūde arbitrant̄ paleato luto rimā custodire duobus digitis insito extante: inserit̄ aūt oleaster calamo & inoculatione: vt idē ait: capite. xvij. De insitu vo & inoculatione optime ēt Theophrastus meminit li. j. de causis plātaꝝ. Meminit iteȝ optime Colu. li. iij. ca. xxxvj. Nā q̄ se medio. Hæ arbores recipiunt talem insitionē: teste Columella: q̄ humidū: succosumq; & validū librū habent sicuti ficus: adde etiā castaneā & oliuam &c.

CHRI. ¶ CASTANEÆ: Nux castanea heracleotica vocatur. Applus in li. de arboribus siluestribus heracleotica nux: quā quidem castaneam vocant: & vt a quercu dicimus quercetā: sic a castanea dicimus castaneta subtracta ci syllaba:

Insērē. li modus

ei syllaba: sunt qui credunt dictã castaneam a castrando. Naꝫ infructuosa fit nisi castretur: crepat in igne non sine astantiũ periculo: castal vocant arabes nos imitantes. Nam ipsa ea carent. ¶ Sub vlmis: quia insita fuerit in vlmo quercus. ¶ Nec modus inserere: ꝓ inserendi: ponit hic duos modos. at Columel. refert tres: postremo addit quartum tanq̃ a se inuentuꝫ oculos inponere: hũc modũ emplastrationem ꝛ inoculationem Col. ꝛc. antiqui dixerunt.

Autᵃ rursum enódes trunciᵇ resecanturᶜ, ꝛ alteᵈ
Finditurᵉ in solidum cuneis via, déinde feracesᶠ
Plantæ imittuntur, nec longumᵍ tẽpus, ꝛ ingẽs
Exijtʰ ad Cælum ramisⁱ felicibus arbos.
Miratúrq;ᵏ nouas frondes, ꝛ non sua poma.
Prætereaˡ gen⁹ haud vnũ nec fortibus Vlmis;
Nec Salici, Lotóq;ᵐ nec Idæis Cyparissis,

SER. a ¶ AVT rursuꝫ enódes trũci resecantur: rursuꝫ hic non habet significatioñ iterandi: sed abundat. b ¶ Enodes trũci: sine nodis. c ¶ Resecanť: abscinduntur. d ¶ Alte: profunde. e ¶ Finditur in solidũ: vt solida sit ipsa fiscio: ꝛ non habeat rimas: aut aliquas scissuras. f ¶ Feraces: fertiles: ꝛ fructiferæ plãtæ. s. immittunť surculi: nam abutiť plantis pro surculis arborũ fertiliũ. g ¶ Nec longũ tempus: nec multa mora. h ¶ Exijt ad cælum arbos: nã hoc genere insitæ arbores citissime crescunt. i ¶ Ramis felicibus: fructiferis ꝛ fertilibus. k ¶ Mirata estq; nouas frõdes: ꝛ non sua poma: ingens phanthasia. Sane mirata estq; legenduꝫ est: vt stet versus. l ¶ Præterea genus haud vnum: Docet nũc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam varietateꝫ. m ¶ Lotoq;: Lotos nympha quædam fuit: quam quum amataꝫ Priapus persequeretur: illa deorum miseratione in arborem conuersa est: quæ vulgo faba syriaca dicitur.

PRO. ¶ IDÆIS cyparissis. Cyparissum dicit cypressum: quidam dicũt a cyparisso: qui in insula chia quũ haberet ceruũ mansuetum: queꝫ vnice diligebat: ꝛ errantem in siluis ignarus iaculo traiecisset: inedia se necauit: queꝫ a nec consilio á morte: nec viribus medicinæ Apollo: qui eũ immoderate diligebat: reuocare poterat: conuertit in cupressum arborem luctuosam: Quidã putant vt Asclepiades ait: Boream fuisse celtarum regem: qui filiaꝫ Cyparissam amiserat: ꝛ nouum arboris huius genus primus in eius tumulo seuerit. Ob eã q; causam esse luctuosam cupressum. Idæas autem cyparissos ideo dicit: ꝙ copiosæ sint in nemore matris magnæ.

ANT. ¶ ET ALTE finditur: Fissuram triũ digitorũ Columella docet. ¶ Vlmis: Vlmi duo genera græci nouere. Montosaꝫ quæ sit amplior. Campestrem quæ fruticosa: sunt ꝛ alia genera: vt Pli. docet libro decimosexto capite. xxx. Nec salici: videto paulo ante ibi: Et glauca canentia fronde salicta. ¶ Lotoq;: huic magnitudo est quæ piro: incisuræ in folio crebriores: alioquin ilicis viderentur differentiæ plures: eæq; maximæ fructibus si

unt. Nascitť fructus densus in ramis myrti modo ligno color niger ad tibiarum cantus expetitur: Pli. lib. xiij. capite xix. ¶ Idæis cyparissis. ¶ Cyparissi: duo genera: fœmina metam habet in fastigiũ cõuolutã: mas spargit extra se ramos: in Idæis montibus cyparissus plurima ẽ: Pli. li. xvj. capite. xlvij.

Cyparissus

CHRI. ¶ FELICIBVS: fertilibus aut mitibus ꝛ suauibus. ¶ Miratur: mira suauitate ꝛ poetica phantasia dat sensum rei sensu carenti. ¶ Fortibus vlmis: validis huius duo genera sunt: gallicum ꝛ vernaculum: gallicum atinianũ: vernaculum nostratem dicunt. Ex atina a frondes pecori gratiores sunt: semel vlmi amara siue samaria dicitur. ¶ Loto: arbor in affrica: sed Italia familiaris veniꝫ cum terra mutata magnitudo illi quæ piro: quanquam Cornelius nepos breuem tradat. Frondes habet ilicis: nisi incisuræ crebriores sint. Differentiæ plures maxime in fructibus magnitudo fabæ color croci: sed ante maturitateꝫ alius atq; alius sicut in vuis: Nascitur densis in ramis myrti modo: tam dulcis vt nomen genti dederit: non dicunť sentire ventris morbum: qui euꝫ mãdant. Vinum hinc exprimunt simile mulso. Sed vltra denos dies non durat. Bacchas cum siliqua dolijs ad cibum condiunt: ꝛ radice cultelli capulos faciunt. Est ꝛ palustris herba in ægypto eodem nomine recedente nilo prouenit similis fabæ. Fructus in capite papaueris similes: intus grana ceu milium ex iis panem faciunt. Sole occidente comprimuntur papauera: oriente aperiuntur. ¶ Idæis: ab ida monte cretæ. Nam patriam cretæ fuisse Plinius testatur. Cato Terentinam appellat: sed credit Plinius: quia illic prius aduenerit: aitq; esse aduenam: ꝛ ex difficillimo nascentiuꝫ. Ideꝫ Cato ait: hiatu esse morosam: fructu superuacuam: Bacchis toruam: folijs amaram: odore violentam: ac ne vmbram quidem gratiosaꝫ. Diti sacra est: ꝛ ideo funeris signo apposita. Asclepiades scribit: Boream regeꝫ celtarum in tumulo filiæ suæ cyparissæ cupressum seuisse: ꝛ ob id habitam esse luctuosam arborem.

Nec pingues vnam[a] in faciem nascunt̃ Oliuæ:
Orchites[b], & Radij[c], & amara[d] Pausia bacca,
Pomaq;[e], & Alcinoi[f] siluæ: nec surculus idem
Crustumijs[g], Syriisq;[h] piris, grauibúsq; volemis.

SER. a ¶ VNAM in faciem: in eandem similitudinem. b ¶ Orchites: genus oliuæ a græca etymologia: sed obscena: idest a testiculis: q ὄρχεις dicuntur. c ¶ Radij: radij oliuæ sunt: ita a longitudine noiati. d ¶ Amara pausia bacca: oliua a pauiclo dicta i. a tundendo. Aliter enim exse oleum nō faciet: amara autē bacca viridi: vt alibi: Floribus atq; aplo crinis ornatus amaro: idest viridi. N. de pausia viride oleum fit: vnde contra dicitur dulce quod non est viride. e ¶ Pomaq;: subaudi a superioribus: nō vnā nascūtur in faciem. f ¶ Alcinoi siluæ: idest pomiferæ arbores. Nam Alcinous rex phæacum fuit: diligens cultor hortorum: vnde per eius siluas arbores pomiferas intelligimus: de quo Homerus ait: quod haberet.

καὶ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.
αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

g ¶ Crustumijs: Crustumia pira sunt ex parte rubentia: ab oppido crustumio nominata. h ¶ Syriisq; piris grauibusq; volemis: syriis. i. nigris. Grauibus volemis: idest magnis. Nam & volema ab eo quod volas impleant dicta sunt. Vola autem est medietas palmæ: vel pedis: vnde & inuolare dicim⁹: volema autē gallica lĩgua bona & grandia dicuntur: sed magis dicta sunt ab eo ꝙ volā impleant.

PRO. ¶ ORCHITES & radij & amara pausia. Orchites á magnitudine appellatæ: ꝙ similes sint testiculis: q.g. ὄρχεις dicunt̃. ¶ Pausia: oleæ genus est acerbæ: quam possiam vocant. ¶ Pomaq; & alcinoi siluæ. Alcinoi siluas dicit: qa refert Homerus eū habuisse pomariū incredibili superbia. Fuit autē rex Phæacū: qui sunt in insula corcyra: et habuit ex Arete fratris sui filia Rhexenoris Nausicaam filiam: quæ Vlyssi inopi in littore opes tulit & iuro patris domū vestitum dedit.

ANT. ¶ OLIVÆ: Oliuarum genera tria dixit. Virgilius inquit: Pli. libro decimoquinto capite tertio. ¶ Orchites: & radios & posias: posia plurimū carnis habet: orchites olæi. Probus autem sic ait: Orchites a magnitudine appellatæ: ꝙ similes sint testiculis: Orchis. n. testiculus dicitur. ¶ Pausia: oleæ genus est acerbæ quam posiam vocāt. In Varrone itē posea & pausia legitur. Columella libro sexto capite sexto scribit: deces olearū genera 1 notitiā suā puenisse. Sūt āt pausia: Algiana: Liciniana: Sergia: Culminia: Orchis: Regia: Circites: Murtea: Ex qbus Baccha iucūdissima est pausia. speciosissima est regia etiam virga: quæ potius escæ q̄ oleo est idonea. pausiæ tamen oleū saporis egregij dum viride est. Orches quoq; & radius melius ad escam q̄ in liquorē stringitur. Oleum: optimus Licinia dat: plurimum sergia omnisq; olea & maior fere ad escam minor oleo est aptior. ¶ Alcynoi siluæ: Probus ait: alcynoi siluas dicit: quia refert Homerus eus habuisse pomariū incredibili superbia: fuit autē Rex Phæacum: qui sunt in insula corcyra: Pli. item scribit lib. xix. cap. septimo: ꝙ antiquitas nihil prius mirata est: quam & hesperidum hortos: ac regum adonis & Alcynoi. ¶ Crustumijsq; syriis piris grauibusq; volemis. Pli. lib. xv. ca. xv. de piris inqt. Cunctis aūt crustumina gratissima ꝓxima phalernoa potu: qm̃ tanta vix succi abundat. Lactea hæc vocātur in his: quæ alij colore nigro donant syriæ: Propterea dixit volema Virgi. a Catone sumpta: qui & sementina: & mustea nominat. ¶ Crustumijs: Pli. lib. tertio de Italia loquens ait. Volaterani cognomine Hetrusci Volsinenses in eadē parte oppidorum veterum nola retinent agri Crustumini. Calatranus: idem libro etiam tertio capite sexto scribit: crustumiū fuisse in Latio oppidum.

CHRI. ¶ FACIEM: formas a faciendo. Nam nō materia: sed forma rē facit: Non enim ē Iouis statua: qđ ex marmore ære: vt sit sed qđ eius formā habet. Iouis statua est. ¶ Vnam in faciem: Olearum genera sunt x. pausia siue posia: Sergia: Regia: Picena: Sidichia: Maiorina: Transmarina. Radios a longitudine dictis. Orchis quoniā testiculorum formam habet. Orchis enim græce testiculus est: hæc idonea est cibo: pausia optimum fundit oleum. ¶ Alcinoi: Ex Neptuno vt est apud Homerum natus est Nausithous rex Phæacum ex Nausithoo Rexenor genitus est: qui relicta arite filia ab Apolline percussus perijt. Hæc mulier ex Alcinoo peperit Nausithoū: Nausithoi filius fuit Alcinous: qui Vlyxes honorifice suscepit. Nam Nausithoa eius filia cum ad fluuium cum pedisse quis vestes lotura accessisset. Vlyxem nudum & naufragum & frondibus se tegentem & cibum orantē ad patrē pduxit. Hic rex Corcyræ habitauit: & pulcherrima habuit pomaria: pira aūt nobiliora sunt Crustumina: Regia: Signia: Tarētina: quæ syria dicunt̃: Fauoneana: laterana: Dolobelliana: Volema: Crustumia: Syria sunt purpurea: Volema Virgi. a Catone sumpsit quæ dicuntur sementina & mustea: qa sero maturescūt. ¶ Volema: qa volā manus implent: vnde dixit grauibus.

¶ NON EADEM

Non eadẽ arboribus pendet vindemia nostris,
Quam methymnæo[b] carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ[c] vites, sunt & Mareotides[d] albæ:
Pinguibus[e] hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et passo[f] Psythia vtilior, tenuísq;[g] Lageos
Tentatura[h] pedes olim[i], victuráq; linguam.
Purpureæ[k], Preciǽq;[l], & quo te carmine[m] dicã

SER. a NON EADEM arboribus pendet vindemia nostris: idest vites quoq; diuersæ sũt. Nostris aũt italicis: & bene pendet dixit. Nulla enim vitis in Italia est quæ non pendeat. b Methymnæo carpit de palmite lesbos: lesbos insula é in ægæo mari: cui ciuitas methymna habẽs preciosissimus vinus. c Thasiæ vites: a thaso insula nominatæ. d Mareotides albæ: ægyptiæ. Mareotis enĩ pars est ægypti: & dicendo albæ ostendit etiã esse purpureas: vel alterius coloris. e Pinguib⁹ hæ terris habiles: pinguibus thasiæ: leuioribus mareotides: Nã ordinem positus sequimur: quom aperte aliquid nõ cõmemoraт. f Passo psythia vtilior: bene vtilior: vt osi daret etiam de alia vua posse passũ fieri: sed melius de psythia. Passus aũt dicit a patiendo: Nã mustũ decoquit: & inde fit passus: hic defrutũ dictũ q defraudet: & q̃si fraudem patiatur. g Tenuisq; lageos: lageos est q̃ latine leporaria dicit: nã λαγως græce lep⁹ dicit. tenuis aũt penetrabilis: quæ cito descẽdit in venas. h Tẽtatura pedes: Terentius Neq; pes neq; mens suũ satis officiũ facit. i Olli: aduerbium est cuiuslibet tẽporis. k Purpureæ: purpurei coloris. l Preciæq;: hæ cito maturescunt: vnde & preciæ dictæ sunt: q̃si præcoquæ: q ãn alias coquant. m Quo te carmine dicã Rhetica: hãc vuã Cato præcipue laudat ĩ libris quos scripsit ad filiũ: cõtra Catullus eã vituperat: & dicit nulli rei eẽ aptã: miraturq; cur eã laudauerit Cato. Sciens ergo vtrũq; Virgilius mediũ tenuit: dicens: Quo te carmine dicam Rhetica?

PRO. NON EADEM arboribus pendet vindemia nostris. q. m. e. d. p. l. Lesbos est insula asiæ in sinu ægeo cõspicua troadi: & thraciæ: a lesbe filio Macaris appellata: in qua est oppidũ qđ appellatur methymna. Ex quo fuit Arion citharoedus: palmites significat vitẽ. Sunt thasiæ vites. s. e. m. a. a thaso dr̃ ĩsula vnde thasias. Mareotidas: ægyptiacas intelligimus a palude mareotide: quæ est ĩ ægypto. psythiæ genus vitis & lagæos & preciæ et purpureæ: argites aũt dicta é a cãdore. Tmolus assurgit: quibus & rex ipse Phaneus: tmolũ vult intelligi lydiæ montẽ omnino fertilẽ: Phaneũ portũ vult esse insulæ chiæ: & significari inde chiũ ammineum.

ANT. CAR. FORIBVS nr̃is. i. italis vitibus: Pli. n. libro. xiiij. capite. ij. ait: vites iure apud priscos magnitudine quoq; inter arbores numerabant. Ioui simulachrũ in vrbe populonia ex vna cõspicimus vite tot annis incorruptũ. Itẽ Massiliæ paterã metaponti tẽplum Iunonis vitigineis colũnis stetit: nec é ligno vlli æternior natura. Lesbos: Prob⁹ sic ait: lesbos est ĩsula asiæ ĩ sinu Aegeo conspicua Troadi & Thraciæ: ĩ qua é oppidũ qđ appellat Methymna: ex quo fuit arion citharoedos. Thasiæ vites: Pli. lib. xiiij. ca. iij. inquit. Dixit virg. Thasias & mareotidas & lageas cõpluresq; externas: q̃ nõ repiunt ĩ Italia. thasos aũt ĩsula erat libera olĩ & iã vr̃ Etria dcã: vt idẽ scribit li. iiij. ca. xij. Hero. scri. q Thasos dicta é a Thaso filio phænicis é: q ĩsula ĩ mari ægeo. Mareotides: docet pbus q ægyptiacas ĩtelligimᵘ a mareotide palude: q̃ est ĩ ægypto. Quod quoq; asserit Acrõ & Porphyrio ode. xxxvij. pmi voluminis iuxta quã paludẽ vinũ optimũ esse aiunt Mareoticũ appellatũ. Pinguib⁹ terris: Colu. li. iij. capite. i. scribit Celsum cẽsere optimũ esse solũ vitibus nec densus nimis: nec resolutũ. soluto tñ ppius: nec exile nec lætissimũ, pximũ tñ vberi: nec siccũ: nec vliginosus modice: tñ rosidus: nec amarus: nec salsum: ne saporẽ vini corrũpat. Passo psythia: vtiliora patiẽtia nomẽ acinos dat passis: vt scri. Pli. li. xiiij. capite. ij. ca. pite. vo. x. ait: psythiũ passi gen⁹ suũ saporẽ: nõ vini referẽs: quo aũt pacto passus fiat late docuit Colu. li. xij. capite. xxxix. passum inqt Noni⁹: dr̃ liquoris gen⁹ qđ ex vua passa cogit: alibi dixerat: passus é pprie rugosum vel sic cũ: vñ & vua dicta passa é qđ sit rugis ĩplicata: hinc Plaut⁹ ait: p. vua pessili passa: & Lucili⁹ rugosi passiq; senes. Lageos: hãc extremã scribit eẽ Pli. q̃ nõ repit ĩ Italia. Lagos ãt lep⁹ dr̃: idẽ lageos leporaria dici põt. Olĩ: q̃nq; cũ sit tenuis & penetrabilis. Preciæq;: Pli. li. xiiij. ca. xiiij. iqt: pciæ duo gña magnitudie distinguunt. Dr̃ aũt pciæ q̃si pcoces: qđ ãn alia maturescũt. Quo carmĩe: qbus laudibus.

CMETHYMNÆO. Methymna Vrbs lesbi patria arionis musici: hinc vinũ lesbium. Thasiæ: a thaso ĩsula. Mareotides: a mareote palude ægypti: Pli. tñ refert Virgilius Thaseas mareotidas et ilageas: & cũs plures alias externas rettulit: q̃ nõ reperiunt in Italia. Passo: passus vt fieri iubet Varro: vuã pcocẽ bene maturas legito acina maculata aut acida teicito: palis suspendito & sinas siccare. Et caueto ne irroret: sic insolatã & passam pnuto: & in dolium ponito.

Thasos
Passum
CHRI. methymnea

Rhetica? nec cellis[a] ideo contende falernis.
Sunt[b] & Aminneæ vites firmissima vina.
Tmolus[c] assurgit qbus, & Rex ipse[d] Phanæus.
Argitisq́[e] minor, cui[f] non certauerit vlla
Aut tantū[g] fluere, aut totidē durare p annos.

SER. a ¶ NEC cellis ideo contende falernis.i.li cet sis a Catone laudata: tamen vino te campano præferre nō debes. Cellis aūt apothecis dicit: nā cellas vinarias dicimus. Et falernus mons est campaniæ: in quo optima vina nascunt. b ¶ Sūt & aminneæ vites firmissima vina: aminneum vinum dictus est quasi sine minio.i.rubor: nā albus est. Sane aminneæ dici versus pbat: qui stare nō pōt si aminneus dixerimus. c ¶ Tmolus assurgit: duplex est hoc loco expositio: Nā alij volunt sine dubio in subauditione esse posita: q̄ aperte dicere non possumus: vt sit qbus vinis assurgit.i.cedit: & Tmolus & phaneus: qđ si aperte dicatur est vtrunq; vitiosum: tñ vinis. de græco traxit: Nam οἶνος dicunt. pleraq; aūt subaudiri: quæ aperte dicere nō possumus: & ipse alibi docet: dicens de alecto: Nec dextræ errāti deus absfuit: qđ penitus dicere non possumus: quā Alecto fœmininus sit. & Salustius qui ait: Quia Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erant. Prima & subaudiendū reliquit īsidia: qđ penitus dicere non possumus. Alij aūt ad superiora referunt: vt quibus nō ad vina referatur: sed ad vites: vt sit quibus vitibus cedit Tmolus & Phaneus montes vitibus consiti. & est figura: qualis illa in æneide: Me puer Ascanius: capitisq́ iniuria cari: Quē regno hesperiæ fraudo.i. Ascanium: non quē caput. Tmolus aūt mons est Ciliciæ. & Phaneus mons est ī promontorio Chij dictus a Phaneo rege. Assurgit vo cedit significat: qđ tractum est a sedentibus: q in honorē alicuius surgere ↄsueuerunt. d ¶ Rex ipse Phaneus: de Lucillo tractum est: qui ait χῖος τέ δυνάσθαι: οἶνος. e ¶ Argitisq́ minor: quantū ad speciem solā pertinet. f ¶ Cui non certauerit vlla.i.nulla se ei in his quæ sequunt compararet: ↄtendat. g ¶ Aut tantus fluere.i.tam abundans esse.

ANT. rheticis ¶ RHETICA: ante Tyberiū Cæsarē inqt Pli.lib.xiiij.ca.ij. Rheticis prior mensa erat. Hæc aūt locis temperatis fœcundæ bonitatis copiam p̄stat: estq́; breuis & cute oīum tenuissima confert a Cino degener vino. Rhetice autem vites dicuntur a Rhetia regione.
¶ Ideo: ꝙ laudanda es & dicenda. ¶ Cellis falernis: secunda vini nobilitas Phalerno agro erat: qui ager a ponte campano læua petentibus vrbanā coloniā syllanā nuper capuæ contributū: incipit auctor Pli.li.xiiij.c.ix. ¶ Amineæ vites. Macro.lib.iiij.sat.de oleis & vitis sic scribit. Sicut vuarū ista sunt genera aminea.s.ab regione. Nam Minæi fuerunt vbi nunc phalernū est. & Pli.li.xiiij.ca.iij.īquit: principatus datur Amineis ꝓpter firmitatem: senio quoq; proficientem vtiq; quinq; eius genera; Prima ex amineis maturescit ocyssime: atq; putrescit. Idē ca.v.ait. Est & nigra aminea: cui syriace nomē de amineis autē etiā plura Columella li.iiij.c.ix. ¶ Tmolus: de hoc latius li.j.Geor. Croceos vt Tmolus odores. ¶ Assurgit: iactat se vel eleuat & crescit altior enī mons ipse videt vitibus adultis. ¶ Quibus: vitibus.s. vñ Probus ait: Tmolū lydiæ montē amineo fertiles vult intelligi. ¶ Rex ipse Phaneus. Probus ait: ꝙ Phaneū portum vult eē insulæ Chiæ: & significari: īde Chiū amineū. Rex aūt ait: quoniā vt aiunt a Phaneo rege port⁹ ille appellatus est. ¶ Argitisq́ minor: Prob⁹ ait. Argitis dicta est a cādore. argetus ēt candidus dī Rhodia vitis a loco dicta est. est.n. Rhodus in Lycia īsula: teste Mela. & Pli.li.v. rhodos
CHAL. ¶ RHETICA: de hac Pli.in Veronēsi: Itē Rhetica falernis tñ posthabita a Virgil.nr̄o.
¶ Falernis: ager falernus in cāpania est iuxta setinos & cecubos: ibi sunt masici gaurani & surrentini. Quæ oīa loca olim vino nobilitata sunt: nec frugibus ignobilitata. Vnde teste Pli. dixerunt: veteres summū fuisse Liberi patris cū cerere certamen. Augustus setinum p̄tulit. Secunda nobilitas data est falerno. Ad tertiam palma variæ venere. Vinum ita distinguitur ab eodem Pli.in austeꝝ: dulce & tenue: qui etiā addit: Quidam ita distingūt: summis collibus gauranū gigni: medijs Faustianū: imis Falernum. ¶ Amineæ vites fir. vi. amineaꝝ vitiū genera sunt qnq; quoꝝ principatū hēt minor aminea: quæ austro læditur: cæteris ventis alitur. prima ex amineis cito maturescit & citro putrescit.
¶ Tmolus: mōs Libyæ amineis vitibus cōsitus est. Sunt & amineæ optimæ in Chio: sꝫ de Tmolo mōte: sic ait Stra. Tmolus qdē satis coactus est: & ambitū mediocrem hñs in ipsis Lydiæ partibus terminat. Lydiæ quoq; montē esse: Pli. & Soli. asserit: & ēt Oui. de aragne. riget arduus altō Tmolus in ascēsu: cliuoq́; extēsus vtroq;. Sardibus hic illinc puis habitat hippopis. sardes aūt Lydiæ vrbē ponit Herodotus. Sardes ¶ Phaneus: ī Chio īsula phaneus portus ē. Vñ intelligit vinū chiū amineū esse ꝙ & arusiū appellat. ¶ Argitisq́ minor: duplici.n.laude effert. & qđ multū fluat.i. magnā vini copiam ex se emittat: & etiā qđ illud vinum ad multos duret annos.

¶ ET MENSIS

Non ego te menſis[a] ⁊ diis accepta ſecundis
Tráſieriȝ rhodia[b], ⁊ tumidis[c] Bumaſte[d] racemis.
Sed neq; quàm multæ[e] ſpés, nec noīa quæ ſint
Eſt nūerus, neq; eni numero cōprendere refert[f].
Quē qui ſcire velit, Libyci[g] velit æquoris idem
Diſcere, quàȝ multæ Zephyro turbent arenæ.
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Noſſe quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Nec vero[h] terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus Salices, craſſiſq;[i] paludibus Alni
Naſcuntur, ſteriles[k] ſaxoſis montibus Orni.
Littora[l] Myrtetis lætiſſima denique apertos[m]
Bacchus amat colles; Aquilonem, ⁊ frigora[n] taxi.

SER. a ¶ ET MENSIS accepta ſecundis: pomorum ſcilicet. b ¶ Rhodia: rhodos inſula eſt: cuius nunc vinum laudat. c ¶ Tumidis racemis: turgentibus. d ¶ Bumaſte: vua in mámæ bouis ſimilitudinem. e ¶ Quam multæ ſpecies: ſcit apud diuerſos lecta eē innumera vitiuȝ genera: quibus offeſus ait: Colligere tanta vitiū genera: nec vtile ē nec poſſibile. Qui enī conat̄ vniuerſa cognoſcere: debet etiaȝ impoſſibilia ſcire vt arenarū vel fluctuū numerum. f ¶ Refert: aut intereſt: aut prodeſt. g ¶ Libyci æquoris. i. affricani: ipſe alibi littus arenoſum libyæ. h ¶ Nec vero terræ: aut generale eſt: ſicut ait in primo: Et qd quæq; ferat regio: ⁊ ad ſuperiora pertinet. vt talis ſit ſenſus: nō prodeſt noſſe cuncta vitium genera: nec. n. omnia procreātur in omnibus terris. i ¶ Craſſis paludibus: lutoſis naturaliter. k ¶ Steriles ſaxoſis montibus orni: non ſoluȝ in omnibus terris minime naſcuntur: ſed etiaȝ ea q̄ propria ſunt ſingulis regionibus: nō vbiq; in eis proueniunt: ſed diſtinctis: proprijſq; locis naſcuntur: vt quædaȝ iuxta flumina: quædam in montibus: nōnulla in locis paluſtribus oriantur. Si ergo vna regio arbores ſibi naturaliter inſitas: non in quibuſcūq; locis: ſed diſtinctis ⁊ certis profert: multomagis vna prouincia vel regio non poteſt vniuerſas arbores diuerſi generis ꝯtinere. l ¶ Littora myrtetis lætiſſima: locum poſuit pro ipſis arboribus: ſicut ſalictum pro ſalicibus. Nam myrtetum eſt locus: ipſa arbor autem myrtus vocatur. m ¶ Apertos bacchus amat colles: hinc eſt ꝙ vites amāt montiū laxiora vl̄ ſcopulos. nā dicit Bacchū colles amare: vt ſignificet vineas in montibus pleruq; fertiliores exiſtere: licet etiam planities plurimæ. n ¶ Et frigora taxi: taxus eſt arbor venenata: ⁊ taxi hic pluralis ē numerus: ⁊ hoc dicit: Bacch⁹ amat colles. i. vites vberiore ſunt in montibus. taxi amant aquilonem qui eſt ventus frigidus.

PRO. ¶ RHODIA ⁊ bumaſtos: genera ſunt vuarum. ¶ Rhodia: a loco dicta. ¶ Bumaſtos: ꝙ imitet̄ papillas vaccæ. ¶ Ionius fluct⁹: dicit adriatici maris: ꝙ Ioniuȝ ab Ione dictū.

ANT. ¶ MENSIS ſecundis: primæ menſæ carnis erant: ſecundæ vero pomoruȝ. Quæ bellaria dicebantur. Vnde Macro. libro ſecūdo ſat. ſic ait. Significant autem bellaria omne menſæ ſecundæ genus. Vina quoq; dulciora eſt inuenire ī comœdijs antiquiorib⁹ hoc vocabulo: dictaq; ea liberi bellaria. ¶ Diis: eius eniȝ vino illis libēter libabāt. ¶ Bumaſte: Plinius libro decimoquarto: capite ſecūdo ait. Tumēt vo mammarum modo Bumaſti. Componitur autem ex bu quod magnuȝ: qd enunciat et maſtos quod eſt mamma. ¶ Et numerus. Pli. li. decimoquarto capi. tertio: inquit: Genera vuarum atq; comprehendi numero poſſe vnus extimauit Democritus. cuncta ſibi græciæ cognita profeſſus. Cæteri innumera atq; infinita eſſe prodiderunt. ¶ Libyci æquoris: Pomponius mella inquit: Mare quo aphrica cingitur a ſeptentrione: Libycum ab meridie: Aethiopicum ab occidente: Atlanticū dicimus. ¶ Zephyro: videto libro primo. Et putris zephyro ⁊c̄. ¶ Ionij fluctus: Sollinus ſcribit: ꝙ græci Thuſcuȝ mare Ionium vel tyrrhenum. Itali inferum vocant. ⁊ Strabo lib. iij. ſcribit: Ionicum ſinum partem eſſe eius maris: quod adriaticum dicitur.
¶ Apertos Bacchus amat colles: Columella libro quarto: capite. xxj. ſcribit eſſe ꝓprietatem in vitium ſurculis: vt alij meridiano axe conualeſcant: quia ſunt calidiores: alij ſeptentrionem deſiderent: quia contriſtentur æſtu: quidam temperamento lætentur orientis vel occidentis: ⁊ Celſus: vt refert idē Columella libro quarto: capite primo: Cenſebat ſolum vitiū eſſe: nec campeſtre nec præceps: ſimile tamen edito campo. Cæluȝ porro neq; niua'e vinea: nec æſtuoſum deſiderat: calido tamen potiuſq; frigido lætat̄ imbribus magiſq; ſerenitatibus offenditur: ⁊ ſolo ſicco q̄; nimis pluuioſo eſt amicior: perflatu modico: leniq; gaudet. ¶ Taxi: de taxo videto Pli. lib. xvj. ca. xxj.

CHRI. ¶ MENSIS ſecundis: in quibus ponebant̄ poma: dicebanturq; bellaria. Conſueuerant etiam priſci vina ꝓcioſiora in ſecundas menſas differre. Vnde vina precioſiore bellaria

Bellaria

Bacchi nuncupabant. Alni paludib⁹ alnus: dicitur quasi amne alatur: qa gaudet locis aquo sis. Hæc arbor ad aquarum ductus in tubos cauatur. Obruta terra plurimos durat annos. Si non integratur cito senescit. ℣ Orni in saxosis. Hæc arbor montes amat. ℣ Apertos: ad meridiem expositos. Ex ea.n. parte propter assiduum solem omnia apertiora; ⁊ vmbris carẽtia sunt aquiloné ⁊ frigora: idest loca ad aquilonem vergentia: quæ frigida sunt. ℣ Taxi: Taxus arbor gracilis ⁊ tristis ⁊ minime virens dura ⁊ nullum succum habens. Mas autem sola fert bacchas noxio ac lœtali fructu in Hispania præcipue venenũ inest. Vasa etiã viatoria ex ea vina in gallia facta mortifera fuisse compertum est. Sextius hanc a græcis smilacẽ dici refert: ⁊ esse in arcadia tam præsentis veneni: vt si quis dormiat: sub ea cibũmue capiat moriatur: sunt qui toxica venena: quibus sagittæ tingunt hinc dicta putent. Repertũ e innoxiam fieri: si in ipsa arbore clauus æneus abdicatur: hæc Pli. Cæterũ nostris temporibus naxum appellant: ex eaq; scorpiones: balistasq; fabricant. Bacchi Taxus

Aspice[a] ⁊ extremis domitum cultoribus orbẽ:
Eoasq;[b] domos Arabum, pictósq;[c] Gelonos.
Diuisæ[d] arboribus patriæ. sola[e] India nigrum
Fert hebenum[f]; solis[g] est Thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno

SER. a ASPICE ⁊ extremis: intuere ⁊ extremũ orbem cuius cultoribus domitũ: Nam subaudiamus cuius: ⁊ p trãsitum maiestatem romani laudat imperij. b ℣ Eoasq; domos: Arabum. Arabia panchaia ⁊ sabæorum gẽs eadem est: apud quam thus nascitur: vt Solis est thurea virga sabæis: Item Totaq; turiferis panchaia pinguis arenis. Plautus: Arabico thure. c ℣ Pictosq; gelonos: idest stigmata habentes: ⁊ sunt populi scythiæ: vt pictiq; agathyrsi. d ℣ Diuisæ arboribus patriæ: regiones: vt Italiam quæro patriam. e ℣ Sola india nigrum Fert hebenũ: atqui ⁊ in ægypto nascitur: sed indiaꝫ omnem plagã æthiopiæ accipimus. Sane hæc hebenus ⁊ hoc hebenum dicitur: hic neutro vsus est. Lucanus autem ait: Hebenus mareotica vastos Non operit postes. f ℣ Hebenus aũt arbor est: q̃ cæsa durescit in lapidem. g ℣ Solis est thurea: apud sabæos thus nascitur: q vt supra dictum est: iidem sunt ⁊ arabici: ⁊ panchaici: od. sud. lig. i. quorum ligna odoriferum sucum referunt.

PRO. ❡ EOASq; domos arab. p. q. gelonos: sunt scythiæ dicti ab Herculis filio Gelono ⁊ Echidna: vt in. iiij. Herodotus refert. ℣ Hebenum: lignũ est nigrum ꝓciosum. Balsamũ est liquidum medicamentum colorum curationi necessarium ꝙ arboribus distillat in modum piris. Achantus est herba spinosa folia lata habens ⁊ rugosa.

ANT. ❡ ASPICE ⁊ extremis: Sicuti primo volumine ostendit non quamlibet regioneꝫ: omnia producere eodem modo hic diuersas esse arboribus patrias: ⁊ hoc quia dixerat. Nec vero terræ ferre omnis ⁊c. Et apertos Bacchus amat colles ⁊c. ℣ Extremis domitum cultoribus orbem: idest cum extremis cultoribus. In Augusti autem laudeꝫ id dicitur: ab Augusto enim: vt scribit Eusebius indi per legatos amicitiam postulauerunt. Et Horatius libro quarto: ode. ix. ait: Augusto scribens: Te cãtaber nõ ante amabilis. Medusq; et indus: te profugus scythes miratur. ℣ Eoas: Orientales. ℣ Arabum: arabiæ pars vt Dionysius scribit: quæ ad orientem ⁊ austrum spectat rubro alluitur mari. Vtq; Solinus ait: arabia sacra interpretatur: partem eius eudæmonem Græci nostri beatam nominauerũt: non frustra: Nã præter odores quos erat plurimos sola thus mittit in eiusdeꝫ saltibus Myrrha prouenit. ℣ Pictosq; gelonos: geloni: vt Solinus scribit populi sunt in scythia: Qui de ostium cutibus ⁊ sibi indumenta faciunt: ⁊ equis suis tegmina: iis propinqui sunt agathyrsi: qui vt illi coloribus se pingere consueuerunt: agathyrsi autẽ vt scribit Mella: ora artusq; pingunt: vt quiq; maioribus præstant ita magis vel minus: Cæterum iisdem notis omnes: ⁊ sic vt ablui nequeant. ℣ India: vide libro primo Georgicorum. India mittit ebur. ℣ Hebenum: Pli. li. xij. capite secundo scribit: ꝙ inter indiæ arborum magnitudinem Virgilius Hebenum nusq; alibi nasci ꝓfessus. Herodotus eam æthiopiæ intelligere maluit: accendi eam Fabianus negat: vritur tamen odore iucundo: materia nigri splendoris: ac vel sine arte priorinus iocũdi. ℣ Sabæis: latius ibi molles sua thura sabæi. Gelon

CHRI. ❡ ASPICE ⁊ extremis: orbem cultorib⁹ domitum a specie transit ad genus. Primo eniꝫ demonstrat ꝙ in singulis regionibus diuersitas est. Vnde aliæ campestria amẽt: aliæ fluuios: aliæ palustria: aliæ colles: aliæ editiores montes. Deinde ostendit non omnes regiones omnia ferre. ℣ Pictosq; gelonos: in Budinorum. Qui scythiæ sunt regione ampla lataq; vnica vrbs est quam Gelonum appellit. Cuius omnia ædificia publica ac priuata: ⁊ ipsa mœnia lignea sunt: fuerunt auteꝫ geloni a prĩcipio Græci. Qui inter budinos ꝗ pastoriam vitã exercentes: nullas certas sedes habent hanc vrbẽ condidere. Nec linguã moresq;

moresq; scythicos græcos servant: in eorum regione palustri castores oriuntur. Vt plene prosequitur Herodotus. ¶ Pictosq; gelonos: sunt enim qui dicant gelonos dictos esse a Gelono filio Herculis: & esse ruffos & cæsis oculis & dites & pictos appellatos propter vestes versicolores. Solinus autem refert: Gelonos de hostium cutibus sibi vestes: & equis tegmina facere cærulo pinguntur: fuccatis inter cærulum crinibus: & quanto quisq; nobilior: tanto magis tingitur: vt sit indicium humilitatis minus pingi. ¶ Hebenum: Plini. de hebeno ait. inter indiæ arborum magnitudinem vnam quam peculiarius Vir. celebrauit hebenum nusq; alibi nasci professus Herodotus eam æthiopiæ intelligere maluit: & eam æthiopes pro tributo Persarum regibus olim tradidisse asserit: atq; infra duo genera eius tarum id quod melius arboreũ trunco enodi materiæ nigri splendoris: ac sine arte protinus iucũdi: alterũ fruticosum cythisi modo: & tota india dispersum: alij tertium genus ponunt simile terebintho fructui amigdolis in bactris abũdat ibiq; terebinthus putatur. Romæ eã magnus Pompeius in triumpho mithridatico ostendit. Accendit eam Fabianus negat. Vritur tamen odore iucundo arabes abnum vocãt.

Balsamáq;[a], & baccas[b] semper frondétis Achãti:
Quid nemora Aethiopum molli canétia lana:
Velleráq;[c] vt folijs depectant[d] tenúia Seres:

SER. a ¶ BALSAmaq;: vacat q; vt alibi: Dixitq; & prælia voce diremit. Sane balsamũ est ipsa arbor: Opobalsamum succus collectus ex arbore: Nam ὄπος dicitur succus: ξύλον lignum: vnde xylobalsamum lignus ipsius arboris. Probatio autem opobalsami est: vt dicit Plinius. si contra solem feratur: & corruptum nõ sit: manum ferentis exurit. b ¶ Et baccas semper frondentis achanti: achanthus arbor est in ægypto semper frondens: vt oliua: laurus: & achantus: dicta quasi spinis plena: nam est spinosa arbor: abundat hæc etias in cyrenaica insula. c ¶ Velleraq; vt folijs: Apud indos & seres sunt quidam in arboribus vermes: qui bombices appellantur: qui in aranearum morem fila tenuissima deducunt: vnde est sericum: Nam lanam arboream non possumus accipere: quæ vbiq; procreatur. d ¶ Depectant: decerpant: sed alij depectat legunt. quod si est: seres posuit pro ser: sicut trabes pro trabs. sic Lucanus: Sub iuga iã seres iam barbarus isset araxes.

PRO. ¶ QVID nemora æthiopum. m. c. l. vell. q. v. f. d. t. s. Existimantur bestiolæ q̃das quas bombycas vocant. Quidam iudicant ex arũdinum folijs seras veluti lanam facere: et inde fieri serica. seres autem natio est in vltima India.

ANT. ¶ BALSAMA: Plinius libro. xij. capitulo xxxvj. inquit. Sed omnibus odoribus præfertur balsamum vni terrarum iudeæ concessum. est autem arbuscula viti similior q̃; myrto: perpetua coma: semen eius est vino proximum gustu: colore ruffum: nec sine pingui. Ramus inciditur vitro lapide osse siue cultellis: ferro lædi vitalia odit: succus e plaga manat: quem opobalsamum vocant: eximiæ suauitatis lignum xilobalsamum vocatur: & coquitur in vnguentis: pro succo ipsum substituere officinæ. præcipua autẽ gratia lachrymæ: secunda semini: tertia cortici: minima ligno & cætera. ¶ Achã-

Opobalsamum

xylobalsamum

achãtus

ti: est achantos hic arboris species: alibi herba. vide so latius ecloga tertia. ¶ Aethiopum: æthiopia ægypto confermina insignes arbores non fere habet præter laniferas: propior tamen hinc natura lanæ maiorq; folliculus granati modo mali: Plinius libro. xiij. capitulo. xvj. ¶ Seres: hii vti Plini. scribit libro sexto capitulo. xvij. Regionem inhabitant: quæ spectat æstiuum orientem: et primi sunt hominum: qui noscantur lanificio siluarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium caniciẽ. Solinus addit: q̃ lanuginis teneram subtilitatem humore donant ad obsequium: & q̃ hoc illud est sericum in vsum publicum damno seueritatis admissum: & quo obstentare potius corpora q̃; vestire primo fœminis: nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido.

CHRI. ¶ BALSAMVM: In sola iudæa orit: & in duobus tñ hortis vtraq; regio: ostendere arbusculã hanc vrbis Imperatori Vespasiani: viti similior est q̃; myrto. Malleolis seritur: & vt vitis vineas implet: intra trienniũ fructifera est inciditur vitro lapide osse siue cultellis. Ferro lædi vitalia odit: caueturq; ne intra corticem incidatur: Succus manat eximiæ suauitatis: sed tenui gutta oibus odoribus pfertur: proceritas intra bina cubita cõsistit: prima gratia lachrymæ: secunda seminis: tertia corticis: minima ligno. Lachrymæ pbatio: vt sit tenuis pinguis ac modice rufa: & in fricando odorata. Adulteratur multis modis: quos Pli. refert: Sed summa probatio est: vt lac coaguler: & maculas in veste non faciat. Sudantia: inciditur enis cortex: & liquor ille tenuiter exsudat. Sed cauetur ne plaga vltra corticem pcedat. ¶ Ligno: Quod xylobalsamum appellant: nam opobalsamũ balsami succus ẽ: Qui adeo tenui gutta manat: vt referente Plinio Alexandro magno ibi res gerente toto die æstiuo vnam concham

impleri visum esset. Dioscorides vobelesen arabice dicit vocari: & tantum succi dicit legi in annum: vt vix sex aut septem vrcei colligantur. Plutarchus in vita Mar. Antonii scripsit. ipsum Antonium eam partem iudeæ in qua balsamum nascitur Cleopatræ emancipasse. ¶ Achanti: Plinius ait: spinæ albæ similis est. Spina illa quam græci achâton dicunt minoribus multo foliis & aculeatis per extremitates & arenosa lanugine obductis: ex qua collecta vestes bombicinis similes faciunt oriente. Idem Plini. pyrachanti baccæ contra serpentum ictum bibuntur: pyrachantus appellatur propter aculeum spinæ flamma. Vnde arysta pyra appellatur: inde etiam pyramides. ¶ Molli canentia lana Vellera: de his Plinius in libro. vi. post scythiæ orientalis plagam inter deserta sunt. ¶ Seres: lanitio siluarum nobiles perfusam aqua depectunt frondium canitiem. Vnde geminus feminis nostris labor redordiendi fila: rursumque retexendi: tam multiplici opere: tam longinquo orbe petitur: vt in publico matrona transluceat. Ex his verbis multi putant huiusmodi vellera non a vermibus: vt apud nos confici: sed sua sponte in frondibus illarum arborum nasci. Cui etiam opinioni suffragantur verba Soli. ait enim seres aquarum aspergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris & lanugine teneras subtilitatem humore domant. Hoc illud sericum in vsum publicus damno seueritatis admissum. Ex quo ostendere potius corpora quam vestire primo fœminis: nunc etiam viris luxuriæ persuasit libido: sed fortasse huiuscemodi lanugo e visceribus vermium est: qui illas frondes ita vestiunt vt ægre nec nisi sine aqua possint illa exui frondens. Ego aūt haud difficile crediderim inuecta illinc esse in nostrum orbem oua: quæ illos nobis vermes parerent: ex quibus fit hoc nostrum sericū. Vel fortasse sericū propter quandam lanuginis similitudinem appellamus vellera bombicina. Nam Pli. in li. xi. in quo insectorum naturā prosequitur: ostendit in assyria ex bombyci fieri necydalus: & ex illo in sex mensibus bombices telas araneorum modo texunt ad vestem: luxumque fœminarum: quæ bombicina appellatur: prima eas retorqueri: rursusque texere inuenit in insula coo mulier nomine Pamphila Platis filia: vt etiam Aristo. refert in libro de animalibus: addit idem Pli. de bombice coa. refertque nasci in ea insula cupressos terebinthos: fraxinos: quercus: inde florem imbribus decussum terræ halitu animari: fieri autem primo papiliones paruos nudosque: mox frigoris patienti a villis inhorrescere & aduersus hyemes tunicas sibi instaurare densas pedū asperitate reddente follorū lanugine in vellera. Hanc ab iis quoque cogi: subigique vnguiū carminatione: mox trahi inter ramos tenuari ceu pectine postea apprehensam inuolui nido volubili. Tunc homine tollit: flectilibusque vasis tempore & furfurum æsca nutriri. Atque ita subnasci sui generis plumas: quibus vestitos ad alia pensa demitti. Quæ vero capta sint lanificia humore lentescere: mox in fila tenuari iunceo fuso. Nec puduit has vestes etiam viros leuitate vsurpare propter onera æstiua. Assyriam autem bombicem adhuc fœminis cedimus. Est igitur aut id quod nos sericum dicimus: aut res non dissimilis. Nam quod florentini hexamiton vocant ab ea textura est: quam sex filis ordiuntur. ἑξ enim græce: sex est latine: & μιτος filum: seres autem vt Strabo tam longe vitæ sunt: vt ad ducentesimum annum perueniat: habentque senatum ex quinque milibus hominum: qui singuli singulos elephantes reipublicæ nutriunt. Pyrachantus Paphila

Aut quos Oceano[a] propior gerit India lucos
Extremi sinus orbis, vbi aëra vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ?
Et gens illa quidē sumptis nō tarda[b] pharetris.

SER. a ¶ OCEANO propior gerit india lucos: gerit pro habet: vt alibi: Virginis os habitumque gerens: hæc enim habet arbores magnas: quæ est iuxta oceanum: hinc est Extremi sinus orbis. b ¶ Non tarda: idest strenuissima: nam est lipotes figura. ait: indorum nemora in tam proceram sublimātur excelsitatem: vt superari ne sagittis quidem possint.

ANT. ¶ INDIA. Plinius libro. xii. capite. x. inquit. Arabiæ autem arbores ex quibus vestes faciant Cynas vocari: Iuba tradit: folio palmæ similis sic indos suæ arbores vestiunt. Vtque Diony. ait: ad orientem sita est india regio sane omnium extrema iucundissima: tamen & in ipsis Oceani labris sita. Haud vllo iactu. Solinus etiam cap. lo. xlv.

CHRI. ¶ AVT QVOS oceano propior gerit india lucos: sed hoc dicit Virgilius propter insulas Oceani laniferas. Ait enim Clitarchus teste Plinio: insula est in æthiopio mari: vbi sacer mons est in silua cum arboribus distillantibus odorem miræ suauitatis. Et Plinius in Tilo: insula maris persici: sunt arbores: quas egosampinas vocant lanigeræ: folia habent infœcundia: ferunt cucurbitas amplitudine mali cotonei quæ maturitate apertæ ostendunt lanuginis pilas: ex quibus preciosa lintea conficiant.

¶ MEDIA

Media[a] fert tristes succos, tardúmq;[b] saporem
Felicis[c] mali, quô nó præsentius vllum
Pocula siquádo sæuæ[d] infecere nouercæ,
Miscuerúntq; herbas, & non innoxia[e] verba.

SER. a ¶ MEDIA fert tristes succos: Di sine sibilo proferenda est: græcum enim est nomen. Et Media puinia est. Tristes autē amaros: vt Tristesq; lupini. b ¶ Tardumq; sapores Felicis mali: apud medos nascitur quædam arbor ferēs mala: quæ medica vocantur: quas p periphrasin ostendit ei⁹ supprimēs nomē. Hanc plerique citrū volunt: qđ negat Apuleius in libris: quos de arboribus scripsit: Et docet longe aliud esse genus arboris. Tardum autem saporem dicit vix intelligibilem: qp illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima & interior facile suū ostēdit saporem. c ¶ Felicis mali: scđm eos q dicunt citrum fœcundum. Nam hæc arbor omni pene tēpore plena est pomis: quæ i ea partim matura: partim acerba: partim adhuc in flore sunt posita: aut certe felicis: salubris. Nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. d ¶ Sæuæ nouercæ: aut illæ quæ sæuæ sunt: aut epitheton est omnium nouercarum. e ¶ Non innoxia verba: liptotes figura est: idest nocentissima: & est augmentum q̄ si parum putent venena miscere: nisi etiam magicos cantus addiderint.

PRO. ¶ MEDIA fert. t. s. t. q. f. felicis mali: pars parthorum media ē appellata a Medo filio. Medeæ: & ægei: vt existimat Varro q q̄tuor libros de argonautis edidit. Arbor autem q̄ describitur a Virgilio nascit̄ quidem & in Italia: Sed non est eiusdē effectus quoius in media appellatur rhododaphne.

SER. a ¶ TABVLATA: sunt rami effusiores vel plana tendentes: non ad altiora crescentes. ⁊ est relatio facta a domibus: in quibus extructiones singulæ tabulata dicuntur. b ¶ Per purum: idest per aerem. c ¶ Ipsa acie falcis nondum tentanda: si acies legerimus hic erit sensus: teneris adhuc vitibus nonduꝫ est falcis acies necessaria. si acie subaudim⁹ virgulta: vt sit ipsa virgulta nondum falcis acie tentanda sunt. d ¶ Stirpibus: solidiorib⁹: palmitibus. l. truncis: alij stirpem pro ipsa materie vitium positã volunt: vt idẽ alibi Et admorso signata in stirpe cicatrix. e ¶ Dura exerce impia: aut laboriosa: aut quasi duruꝫ sit ipsis vitibus ferro amputari. f ¶ Texendæ sepes etiam: alij hic distingunt: alij separant Texendæ sepes etiã ⁊ pecus omne tenẽdum. g ¶ Dum frondis tenera: vera lectio est frondis. Lucretius: Frondiferasq; domos auium. hodie vo ⁊ a fronte ⁊ a fronde vnus est nominatiuus frons: vt frons frõtis: ⁊ frõs frondis: sicut ⁊ lens a lente: ⁊ a lende capitis breuiore pediculo. h ¶ Indignas auteꝫ hyemes: sæuas. i ¶ Solem potenrem: intolerabilem grauẽ. k ¶ Siluestres vri: boues agrestes: qui in pirenæo nascuntur monte posito inter gallias ⁊ hispanias. Sunt auteꝫ exceptis elephantis maiores cæteris animalibus: dicti vri ἀπὸ τῶν ὄρων. i. a montibus. l ¶ Capreæq; sequaces: persecutrices: vt Maleæq; sequacibus vndis. m ¶ Incumbens scopulis: idest etiaꝫ saxa calore penetrãs. n ¶ Admorso: participium est: ac si diceret abroso.

PRO. ¶ TABVLATA p vlmos: rami sunt q vites sustinent p translationẽ: qa rustici quũ putãt: supra eos ramos stant: hoc est tabulas.

ANT. ¶ CAPTARE: superest. ¶ Tabulata: cacumina ipsa ⁊ arborum casulas. ¶ Parcendũ teneris: Pli. li. xvij. cap. xxij. docet non esse festinandum ad putationem nouellæ vitis: sed primo in circulos materiem colligendamẽ nec nisi valide putationem admouendam.

¶ Palmes agit: vitis materia mollis. Quæ per nouella brachia emissus fructuꝫ affert: propterea lætus palmes ait poeta: Dicitur auteꝫ palmes: vt Festus ait: ꝙ in moduꝫ palmarum virgulas: quasi digitos edit. Et Colu. ait li. iiij. c. vj. qđ Malleolus nouell⁹ est palmes innatus prioris anni flagello ⁊c.

¶ Vri: In silua hercynia Germaniæ sũt magnitudine paulo infra elephãtes specie ⁊ colore ⁊ figura tauri. magna vis eorum ⁊ velocitas: neq; homini neq; feræ quas cõspexerũt parcũt: hos studio se foueis captos interficiũt: cornua studiose cõquisita ab fabris argento circũcludunt: atq; in amplissimis epulis pro poculo vtuntur: Hæc ex libro sexto commenta. Cæsaris de bel. Gal. Macrobius libro sexto ait: quod vri Gallica vox est: qua feri Boues significant. ¶ Capreæq;: capreæ in plurimas similitudines trãsfigurantur: sunt capreæ: Sunt rupi capræ: sunt Ibices pernicitatis mirandæ: sunt ⁊ Dãmæ: multaq; alia haud dissimilia: Plinius libro octauo. ¶ Incumbens scopulis arentibus: idest saxa etiam ipsa calore penetrãs.

¶ Admorso: caprarum morsus: arboris exitialis Oliuam lambendo quoq; sterilem faciunt: eaq; ex causa Mineruæ immolantur: auctor Plinius lib. viij. ca. xlvij.

¶ INTERq; legendæ: vt rariora omnia sint in arbore: quo sol facilius p omnia penetret: quod Interlucare ⁊ Insolare dicunt qui de re rustica scribunt. ¶ Vri: Soli. ait: vbi post scythas Germania incipit esse Vesontes qui boues feris similes esse: idem viros quos imperitum vulgus vocat bubulos: cum bubali pene ad ceruinam faciem in affrica generent: sed Vris taurina cornua esse: quæ in tantum modum protenduntur: vt inter regias mensas potuum gerula fiant.

Vri Capreæ CHRI. Vris

¶ NON

Non aliam [a] ob culpā Baccho Caper oībus aris
Cæditur, ⁊ veteres [b] ineunt Proscænia Ludi [c],
Præmiáq; [d] ingentes pagos, ⁊ compita [e] circùm
Thesidæ [f] posuere, atq; inter pocula læti
Mollibus [g] in pratis vnctos saluere [h] per vtres.

SER. a ℂNON ALIAM ob culpā: victimæ numinibus aut per similitudinem: aut per contrarietatem immolantur. per similitudinem vt nigrū pecus Plutoni: per contrarietatē: vt porca: quæ obest frugibus Cereri. ⁊ Caper q obest vitib' Libero. itē capra Aesculapio: q est de' salutis: quom Capra nunq̄; sine febre sit. Aris autem oībus nō sine causa dixit. Nam cuz numinibus cæteris varie pro qualitate regionū sacrificetur: vt Veneri paphiæ tantū de ture. vnde est: Haud equidē tali me dignor honore. Genitrici ṽo Veneri. i. Romanæ etiam de victimis. Libero vbiq; caper imolatur. b ꝑ Veteres ineunt ꝓscænia ludi: primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt: ideo veteres ait. Proscænia autem sunt pulpita ante scænam: in quibus ludicra exercentur. c ꝑ Veteres ludi: dionysia. antiquissimi. n. rustici cōfecta vindemia faciebant. d ꝑ Præmiaq; ingentis. i. per quadriuia: quæ compita appellant̄ ab eo quod multæ viæ in vnam confluant: ⁊ villas: quæ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν. i. a fontib' circa quos villæ consueuerant condi. vnde ⁊ pagani dicti sunt: q̄si ex vno fonte potantes. e ꝑ Cōpita: vnde ludi cōpitalitij. f ꝑ Thesidæ: athenienses: qui primi ludos instituere liberales. g ꝑ Mollibus in pratis: vnctos vel oleo: vel lixiuia. In pratis aūt ideo ne læderentur cadentes. Vtres ṽo fiebant ad insultationē etiā mortuorū caprorum: ne quid ex eis esset qđ non sentiret iniuriam. h ꝑ Saluere: ſm artem dixit. Nam antiqui sallo salui dicebāt: nunc autez ⁊ salui: vnde Cicero in milonia na: Quom hic de rheda reiecta penula desiluisset. sic etiam ab eo quod est cano non cecini: sed canui dicebant. vnde Salustius: Cornua occanuerunt.

PRO. ℂNON ALIAM ob. c. b. c. o. a. Cæditur. e. tu. in. Proscænia ludi Præmiaq; in. p. e. c. cir. Thesidæ. p. a. i. p. l. Mollibus. i. p. u. saluere p vtres: Postq̄; mortale genus aīalium cœpit carne vesci: ex his quæ frugibus nocerent: vel aliquos læderēt fructus. Prima existimatur hostia fuisse sus. Secunda caper ille: quia terrā rostro pro trudendo semine rueret: hic quia vitem læserat. Itaq; etiam Ouidius in xv. Testimoniū huic opinioni dicēte Pythagora: Et prima putat̄ hostia sus Meruisse necē: quia semina pādo Eruerat rostro: spemq; Itercepèrat anni: vt caper. m. b. m. ad aras ducitur: Vltoris nocuit sua culpa duobus. Præmia aūt posuisse thesidas: Quū dicit ingētes pagos: ⁊ compita circū. Athenienses significat a Rége Theseo dictos. Itaq; ludis: qa præmium victori erat caper: qui græce tragos: tragœdia cœpit appellari genus quoddā carminis ab antiqs causa spectaculi institutuz. ℂCAPER: prima hostia fuisse putatur sus: secunda caper. Caper illa qa rictu semina eruerat: hic quia vitem læserat: Hinc Oui. li. xv. meta. Loquēte Pythagora scri. Et prima putatur hostia sus meruisse necē. Quia semina pando Eruerit rostro: spemq; itercepèrit ãni: Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras Dicitur Vltoris nocuit sua culpa duobus: Asserit. Idez Varro li. ij. ca. iiij. ꝑ Omnibus aris: Nam cum alijs Dijs pro varia regionū consuetudine vario modo sacrificetur Baccho semper ⁊ vbiq; in liberalibus mactat̄ caper. ꝑ Veteres lu. spectaculoꝝ origo. teste Cassiodoro: ab græcis tracta est: nā quuz agricultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per lucos: vicosq; celebrarent. Athenienses primum agreste principiū in vrbanū spectaculū collegerunt. Theatruz græco vocabulo appellantes. Vtq; Diomedes ait. Hircus præmium cantus præponebat̄. vnde ⁊ Hora. in arte inqt. Carmīe quæ tragico vilē certauit ob hircū. Inde itaq; tragœdia dictuz est carminis genus a trago. i. hirco. Thespis aūt genere atheniensis primus īuenit tragœdiam: ait. n. Hora. in arte ignotū tragicæ genus īuenisse camœnæ dr̄: ⁊ plaustris vexisse poemata Thespis. ꝑ Ineunt: petunt: adeunt. ꝑ Proscænia: pulpita erant ante scænā: in qbus ludrica exercebant̄. ꝑ Pagos. i. vicos: ⁊ ꝯuenticula rusticoꝝ. ſm Diomedē: dicti aūt pagi a fontibus: πηγὴ. n. aqua dr̄ Dorice auctor est Fest. ꝑ Cōpita: sūt triuioꝝ plateæ vel spatia. ꝑ Thesidæ atheniēses: Theseus. n. vt Eusebius scri. athenienses prius p regionē dispsos in vnā ciuitatez ꝯgregauit. ꝑ Posuere. s. caprū: Vt iis eēt ꝓmiuz. ꝑ Vtres: icaro patri Erigones: Liber pr̄ vinū ⁊ vitē ⁊ vuaz tradidit: q cū seuisset vitē ipaz: ⁊ hirc' in vineā se ꝓiecisset: ⁊ q̄ ibi tenerrima folia videret descerpsisset: ex pelle ei' vtrē fecit: ac vēto plenū ꝓligauit: ⁊ ī mediū mare ꝓiecit: suosq; sodales circa euz saltare coegit: auctor est Hyginus. ℂET VETERES ineunt. p. lu. initium tragœdiæ significat: q a rebus diuinis est īchoatum: quibus pro fructibus vota soluentibus operabant̄ antiqui. Nāq; incensis iam altaribus ⁊ admoto hyrco id carmē qđ sacer chorus Libero patri reddebat tragœdia dicebatur. Hoc est ab hyrco vinearum hoste: et a cantu: vt refert Dona. Vel quod vter ex eius

Margin: ANT. — Caper — Sus — Tragœdia — Thespis — Proscænia — Pagus — Cōpita — Theseus — CHRI.

pelle vini plenus solenne pmiū cantoribus fuerat: vt in hoc loco ostendit Virg. vel qd hyrco dōabatur eius carminis poeta. Veteres ludos dixit: qa vetustissimis tpibus ab atheniensibus reperti fuerunt. Proscænia dicimus: vt p pylea. Est aūt pscænia pulpitū añ scænas. Proscæ Scænarū aūt tria genera sunt. Tragicæ formant colūnis & fastigijs & signis regalib'. Comi nium cæ ædificiorū priuatorū hñt spēm. Satiricæ arboribus speluncis & montibus ornant. Ob aliā Scænæ culpā q̄ꝙ vitibus noceat. Pagos & cōpita. i. circa cōpita pagorū. Nā vetusto tpe athenienses nondum intra vrbem coacti: sed per pagos dispersi cōstructis aris hos ludos exercebāt.

SER. a NEC non ausonij Troia gens. idest etiā romani hos ludos celebrant & canunt: Nas hoc est versib' incomptis ludūt: idest carminibus saturnio metro compositis: qd ad rhythmū solum vulgares componere consueuerunt. Horatius: Libertasq; recurrētes accepta per annos lusit amabiliter. b Risuq; solu to. i. cachinno. c Oraq; corticib' sumunt: qa necesse erat pro ratione sacrorū aliq ludicra & turpia fieri: quib' possēt ppłs risus mo ueri: q ea exercebāt pter verecundiæ remedium hoc adhibuerunt: vt personas factas de arborū corticibus sumerēt: ne agnoscerent. d Et te bacche vocant. hymnos in tuū honorē canunt. e Tibiq; Oscilla mollia: pensilia: vt Pilentis matres in mollib'. Oscillorū autē variæ sunt opiniones. Nam alij hāc afferunt fabulā. Icarus atheniēsis pater Erigones quom acceptū a Libero patre vinū mortalibus indicaret: occisus est a rusticis: qui quom plus æquo potassent: ebriati venenus se accepisse crediderant: huius canis ē reuersus ad Erigonen filiā: quæ cū eius comitata vestigia peruenisset ad patris cadauer: laqueo vitā finiuit. Hæc deorū voluntate int astra relata est: quā virginē vocant. Canis ille est inter sidera collocatus. Sed post aliquantus tēpus atheniensib' morbus imissus est talis: vt eorū virgines quodā furore ad laqueū cōpellerentur. Respondit q; oraculū sedari posse illā pestilentiā: si Erigones & Icari cadauera requirerent: quæ quom diu quæsita nusq̄ inuenirent: ad ostendendā deuotionē suā athenienses: vt etiam in alieno ea quærere viderent elemento suspenderūt de arborib' funes: ad quem se tenentes homines hac atq; illac agitabantur: vt etiā quasi in aere illorū cadauera quærere viderentur. Sed quom inde pleriq; caderent: inuentum est vt formas: vel personas ad oris sui similitudines facerent: & eas pro se suspenderent & mouerent. Vnde & oscilla dicta sunt ab eo: quod i his cillerent. i. mouerentur ora. Nā cillere ē mouere. Vnde & furcillæ dictæ sunt: quibus frumēta cillent. Alii dicunt oscilla eē mēbra virilia de floribus facta: quæ suspendebātur per intercolūnia: ita vt in ea homines acce-

Necnon[a] Ausonij, Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq;[b] soluto.
Oraq;[c] corticibus sumunt horrenda cauatis.
Et te[d] Bacche vocant per carmina læta; tibiq;[e]
Oscilla[f] ex alta suspendunt mollia[g] pinu.

ptis clausis psonis spingerentur: & ea ore cillerent. i. mouerent ad risū populo cōmouēdū: & hoc in Orpheo lectus est Prudentiorib' tū aliud placet: q dicunt sacra Liberi patris ad purgationē animæ ptinere. Omnis autē purgatio: aut per aquas: aut per ignem fit: aut per aerē: sicut & in sexto ait: Aliæ pandūtur i anes Suspensæ ad vētos: alijs sub gurgite vasto Infectū eluit scelus: aut exuritur igni. Vt nunc per oscilla genus purgationis qd maximū est intelligam'. Nā primū aquæ: scdm Ignis: tertiū aeris. g Mollia. i. mobilia & vt Verg. illorū opinionē seq: qui in honorē liberi patris putant oscilla suspēdi: q eius sit pēdulus fructus. f Oscilla autem dicta qñ capita et ora bestiarū in summis porticibus tegebant. Siue qa hūc vsum osci dīr frequēter exercuisse: & p Italiam sparsisse.

PRO. NECNON ausonij troia gēs missa coloni V. In. l. r. q. f. Oraq; corticib'. s. h. c. Et te. b. vocant. p. l. t. q;. Oscilla ex. a. f. m. p. Hic ritus oscillorū iactationis frequēs in Italia ab atticis est traditus. Celebratur autē ferijs sementinis ex hac causa ab atheniensib' istitut': Icarus pastor atticus: quū a Libero patre accepisset vinū depūtādū venale: & præciperet ignorantibus adhuc vsus huius: vt parce biberēt: Illi sapore delectati: contumaces fuerūt pcepto. Itaq; quū & corp' eorū soluerent: & sermo ebrietate: arbitrati se venenū accepisse: Interfecerūt Icarū. Canis aūte ius sine dño reuersus ad Erigonē filiā: dux fuit q̄renti patrem. Illa aūr cognita morte Icari: suspendio se necauit. Canis nō recedens a corpore dñorus inedia consumptus est. Q uum autem subita pestilentia in attica incidisset: & noui generis virgines alienata mēte suspēdio se necabāt i filiis: Cōsultū est oraculū Apollinis de fine tā luctuosi furoris. Respōsū ē remediū futurū: pñs supplicio eorū: q occiderāt Icarū. Quibus cōquisitis & Iterfectis: sacratisq; inter sidera Icaro filia: & cane plane numinib' sacrificiū istitutū est: quo oscilla imitarent suspēdia atticarū virginū. Eleas græce dicunt oliuā: ex qua premit oleum: qd eleon vocatur. Eleos dr misericordiæ quæ qa contingit eis quibus pax datur: olea pacis signum est.

NECNON

ANT. NECNON ausonij: pdictos atticorum ritus: vt Cassiodorus & Probus scribunt Romani sicut cætera externa ad suam rempu. traxerunt: ausonij autem Italiæ populi pometio agro vicini campaniam tenebant: & cum mare Siculum ne semel quidem incoluerint: Siculum tamen pelagus ausonium appellatur: auctor est Strabo lib. v. Festus vo sic: ausoniam appellauit Auson Vlyxis & Calypsus filius eas primam Italiæ partem: in qua sunt vrbes beneuentum & cales: Deinde paulatim tota quoq; Italia: quæ apœnino: finitur dicta est Ausonia ab eodem duce a quo vrbem etiam Auruncam conditam ferunt. Ora: pro personis posuit: vt Macro. etiam libro sexto alt. Per carmina læta. i. per hymnos. Oscilla: Higinus sic ait: Cum in finibus atheniensium multæ virgines sine causa suspendio sibi mortes consciscerent: quod Erigone moriens erat pcata: vt eodem leto filiæ atheniensium afficerentur: Quo ipsa foret obitura nisi Icari mortem persecuti: & eum forent vlti. itaq; cum id venisset: petentibus eis Apollo dedit responsum: si vellent euentu liberari Erigone satisfacerent: quiq; ea se suspenderat: Instituerunt: vti tabula interposita pendente funibus se iactarent: vtq; pendentes vento mouerentur: quod sacrificium solenne instituerunt: itaq; & priuatim & publicæ faciebant. Probus autem scribit. Oscillorum ritum in Italia ab atticis quoq; sumptum esse: qui ritus celebrabatur ferijs sementinis: dictæ vo Feriæ sementinæ aucto re Varia semente. Refert autem Probus eadem pene quæ Higinus de oscillis. Mollia: idest pensilia: vt apud Martia. nec triuiæ templo molles laudentur honores: idest pensiles: nam summa miracula inquit Plinius lib. xxxvj. capi. xij. Erant ibi epistilia tantæ mollis at tolli potuisse: nec de re alia intelligendum est. fit enim comparatio ad amphiteatrum ab ædificio: non a statuis vel alijs. Tibiq;: mortuus fuerat Icarus bacchi munere: inde Erigone filia se suspenderat: inde etiam Atheniensium virgines ob Erigones imp̄cationem: sed habito responso postea vt dictum est Oscillorum sacra instituta fuit. Poeta dicit baccho illa fieri solita: vt placaret. s. sacrificio eiusdem irato numine suspendia virgines exercuissent: hac rone baccho oscillorum sacra potissimum tributa existimo: cū pter Icarū & Erigonem fuerint instituta: ad tollenda virginum suspendia.

CHRI. CAVATIS: concauis: & in formam personarum recuruatis. Oscilla: hæc a Seruio exponuntur: Cæterum Herodotus scri. ægyptios similia græcis sacra Baccho facere: in quib' mulieres cubitales statuas: quas phallos vocant circūferunt. Hæ pene maiorem reliquo corpore habent: illumq; solum mouent. Illæ autem mulieres phallos sequuntur Dionysium canentes. Et Var. teste Augusti. liberum esse dictum vult a liberamento quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberent. Hoc idem in fœminis agere Liberā quam Venerem putant. Et ob hoc Libero mēbri virilis Liberæ muliebris formam in templis ponebant. Ob eandem rē mulieres aiunt attributas libero: & vinum pter libidines cōcitandā. Sicq; bacchanalia concitantur. Colebant ergo auctore eodem Augustino in eius sacris virilia: & per dies festos hoc membrum postellis positum primus rure i cōpitis: & vsq; in vrbem postea vectabant: in oppido vo Lauino vni libero totus mensis tribuebatur: cuius diebus flagitiosis verbis vtebant: donec illud membrum per forū transuectū suo in loco quiesceret: cui honestissima materfamilias coronā īponebant: hæc habui q̄ de huiusmodi sacris referre. Oscilla etiā ab ore diminutiuū esse videt. Nā Columel. oscilla lupinos dixit. — Oscilla — Liberū

SER. a HINC. i. post hæc sacra celebrata. b Largo: abūdanti & fertili. c Ergo rite suū. b. d. h. iuste igit Liberi sacra celebrabimus. d Honestū: pulchrū. e Carminibus patrijs. i. romana ligua: pleraq; enī sacra pgentiū qualitate: pleraq; sm suum ritū co sunt. Nam hymni Libero apud græcos græca: apud latinos latina voce dicuntur: hymni vo matris deum vbiq; proprias: idest græcam linguam requirunt.

Hinc[a] omnis largo[b] pubescit vinea fœtu.
Complentur vallésq; cauæ, saltúsq; profundi.
Et quocunq; deus circūm caput egit honestu3[d].
Ergo[c] rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus[e] patrijs, lancésq3, & liba feremus.

dicebant. Lāces: sacrificādi vascula. Libaq;: de iis ec/ log. vij. legito.

CHRI. HINC: ab istis sacris: Et hortat ad religionē qn̄ tantū ex sacris proueniat cōmodum. Fœtu: quicqd concipitur fœtus appellat: siue ab animatis: siue ab inanimatis proueniat. Vnde & fœminas & arbores quæ conceperint fœtas dicimus hinc fœtura est: hinc etiam fœnus quod pecuniæ fœtus fit. Et quocūq; deus cir. ca. Ostendit quid nobis proueniat ex præsentia numinis. Cum quicquid circūspexerit fœtus vberes pducat. Et tacite admonet non minorē curā circa sacra q̄ circa culturā agrorū habendam esse. — Fœtus — Fœnus

ANT. HINC: post bacchi sacra. Pubescit: germinat: crescit: floret. Honestum: pulchrus carminibus patrijs: idest latina lingua: nam apud græcos et græca lingua hymni Libero

Et ductus[a] cornu stabit sacer Hircus ad aram.
Pinguiaq; i veribus[b] torrebimus exta colurnis.
Est etiam[c] ille labor curandis vitibus alter
Cui nunq; exhausti[d] satis e: naq; omne[e] quot anis
Terq; quaterq; solum scindedu: glebaq; versis
Aeternu[f] frangenda bidentibus: omne leuadu[g]
Frode nemus, redit[h] agricolis labor actus i orbe,
Atq; in se sua per vestigia voluitur Annus.
Ac iam olim[i] seras[k] posuit cum Vinea frodes,
Frigidus[l] & siluis Aquilo decussit honorem,
Iam tum acer[m] curas[n] veniente extedit in anu;
Rusticus, & curuo[o] Saturni dente relictam[p]

SER. a ¶ DVCTVS cornu stabit sacer hircus ad aram: stabit placebit: tunc enim est aptum sacrificiu: quom animal dedicatu victimae patiens inuenitur. Vnde alibi sic ait: Et statuas ante aras aurata fronte iuuencu. i. placere faciam. Contra Lucanus Discussa taur' ab ara. Nam iprobant arispices hostiam q admota altarib' reluctatur. Sacer aute execrabilis: vt Auri sacra fames. b ¶ Verib' colurnis. i. de corylo factis: & hoc propterea quia sicut cap est inimicus vitib': q Libero imolatur: ita etia eis nocent corylli. Vn & supra ait: Neue inter vites corylu sere. c ¶ Est etias ille labor: Ia se paulatim tendit ad vitiu vituperatione dicens: & infinitu esse earu; labore: vt Cui nunq; exhausti satis est: & incertu; fructu: vt Et ia maturis metuendus Iuppiter vuis: & ipsu; etiam fructu pniciosum: vt Bacchus & ad culpa causas dedit. d ¶ Exhausti: exhaustionis finitionis: quod qa asperu; visum est: st ad figura transtulit dicens exhausti: vt Seruatissimus aequi: p aeqtatis. e ¶ Oe solu continens. s. vites. f ¶ Aeternum: semper: & perpetuo: & absolute locutus e. g ¶ Leuandum: releuandum: spoliandu. Omne autem nemus dicit & arboru; & vitiu. Vn paulo post dicturus est Bis vitibus ingruit vmbra. h ¶ Redit agricolis labor actus i orbe: idest in anni circuitu labor se inuice sequtur rusticorum. i ¶ Olim: quandoq; significat autem finale tempus autumni. k ¶ Seras frondes: sero cadentes. Tarde enim spoliantur vites frondibus. l ¶ Frigidus & siluis aqlo decussit honore: Varronis hic versus est. m ¶ Acer rusticus: no qlibet sed acer & diligens. n ¶ Curas veniente extedit: qsi in tpe alieno pmeditat futuru labore. o ¶ Curuo saturni dente. i. falce q est in eius tutela. Nas Saturnus dicit patri Caelo falce virilia amputasse: q in mare cadetia Venere creauerut: qd ideo fingit: qa nisi humor de caelo in terras descenderet: nihil crearet: Alij Saturnu; deum esse tporu dicunt: q sicut falx in se recurrut: Alij vo dicut Saturnu in progressu nihil nocere: quom retrogradus est esse periculosum: ideoq; eu habere falcem in tutela: qd & ipsa ptenta nihil valet: retro vero acta: qcquid ei occurrit secat. p ¶ Relictam. s. a se paulo ante desertam.

ANT. ¶ STABIT: non fugiet: per quod aptu sacrificium notat. ¶ Sacer: execrabilis. ¶ In veribus colurnis: i passilis. verlbus autem ait: quonia qda exta in olla: quaeda in veru coqbant: Vnde ait Varro: Haec sut quoru in sacrificijs exta in olla non in veru coquunt. ¶ Satis exhausti. i. sufficiens finis vel pfectio: vt q bella exhausta canebat. i. finita: & pfecta. ¶ Terq; qterq;: Pli. li. xvij. cap. xxj. scri. Satis esse vineas ter anno confodi: ab aequinoctio verno: ad virgiliaru exortu & canis ortu; : & nigrescente acino. Quida ita determinat vetere semel a vindemia an bruma: cu alij ablaqueare: & stercorare satis putet. Iterum ab idib' Aprilis anteq; concipiat: hoc est in. vj. idus maij. deinde priusq; florere incipiat: & quu; defloruerit: & variante se vua. Peritiores affirmat si iusto saepius fodiat in tantum tenerescere acinos: vt rumpant quae fodiuntur: ante feruentes oras diei fodiendas couenit. ¶ Aeternu: semp. ¶ Frangenda gleba: id occare appellant ab occidendo: q grandes terrae caedit globos: vt Festus ait: Omne nemus vitiu. s. de quo vide paulo inferius: Bis vitibus ingruit vmbra. ¶ Labor actus. i. i ipsa vinea habitus & effectus. ¶ Annus: solis annu no solu a caledis Ianuarijs vsq; ad easde vocamus: sed et a sequenti post calendas die ad eunde die: & a quocuq; cuiuslibet mensis die: vsq; in diem eunde reddit' annus vocat: auctor Macrobius lib. ij. de som. & li. i. saty. inqt: q Ateius Capito annum circuitu tpis putat dcm: qa veteres an p circu pone solebat. ¶ Honore: na vt aliut turpe: & sine frodib' arbor: & sine crine caput. ¶ Saturni dente: falce Saturno putant attributa qd tps oia metat: excefet: & incidat: na ide Chronos est: idest tempus: auctor Mac. li. primo saturnaliu: falcis aut vinitoriae figura a Columella lib. v. ca. xxv. docetur ample. — *Occare* — *Annus*

CHRI. ¶ SACER: execrabilis. ¶ Pinguia: na pingues decet ee hostias q sacrificant. ¶ Versis: na capitib' bidentiu: & marra; assiduo vsu glebas. i. im inutissima tritula teredo fragut ex q humescit soli supficies: & refrigescit: frigefactaq; vite opaco frigore ptra caloris vis munita reddit. ¶ Nem'. i. opacitates papinoq; q speciem

speciem nemoris p̃bet. Est igiť interlucanda vitis: vt sol ad vuas maturãdas facilius penetret. ⁋ Redit agricolis labor actus in orbem. Sententia est: Toto anno laborať circa vites: quo q̃dẽ finito redit labor redeũtis anni. ⁋ Per sua vestigia: nã ita p duodecim zodiaci signa circũagitur sol a quo ann⁹ ẽ: vt nusquã ex suo trito cursu discedat. ⁋ Dente curuo saturni: Falcẽ putatoriã intelligit: quã inuenisse Saturnũ ferũt. Vnde simulachra illa insigniuntur.

Persequitur vitez attondens, fingítqz[a] putando.
Primus[b] humũ fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos[c] primus sub tecta referto.
Postremus mẽtito[d]· bis vitibus[e] ingruit vmbra.
Bis segetem[f] densis obducunt sentibus herbæ·
Durus[g] vterq; labor· laudato[h] ingentia rura,
Exiguum colito· necnon etiam aspera Rusci[i]
Vimina per siluam, & ripis fluuialis arundo

SER. a ⁋ FINGIT: cõponit: vt Fingitq; premẽdo. b ⁋ Prim⁹ humum fodito. i. ad laborez primũ te esse conuenit: Vltimus ad fructus legẽdos. Vinũ eniz factum de vuis immaturis cito acescit: & in hoc loco est vitium vituperatio: quarum fructus aut immaturi collecti depereunt: aut si earum fuerit expectata maturitas: nihilominus pereunt: Nam dicturus est. Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis. c ⁋ Vallos primus sub tecta referto: idest vitiuz sustentacula: quæ nõnullis locis sub tecta portantur: ne imbribus cito depereant. d ⁋ Mẽtito: vindemiato. e ⁋ Bis vitibus ingruit vmbra: scilicet & ipsius vitis & arboris: quæ amputanda est: vt demptis folijs sol admittatur: quo possint vuæ maturescere. f ⁋ Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ: semel autumnali: & semel vernali tempore. g ⁋ Durus vterq; labor: & euellendaruz herbarum & secandarum frondium. h ⁋ Laudato ingentia rura Exiguuz colito: hoc etiaz Cato in libris dicit ad filiuz de agricultura: quod ideo dictũ est: vel quia maiores agros incultos rura dicebant: idest siluas & pascua. Agrum vo dicebant eum qui colitur: vt intelligamus Laudato ingentes siluas: colito agrum minorem: vel quod melius: quia ait in primo: Alternis idem tonsos cessare nouales: Et segnem patiere situ durescere campum: quod fieri non potest nisi fuerint spatia maiora terrarum. Nam & Cato: vt diximus: & Cicero in œconomicis ob hoc laudant prædia latifundia: vel quia (vt Donatus dicit) etiam non culta præstant aliquid dominis. i ⁋ Rusci: ruscum virgultũ est: vñ vites ligantur: & cõmemorat labores qui licet circa alia: tamen pro vitibus exercẽtur.

ANT. ⁋ FINGIT: componit. ⁋ Putando: Theophra. li. iij. de causis plantarũ ait: q̃d q̃n bñ vitis putať & germen & fructũ meli⁹ afferť: & viuere diutius põt. Tẽpus aũt amputãdi alij locis tñmodo diuidunt: alij genera ẽt tãgunt: iubent mature illas recidere q̃ solo sicco & calido cũ primũ sua demittere folia cessauere q̃ in frigido atq; pluuio posite sunt has paulo añ germinationẽ: q̃ppe q̃ I solo sunt sitiente; humorẽ suũ seruãtes ipsæ meliorescũt: & fructũ vini suauioris p̃generãt: q̃ vo I frigido sũt emisso humore: nec ipso deteriores q̃cq; redduntť: & fructus fit I corruptior: mediũ ãt ac tẽperatũ obtinẽtib⁹ agrũ mediũ tp̃s statuiť. Pli. vo li. xviij. docet: quo maturi⁹ putanť aptis dieb⁹ eo plus materiæ fundũt q̃ serius eo fructũ vberiorẽ: q̃re macras pri⁹ p̃uenit putare validas nouissime plagã oẽs aliq̃; fieri vt facile decidãt Ibres Recidi ãt sp̃ Inť duas gẽmas: ne sit vuln⁹ oculis I recisa pte. Si macra vitis idoneos palmites nõ hẽat ad terrã recidi eã: nouosq; elici vtilissimũ. ⁋ Sarmẽta: Sparsa vinea putata. i. putrefacta. Vñ & virgulæ abscisæ sarmenta dicunť: sarpere. n. antiq̃ p purgare ponebãt: Festus auctor. ⁋ Sub tecta: ne pluuia marcescant. ⁋ Vallos: palos. ⁋ Metito: fructus sumito. ⁋ Bis vitibus ingruit. i. sup̃uenit: bis autem ait: q̃m post primam pampinationẽ iterum crescunt pampini: & quãtitate: & numero: vnde Pli. li. xviij. c. xxj. ait: pampinatio verna in p̃fesso est ab idibus maiis inter dies decem vtiq; antequã florere incipiat: de sequente variant snīæ: quum defloruerit aliqui pampinandum putant: alij sub ipsa maturitate: his igitur patet non p̃uenire illud. ⁋ Bis vitibus ingruit vmbra: scilicet ipsius vitis & arboribus. ⁋ Bis segetẽ: post primã nãq; purgationez iterũ opus est purgare atq; euellere herbas: nec procedere potest bis: idest autũno & vere: quia hyemis initio: vt plurimũ seritur: aut autumni fine. ⁋ Vterq; labor: vitium & segetum purgatio densis sentibus: id propter carduos: & tribulos: ac lappas: vnde libro primo inquit: vt mala culmos esset rubigo segnisq; horreret in aruis: Carduus intereunt segetes subit aspa silua: lappeq; tribuliq; &c̃. ⁋ Exiguum colito: modũ agri I primis seruandũ antiqui putauere quippe: ita censebant: Satius esse minus serere meli⁹ arare: qua in sentẽtia: & Virgiliũ fuisse videoc ait Plini⁹ libro decimooctauo. Columella etiaz refert libro quinto: ca. tertio: Paridium quendam duas filias: & vineis consitum habuisse fundum: cuius tertiam partẽ nubenti maiori filiæ dedisse in dotẽ: ac nihilomin⁹ æque

Sarmenta
Sarpere

magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri: nec sic ex pristino reditu detraxisse ꝛc.

Rusci: ruscum herba est sponte nascens: quia in cibis vtuntur plereq; gentes: Plinius libro vigesimoprimo: capi. vigesimooctauo. Maro tamen fruticis genus esse ostendere videtur: eo demum vites ligabantur.

CHRI. PERSEQVITVR vitem relictam: quasi dicat: continuat laborem anni insequentis in vite: cuius præteriti anni culturam reliquerat. Fingit: componit: ꝛ indebitā formam reducit ea amputando. Sarmenta: omnia quæ superflua ex arboribus amputamus sarmenta dicuntur. Vallos: in masculino genere palos dicimus. His: idest sustentantur vites: ꝛ alio vocabulo dicuntur pedamenta. Metito.i. vindemiato. Rusci: qui sentes alio nomine appellantur. Nascuntur vbiq; in agris: ꝛ sepibus. Est autem ad vituperationē vitiū: ꝙ non solū tpe maximo studio colendæ sunt: sꝫ ꝛ multi frutices pp vites colunt.

Cæditur, incultíq; [a] exercet cura Salicti.
Iam vinctæ vites, iam falcem [b] arbusta reponūt.
Iam canit [c] extremos effœtus vinitoꝛ Antes,
Sollicitanda tamen tellus, puluísq; [d] mouēdus.
Et iam maturis [e] metuendus Iuppiter Vuis.
Contra non vlla [f] est oleis cultura, neq; [g] illæ
Procuruā expectant falcem, rastrósq; [h] tenaces

SER. a INCVLTIq; exercet cura salicti: quasi cū indignatione ait causa vitium cura: nos etiā sponte nascentium rerū fatigat. b Iā falcem arbusta reponunt.i.iā putatæ sūt: nec falcem reqrūt. c Iam canit extremos effœtus vinitor antes: melius est effœtus legereq; effœtos: vt quidam volunt: ꝛ antes. alij extremos vinearum ordines accipiunt. Alij macerias quibus vineta claudūtur: quæ maceriæ fiunt de assis.i. de siccis lapidibus: vñ ꝛ assæ tibiæ dñr: quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem antes a lapidibus eminentioribus: qui interponuntur ad maceriem sustentandam. licet Cato de re militari primo: Pedites quatuor agminibus: equites duobus antibus duces. Nam proprie antes sunt eminentes lapides: vel columnæ vltimæ: qbus fabrica sustinetur: ꝛ antes appellantur ἀπὸ τοῦ ἀντιστήκειν: ad quam etymologiam ēt extremos ordines vinearum possumus trahere: qui ante stant. hoc aūt dicit: iā canit rusticus labore finito: tñ deesse non potest: quod circa culturam vitium exercere adhuc debeat: ꝛ quod dicit Iā canit extremos antes: ita sentiendum: quasi dicat: iam quod vltimum ꝛ finitum esse videtur in vineis cultor rusticus compleuit. nā ꝛ vltimam partes vineæ per columnas ꝛ macerias struxit. vltimū.n. vr̄ esse: vt inde quasi iam securus sui laboris canit ꝛ gaudet: tñ adhuc debet esse solicitus: nec vnq; in oībus esse securus. d Puluisq; mouendus: genus ipsum culturæ pulueratio vocat: quo imminutæ glebæ vitibus applicantur. e Maturis metuēdus Iuppiter vuis: aer more suo: cuius varietas laborē plerunq; decipit rusticorū. ꝛ tacite vr̄ admonere: qđ in primo aperte dixit: In primis venerare deos: sacrificijs tempestates esse pellendas. f Nō vlla: idest nulla: Alij nōnulla legūt.i. aliqua: nō vt in vitibus nimia. g Neq; procuruā expectant falces: vt putentur: qđ tñ ad curaꝫ anniuersariā refert. Nā necesse est lics tarde oliuā putari. h Rastros: ad fodiendum.s. Negligētiam aūt ferūt oleæ quom iā cœperit esse valentiores: Nam adhuc paruæ nimiam curam requirunt.

PRO. ANTES effœtus: ordines.n. ad vindemiā fcōs dic: ꝛ tū maxie sbitos ſbres piculosos eē.

ANT. EXERCET: agricolam scilicet. Inculti salicti: hoc ideo: quia vt Plinius libro decimosexto: capi. quinquagesimosecundo ait de salice. Nullius quippe tutior reditus minoris vel impendij: aut tempestatum securior.

Arbusta Arbusta: arbores vitibus maritatæ: de qbus ecloga secunda latius: ꝛ Plini. lib. xxvij. ca. xxij. ait: Nobilia vina non nisi in arbustis gigni: ꝛ in ijs qq; laudatiora summis: sicut vberiora imis adeo excelsitate pficiscitur. Iā canit effœtos extremus vinitor antes: sic quidam antiqui textus habent quidam vo. Iam canit extremos effœtus vini. an. Canit: laudat canendo. Effœtus: lassus: fatigatus: languidus. Antes: dicuntur extremi ordines vinearum: vt Festus ait. Antiæ vo mulieres capilli demissi in frontem. Antiæ

Vinitor Vinitor: vineæ custos ꝛ fossor. Puluis: Plinius libro decimoseptimo: capi. vigesimoprimo scribit: fossione puluerē excitatum contra solem: nebulasq; vuis prodesse. Theophrastus libro tertio causarum docet: ꝙ pulueris excitationem primis temporibus eum nigrescere vuæ incipiunt facere debemus: damnari autem quousq; ad maturitatem perueniant. Iuppiter: aer pluuia qua nimia marcescunt vuæ. Contra: econtra. Non vlla: idest nulla: nec aliquo pacto legendum est non nulla: idest aliqua: nam ipsemet Poeta dicit oleas vbi excreuerūt nō expectare falcē: nec ligones: nā satis hūoris recipiūt vel cū vinea effodit: vl̄ cū arat ager ad segetes: nō ꝙ Virgi.

Virg. id quod nunc ait de primis annis intelligit sed vbi excreuerint: vt dixi: nã in primis annis adhibenda est cura. vnde Cato. ca. xliij. sic ait: Si voles vinea cito crescat ꝛ olea quas seueris semel in mense sarito sulcos: ꝛ circuꝫ capita oleagina quot mensibus donec trimæ erunt fodere oportet: eodẽ modo cæteras arbores procurato. ꝛ ca. xliiij. ait. Oliuetũ diebus quindecim ante æquinoctiũ vernuꝫ incipito putare ex eo die dies quadragintaquinq; recte putabis ꝛc̃. Colu. li. iij. ca. xvij. inquit. Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lætior est: nisi eum resciderls arbor tota fiet retorrida: ꝛ Pli. li. xvij. ca. xvij. scribit: ꝙ siquis quærat quod tempus oleæ serendæ sit: agro sicco per sementẽ: agro læto per ver. Oliuetuꝫ diebus quindecim ante æquinoctium vernũ incipito putare ex eo die dies quadraginta recte putabis Stirpes leues facito: circũoleas autumno ablaqueato: ꝛ stercus adijcito radices si sursum abibunt crassiores fient: ꝛ in eo radices vires oleæ abibunt. Verũ oliuetum ab æquinoctio verno intra vergiliaꝝ exortum interradi alternis annis melius inuentum: circũfodiant oĩbus annis a solstitio duum cubitoꝝ scrobe pedali altitudine: stercorari tertio anno. His igitur patet etiam vbi excreuerint oliuas requirere aliquã culturam. Poeta tamen nec falce nec rastris vbi excreuerint indigere ait: qđ absurdum non est. vidi. n. oliueta omnino pene neglecta nihilominus baccis referta. ☞ Expectant: anno quoq; videlicet sicut vites. ☞ Tenaces: superius ait: Et duros iactare bidentes.

Vuidus ¶ PVLVIS q; mouendus: qđ dixerat paulo supra: glebaq; versis Aeternum frangenda bidẽtibus. ☞ Vuis: vua dicitur quasi vuida. Differt autem vuidum ab humido. Vuidus. n. internum habet humorem vt poma. Humidum vo externum: vt dicimus tabulam humidam.

Humidum

SER. a ¶ AVRAS q; tulerunt: ferre auras ꝓprie est assuescere aeris varietati: quæ obest rebus teneris. b ☞ Ipsa satis tellus: hoc dicit aratum oliuetis ꝛ oleis prodest: ꝛ exinde frumẽta gignuntur. c ☞ Sufficit humoreꝫ. s. quom sũministrat arboribus.

Cum semel hæserunt aruis, aurásq;[a] tulerunt:
Ipsa[b] satis tellus cum dente recluditur vnco,
Sufficit[c] humorẽ, ꝛ grauidas[d] cũ vomere fruges.
Hoc[e] pinguem, ꝛ placitam paci nutritor[f] oliuã.
Poma quoq; vt primũ trũcos sensere valentes,
Et vires[g] habuere suas, ad sidera raptim
Vi propria nitũtur, opísq; haud indiga nostræ.
Nec minus interea fœtu[h] nem⁹ omne grauescit:
Sanguineísq; inculta rubent auiaria[i] baccis.
Tondentur[k] Cytisi, Tedas silua alta ministrat.
Pascuntúrq; ignes nocturni, ꝛ lumina fundũt.

vomere: ordo est: ꝛ quũ tellus recluditur vomere sufficit. i. sũministrat fruges grauidas. ☞ Hoc: hac re. ☞ Nutritor: nutritur ꝛ nutricatur ꝓ nutriet ꝛ nutricat olim dixere: vt ꝓbat Nonius. Poma quoq; ostendit pomaria fieri debere cũ nulla fere cura indigeant.

d ☞ Grauidas cũ vomere fruges: cuꝫ abundat. Nam hoc dicit sumministrat fruges vomere. i. per vomerem. Ennius: Effundit voces proprio cum pectore sancto. i. proprio pectore. Nam cũ vacat. Vrbanus tamẽ sic accipit grauidas cum vomere. i. statim post arationem. e ☞ Hoc: hac re. f ☞ Nutritor: aũt pro nutri posuit imperatiui passiui futurum pro ꝓsenti actiui. g ☞ Et vires habuere suas: quia tenera virgulta solent religari validioribus fustib⁹: sicut supra ait de vitibus: Viribus eniti quarum ꝛ contemnere ventos. h ☞ Fœtu nemus omne grauescit: Fœtu vtilitate: Nam oĩs vtilitas fœtus est. Illuc autẽ tendit laus ista siluarum: Vt ꝛ probet nõ minus esse: si ꝛ poma ꝛ oliuæ sine nulla cultura præbeantur: ꝛ crescat vituperatio vitium: in quas tantus impendit labor. i ☞ Auiaria: secreta nemora quæ aues frequentãt. Baccas autẽ sanguineas accipimus poma siluestria. k ☞ Tondentur cythisi: virgulta a Cytho insula vbi abundant nominata.

ANT. ¶ DENTE vnco: ligone vel rastris. ☞ Cum

geant. ☞ Vires suas: dum. n. tenellæ sunt arbores sudibus ligari solent. ☞ Interea: dum nostra ope non indiget. ☞ Nec minus: ꝗ; si nostra ope indigeret: ea quæ frueretur. ☞ Omne nemus fœtu grauescit: omnis amœna silua ꝓducit: vt castaneas: corylos: nuces: mala cerasi: ꝛ huiusmodi. ☞ Inculta auiaria: incultæ siluæ auium stationes. ☞ Sanguineis baccis: vt arbutis: cornis: sorbis: ꝛ similibus.

☞ Tondentur: metunt pro animalibus. De cytiso auteꝫ frutice latius videto in Tityro. Pli. ꝓterea li. xiij. ait: ꝙ nec aliud minoris impendij est. ☞ Tædas: faces: nam Tæda arbor est resinam ferens flãmis: ac lumine sacrorum etiam grata. Pli. lib. xvj. pascuntur a tædis. s. propter resinam. Tæda

CHRI. ¶ AVRAS tulerũt: passæ sũt aerẽ. s. ꝛ frigus ꝛ calorẽ: ita vt iã assueuerint. ☞ Sanguineis baccis: Nã frutices qdaꝫ sunt: q̃s virgas sanguineas nũcupant. ☞ Tondent cythisi: nã vt dixim⁹ sexies: aut ad min⁹ q̃ter in anno metũt cytisuꝫ. ☞ Pascunt: ægyptij ignẽ aĩal putauerũt: ꝛ tã diu viuẽ ꝗ; diu illi alimẽtũ suppetit.

Et dubitant[a] homines sérere, atq; ipédere curas?
Quid[b] maiora seqr? Salices, humilesq; Genistæ
Aut illæ[c] pecori frondem, aut pastoribus vmbrá
Sufficiunt, sepémq; satis, & pabula Melli.
Et iuuat vndantem[d] buxo spectare Cytorum,
Naritiæq;[e] picis lucos iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli[f] obnoxia curæ.
Ipsæ[g] caucaseo steriles in vertice siluæ,
Quas animosi Euri assidue frágúntq;, ferúntq;
Dant alios aliæ fœtus dant vtile lignum
Nauigijs Pinos, domib⁹ Cedrósq;, Cupſſósq;,—

SER. a ❡ET DVBITANT homines serere aut ipendere curas.i.non est necesse hominibus his arboribus & siluis culturā ipendere: quippe sua sponte proueniunt: & hoc dicit: vt ex oblią vitiū vitupatio subaudiat. b Quid maiora seqr? qd de maioribus multū dicā arboribus? cū minora qq; virgulta humanis vsib⁹ multā cōmoditatē præstēt sine vllo cultu prouenietia. c Aut illæ: scilicet salices & genistæ. Multi tamē & tiliæ legunt: vt tria dixerit: salices: tilias: et genestas. d Vndantē buxo spectare cytorum: montem macedoniæ: in quo abundat buxus: quæ mota vento æstus imitat vndarū. d Naritiæq; picis: a loco in quo abūdant piceæ. f Non vlli obnoxia curæ: nō debitricia: nihil labori nostro debētia. g Ipsæ caucaseo: Caucasus mons est scythiæ: positus hic pro quibuslibet asperrimis montib⁹: Steriles autem dicit comparatione pomiferarum arborum.

PRO. ❡ET IVVAT.u.b.s.cytorum: Cytoros est oppidū ponticū fertile buxo non solū: Sed pcipue. Naritiæq;.p.l. Naricia est oppidū locridos piceis frequens.

ANT. ❡ DVBITANT: cum nulla fere cura sit opus. Serere: videlicet q̄ i nemore & auia rijs sine aliqua cura fœtus pducunt: item serere cytisum & tædas cum sine labore: sine cura: sine impendio multum cōmodi afferat. Maiora: maioris cōmodi: de quibus iā dixit: & sic ait: tā minora quoq; hoibus i multis prodesse. Illæ: salices & genistæ. Pabula melli: genista.n. vt Pli.li.xxiiij.ca.xxxiij. flores habet apib⁹ gratissimos. & i Tityro poeta dixit: Hyblæis apibus flores depasta salicti. Et iuuat: ostēdit poeta oblectationē pbere siluestria loca: q̄to magis igit cultura narrat. Ide siluestriū arborū cōmoda qbusqdē fruuntur hoies. Cytorū: is mons est i Paphlagonia teste Pli.li.vj.c.ij. Et Stra.lib.xij. scribit: Cytorū vrbē fuisse ipsius paphlagoniæ A siæ puinciæ: a Cytoro phryxi filio addēs: q i Amastriano agro plurima atq; optima: Buxus nascit: psertim circa cytorū. Buxo: buxi materies honorata est. est.n. lenis & solida & quadā duritia ac pallore cōmendabilis. Buxus pyreneis ac cytoro montib⁹ plurima ac berecyntio tractu Pli.lib.xvj.ca.xxix. Naritiæq;: naritia ithacæ tellus optatissima: & ipsa oli Vlyxis patria vt seri. Diony. Ithaca insula ē i mari Ionio: vt Mella scri. Picis: picea mōtes amat atq; frigora: feralis arbor & funebri indicio ad fores posita: hæc plurimā resinā fundit interueniē te candida gēmatā simili turi vt mixta visui discerni nō qat: & ide fraus sæpissime astæ. Pli.li.xvj.cap.xv. Caucaseo vertice: De caucaso vide ecloga.vj. Eius aūt vtices hyeme sunt inaccessibiles: vt Stra ait lib.xj. Cedrosq;: Mauris plurima arbor cedri & mēsa p ssania: sūt aūt cupsso fœminæ ēt nū siluestri similes folio: odore caudice: vt Pli.li.xiij.ca.xvij. scribit: Theophrastus io lib.iij. edocet: q cedrus est iunipero nō ab similis: sz folio maxime distat eius materies putredinē nullā sentit frutex odorat⁹: idē Pli.lib.xvj.ca.lv.ait. q Cedrus in Creta Affrica Syria laudatissima ē: & cedri oleo puncta materies: nec tineā: nec cariē sentit iunipo eodē virt⁹ q̄ cedro. Ephesiæq; dianæ tēpli tectū cōuenit eē e cedrinis trabib⁹. Valuas eē cupsso: & vticæ tēplū Apollinis cedrinas trabes hz.

Cedrus

CHRI. ❡ET DVBITANT: optima iterrogatio: & q̄ magnā hz efficacia cū re iā ita exaggerata iferrt: & aliē q̄; volum⁹ aduersari⁹ rndere non pōt. Quid maiora se. snia si tāta vtilitas ē in minorib⁹ reb⁹: vt sunt salices & genistæ q̄ta erit in maiorib⁹. Cytorū: refert Stra. i paphlagonia esse cytorū qd olim synopēsus emporiū fuerit: & vt ait Ephorus dictū est a Cytoro Phryxi filio. Ait idē Stra. i amastriana regiōe plurimā atq; optimā buxus nasci psertim circa Cytorū. Buxus aūt arbor est in ope topiario sūmope cōmēdata. Dr autē op⁹ topiariū.i. locale quoties arbor suis radicib⁹ adherēs: ac viua in suis sedib⁹ manēs humano artificio i varias formas flectitur: vt aut hois: aut draconis tria eis sunt genera: Gallica amplitudine pcerior. Oleastrū in oi vsu dānatū: nā grauē pfert odorē. Tertiū gen⁹ nostrate ē. Buxus pyrenæis ac cytoro montib⁹ plurima ē. In berecyntio tactu carissima græce πύξος dr. Vn̄ & Pyxides appellāt vasa q ex buxo fiant. Iuue. condita pyxide lydæ. Nos autē boxon ethrusce appellem⁹: illa boxola dicimus. Vndantē: nā mota vēto silua: cuius virgulta flexibilia sūt æquor vndas faciēs imitatur.

Buxus

Genista

Imitatur. ¶ Naritiæ: oppidū est in locride. ¶ Animosi: vehemētes est autem epithetum de nomine græco. ἄνεμος n. vetus. ¶ Siluæ: loca arboribus consita dicūtur. Sed quæ constant ex arboribus pomiferis: & pomaria & viridaria dicunt. Siluarū vero aliæ sunt glandiferæ quæ suibus ac reliquis quadrupedibus glandes subministrant. Aliæ ceduæ q̄ certo quodam tempore cæsæ: aut ædificijs: vinearum: q; pedamentis materiā præbent: aut ignem alunt. ¶ Cedros: de hac arbore dicem' in septimo æneid. De cupresso vero dictū est. Naritiæ

Hic[a] radios triuēre[b] rotis, hic tympana[c] plaustris
Agricolæ, & pandas[d] ratibus posuere carinas.
Viminibus[e] Salices fœcundæ, frondibus Vlmi.
At Myrtus[f] validis hastilibus, & bona[g] bello
Cornus, Ityreos[h] Taxi curuantur in arcus.
Nec Tiliæ[i] leues, aut torno rasile Buxum
Non formam accipiunt, ferróq; cauant acuto,
Necnon & torrentem vndam leuis innatat Aln[o]
Missa[k] Pado, necnon & Apes examina condunt,
Corticibúsq; cauis, viciosæq;[l] Ilicis alueo.
Quid[m] memorādū æq; baccheia dona tulerūt[n]?

SER. a ¶ HINC: de siluis scilicet: nā de cupresso: aut de cædro nullus vnquas efficit rotas aut radios. b ¶ Triuēre: tornauer: composuere de torno. c ¶ Tympana: tecta vehiculorum. d ¶ Pādas: curuas. e ¶ Viminib' salices fœcundæ: legitur & fœcūdæ frondibus vlmi. f ¶ At myrtus validis hastilib': alibi Et pastoralē prætixa cuspide myrtū. g ¶ et bona bello cornus: apta est enim etiam cornus hastilib'. h ¶ Ityreos taxi torquent in arcus: hoc est ī similitudinē arcuus ityreorum. Ityreos autem dicit parthicos. i ¶ Nec tiliæ leues: Ordo est nec nō: hoc est etiā. k ¶ Missa pado: species est p genere. l ¶ Vitiosæq; ilicis aluo: cariosæ. vult autem probare etiā putres arbores habere aliquam vtilitatē. Sane hic p alueo per synæresim aluo dicit. m ¶ Quid memorandū æque. i. quid similiter laudandū. n ¶ Tulerūt dona liberi: sicut siluæ multa sponte procreantes: Alij & quæ legunt: vt sit sensus quid dicendū quæ tulerunt: idest attulerunt: ipsa etiā dona baccheia: vt hoc dicat paruum est q vites tantum laborem requirunt: etiam munera earū causas præstant furoris.

PRO. ¶ ITYREI: natio est scytharum.

ANT. ¶ RADIOS corni: lignum non alio pene q; ad radios rotarū vtile: aut si quid cuneandū sit in ligno clauis ue figendum ceu ferreis. Ilex item & oleaster ac olea quæ cariē vetustatemq; non sentiunt. Pli. lib. xvj. cap. lvj. ¶ Tympana: dicuntur a tympanizo; quod ē extendo & verbero: sunt enim vasa semisphærica: quæ semp bina feruntur: in quibus ab vno latere pellis extenditur & virgula p cutiuntur: ijs in sacris Cibeles vtebant: hic autem pro opertimentis vehiculorum metaphoricos ponuntur. ¶ Plaustris vehiculis: de
Pilentus quibus lib. j. geor. hic autem pro pilentis ponuntur: erat enim pilentum contextum rotis quatuor: quib' matronæ olim vtebantur Virgi. pilentis matres in mollibus. ¶ Et pādas ratibus posuere carinas: larix ī humore

præcipua & alnus nigra non improbat: in q & fagus Pli. lib. xvj. capi. lvj. ¶ Ratibus: Rates: vt inquit Festus vocantur ligna colligata: quæ p aquas agūtur: quo vocabulo etiam interdum naues significantur. ¶ Pandas: curuas. ¶ Carinas: nautæ carinas vocant infimam trabē vbi nauis fundat: q quidem Ouidius quoq; videtur asserere: ait enim libro quarto de ponto: Du3 mea pupis erat valida fundata carina: Qui mecu3 velles currere: primus eras. ¶ Itureos arcus: id nomē sine h scribendum est. Probus aūt ait: Itureos nationē esse scytharū. Stra. vero li. xvij. scri. Mōtanā regionē Iturei & Arabes habēt malefici oēs. Pli. li. v. c. xxiiij. I pte syriæ q cœle dr scribit eē itureo gentē. Ab illis igit populis itureos arcus poeta dixisse Itelligēdum cēseo. ¶ Tiliæ: de Tilia videto li. j. geor. ¶ Rasile: rasiles calati dr̄r q̄si rasi nihil extātis aut redūdantis plenitudinis habētes: Vir. eē li lo co ait. ¶ Rasile buxū: q̄si rasibile. ¶ Corticib': suberis &c. ¶ Quid memorādū: qd vltra dicēdū de siluis & arborib'. ¶ Aeque: eodē mō sicut exasa & alia cōmoda iā enumerata: vel qd memorandū æque: qd similit laudādum. ¶ Tulerūt ar. ipsæ ī siluis: nāq; siluestres vites & vuæ ī eis sunt. ¶ Baccheia dona vites et vuas: bacchus & ad superi' vites qbus nunq̄ satis operæ ē dānasse: quodāmō visus ē nūc vero earū fruct' quibus quidē furor hostibus ingruit. Vel potius nos hortat facta ecbasi. i. ex cursu enumerando siluarum cōmoda: vt vites nō relinquamus: q̄q; multo labore indigeant: cū pro earū fructu potiendo cētauri etiam mori non dubitarint. Rates Rasile

CHRI. ¶ VIMINIBVS salices: Salicis octo genera ponit Pli. Nam quædā in eam proceritatem exeunt: vt perticas & pedamenta pbeant vitibus. Item vimina corbibus: & alijs vasis extēdendis. Vnde tertium iuris salicī in extimatione dedit Cato. ¶ Ituros: Iturei populi sunt: de qbus ita ait Stra. Eius initium est Laodicea: quæ apud Libanum est Mōtanes Salices

regionem Iturei:& arabes habent:idem auctor in confinibus Picentinorum:qui Italiæ po- puli sunt:Iturum ponit oppidum Ispello vicinum. Quid memorandū æque: A rtificio: se concludit vituperationem vini cum maiori cultura indigeat:& propter illud virgulta co lantur:ac deniq; homines furiosos redat. Iturei Iturum

SER. a CILLE fu renteis centau ros:Atq in æ neide ait:Mars perdere gentes immanem la pythum valu it:Sed hoc sol uit Horatius di cēs:Nec semel

Bacchus & ad culpā causas dedit [a] ille furenteis
Centauros leto domuit, Rhoetūmq;, Pholūmq;
Et magno [b] Hylæum Lapithis cratere minantē.
O fortunatos [c] nimium, sua si bona norint;
Agricolas, quibus ipsa procul [d] discordib[9] armis
Fundit humo facilem victū iustissima [e] Tellus.

montibus ha buere sedes:v& Pli.li.iiij. c.ix. edocet. Est au tem Lapithæ nō laphitæ di cendū: græci enim per th nō per ph scribere soliti. O for

eius cū marte cōfundet prælia thyoneus. Nā re uera licet iratū causas Mars habuerit: La pythæ tamen & centauri In furorē sunt ebrie tate compulsi:deinde hoc loco centauros ait: in furorem actos a Libero: non lapythas. b Magno hylæū lapythis cratere minan tē: bonū schema:ita.n.pingūtur: q̄si poculis bella tractātes. c O fortunatos nimiū sua si bona norint Agricolas:non est abrupt[9] trā situs ad laudē vitæ rusticanæ:sed ad superio ra pertinet post vituperationē quippe vini. Ista quasi cōsolatio est per quam ostēdit quā tas voluptates rusticis natura præstiterit. Quod autem ait:fortunatos nimium:nō ad fortunam:sed ad fortunæ pertinet quantita tem. Nam hoc dicit quantum in se est maxi mas eis natura præstitit voluptates: quas si nossent essent non fortunati sicut nunc sunt: sed nimium fortunati. d Procul discordi bus armis.i.longe a ciuitatib[9] plenis iurgio & rapinis. e Iustissima tellus:proprie. Nā si iustus est qui quod accipit reddit: terra vti q; iustissima est: quæ maiore fœnore acce pta restituit.

ANT. Tanagrus ¶ TANAGRI: tanagrus torrens est Lucaniæ: qui cum pluuiæ sunt effusior est: ⁊ sæuit: quum serenum siccus est: idem Pro. ¶ Acerba: pro acerbe. ¶ Inachiæ iu. Inachus apud argos primus regnauit annis. l. auctor Eusc. eius filia Io ab Ioue in vaccā Iunonis aduentu conuersa est: quam postea Iuno dono accepit: tradiditq; seruandā argo pastori suo: quo obtruncato ab mercurio irata Iuno ī Io oestrū immisit: quo exercita illa vsq; ī ægyptum fugit: ibiq; Ioue agente in humanam redijt figuram: mutatoq; nomine Isis dicta est: ⁊ ab ægyptijs pro dea culta. id autem latius Ouid. narrat libro primo methamor. ¶ Hunc quoq;: vltra prædicta arcenda: vitandaq;. ¶ Pecori armenta: hic nulla est Sinalœpha. ¶ Post partum cura in vitulos. Varro lib. ij. capi. v. ait de vitulis. Lactantes cū matrib⁹ necubent: arcerunt enim quū creuerint vituli: leuandæ matres pabulo viridi obiciendo in præsepijs: itē his fere in omnibus stabulis lapides sternēdi: aut quid itē ne vngulæ putrescant: ab eq noctio enī autumnali: vna pascuntur cum matribus. Semestribus vitulis obijciunt furfures triticeos: ⁊ farinam ordeaceam: ⁊ teneram herbas ⁊ vt bibant mane: ⁊ vespere curant: hæc ex Varrone. Palladius item de aprili ait. Hoc mense vituli nasci solent: quorum matres abundantia pabuli iuuentur: vt sufficere possint tributo laboris: ⁊ lactis. ¶ Notas inurūt: Columella libro. xij. capite secundo loquens de fine aprilis ait: quod eodem tempore fœtus fœcundi pecoris signari oportet. Sed de ianuario scribens circa eius finem inquit. His etiam diebus maturi agni: ⁊ reliqui fœtus pecudum: nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Palladius quoq; de aprili ait: Et serotini fœtus hoc mense signentur. ¶ Et quos aut pecori: ⁊ omnis cura traducitur in illos quos: ⁊ cætera intelligit autem admissarios futuros. ¶ Cætera pascuntur: Varrone teste lib. ij. pascuntur armenta commodissime in nemoribus: vbi virgulta: ⁊ frons multa hyeme: quum hybernant secundum mare: æstu abiguntur ī montes frondosos.

CHRI. Pulli ¶ IN VITVLOS: Vt pullos dicimus iuniores in equo asino mulóue: ac in omni volatilium genere: sic in boue ⁊ Elephanto vitulos dicimus. Sed ⁊ in humanæ specie pullos dixerunt amatores pueros obscœne amatos. Vnde Fabius qui ob candorem eburnus dicebatur: q eius natis fulmine icta ē: Iouis pullus est vocatus: Pullum deniq; nigrum dicimus: Hinc pullam ficum: ⁊ Iuue. pullatos proceres dixit. Vitulos quoq; de maioribus piscibus: vt sunt delphini: ⁊ balenæ. Qui ⁊ vitulus marinus piscis: hos phocas appellant.

Tu quos[a] ad studiú, atq; vsu3 formabis agrestẽ;
Iam vitulos hortare, viamq;[b] insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dũ mobilis[c] ætas.
Ac primum laxos tenui de vimine circlos[d]
Ceruici subnecte, dehinc, vbì libera colla
Seruitio assuẽrint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum[e] conferre iuuencos.
Atq; illis iam sæpe rotæ[f] ducantur inanes
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat[g] æreus orbes.
Interea pubi[h] indomitæ non gramina tantum,
Nec vescas[i] salicũ frondes, vluámq; palustrem,
Sed frumenta[k] manu carpes sata, nec tibi foetæ[l]
More patrũ niuea iplebunt mulctraria[m] vaccæ.
Sed tota in dulces consument vbera natos.
Sin ad bella magis studium; turmásq; feroces,

SER. a ¶TV QVOS ad studiũ: locus de bobus domãdis. b ¶ Viãq; insiste domãdi: istitue artẽ domandi. c ¶ Mobilis ætas. i. anteq̃; magnitudo viriũ & pfecta ætas eis fit: ante eos icipe domare: mobilis flexilis. d ¶ Circlos: circus est principale: vñ fit circulus: & p syncopam circlus: sicut periclũ a piculo: sclum a seculo. e ¶ Coge gradum conferre: simul icedere. f ¶ Rotæ ducant inanes: sine pondere. g ¶ Trahat æreus: fortis: sic Iq nto: A erea quẽ obliquũ rota trãsijt. Horatius: Inclusam danaẽ terris aerea. h ¶ Pubi indomitæ: hoc ad iuuencos tñ pertinet: Nã de equis paulo post dicturus est: vt Nanq; ante domandum Ingentes tollunt animos. i ¶ Nec vescas salicũ frondes: siccas: & teneras. Na3 vescũ hoc ẽ ꝓprie: vnde & aranearũ telæ vescæ vocant. k ¶ Frumenta manu. i. etiã farraginẽ eis dabis. l ¶ Fœtæ More patrũ: fœtæ nostro more: neq;. n. mulgeri nisi enixæ pfit. antiqui. n. fœtũ ꝓ grauido solebant ponere: vt Varro: vt cui⁹ fœta feris libyc: & ipse Virg. scãdit: fatalis machina muros Fœta armis: & more patru3: q lac magis suabãt fœtib⁹: alio qui accusabat auaritia eorũ: q sibi oẽ lac mulgebant. m ¶ Mulctraria: legit & mulgaria: vt Valg. ait: S3 nos ante casam Tepidi mulgaria lactis: Et sinum vini cessauimus fundere bacchi.

ANT. ¶HORTARE: assuesce. ¶ Viamq; domãdi. Columella li. vij. capite scdo ait: qð vitulos oportet: quum adhuc teneri sunt: cõsuescere manu tractari: ad pſepia religari: vt exiguus in domitura labor eorũ: & minus sit periculi. Verũ neq; ante tertiũ: neq; post quintũ annũ iuuencos domari placet. Cũ illa ætas adhuc tenera sit: hæc iã prædura. ¶ Viam: rõnẽ: cõsuetudinem. ¶ Insiste: statue: frequẽta: exerce. ¶ Iunge pares: custodiendum ne statura vel virib⁹ im par cũ valentiore iũgatur: nã vtraq; res inferiori celeriter affert exitiũ: verba sunt Columellæ. ¶ Ipsis e torquibus aptos: ipsis e torquibus; idest ab ipsis circulis iunge pares & cetera. Aptos autẽ e torquibus ait: quia seruitio assueti torquiũ: apti ad domandum effecti sunt. ¶ Aereus: Fortis. ¶ Pubi indomitæ: vitulis indomitis. Non gramina tantũ. Columella li. vij. capite tertio scribit quod si hubertas regionis viride pabulum subministrat: Nemo dubitat quin id genus cibi cæteris anteponendũ sit. Ab idibus tamẽ mensis Aprilis vsq; i idus Maias viride pabulum recte sectant: potest enim in calen. Iulias frigidioribus locis idem præstari: a quo tempore in calendis Nouembris: tota æstate: & deinde autumno facientur fronde: probat maxime vlmea: post fraxinea: & ab hac populnea: vltima sũt illignea: & quernæ: & laurea. ¶ Vescas frõdes. i. minutas: vescũ. n. teste Nonio hunc etiã iocu3 afferente: minutũ: & obscurum notat. Festus inquit quod vescus fastidiosus dicitur: et pro pusillo vtebantur. ¶ Frumenta: farraginem: de qua latius iam iam. ¶ Sin ad bella magis: ias ad equos transit. ¶ Turmas: acies. est enim turma proprie equitum: habens equites. xxxij. huic qui præest De curio nominatur: vt scribit Modestus. Vescum

CHRI. ¶VESCAS: Hoc nomen vt refert Gellius ex ve: & esca cõpositum est. Et cũ ve particula modo augmentum: modo priuationem afferat. Nam dicimus vehementem a magnitudine mentis: & contra dicitur vecors quasi sine corde: poterit vescum vtrunq; significare. Ergo recte Gellius ait: aliter Lucretium dicere salẽ vescum ab intentione edẽdi: aliter Lucilium vescum appellare cum edendi fastidio. Quapropter vescas frondes: idest quibus auide vescuntur iuuenci: Festus quoq; scribit vescum fastidiosum significare: & Lucretiu3 pro edace posuisse: vt nec mare qua impendet vesco sale salsa pereso: prisci ue particulam pro re parua ponebant. Varro oues vegrandes fiunt: atq; imbecilles. ¶ Frumenta: vt ordeum: spelta. ¶ Sin ad bella: Equinu3 genus tripartito ponit Columella.

lumella. Est enim generosa materies: quæ circo: sacrisq; certaminibus equos præbet: est mularis quæ precio fœtus sui comparatur generoso: & vulgaris quæ mediocres fœminas: maresq; progenerat.

Aut alphea[a] rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volanteis.
Primus equi labor est, animos atq; arma videre
Bellantum, lituósq;[b] pati, tractúq; gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonanteis.
Tum magis atq; magis blãdis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atq; hæc iam primo[c] depulsus ab vbere matris
Audiat, inq;[d] vicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiámq; tremẽs, etiám[e] inscius æui.
At tribus exactis, vbi quarta[f] accesserit ætas.
Carpere mox gyrũ incipiat, gradibúsq; sonare
Compositis, sinuétq; alterna volumina crurũ.
Sitq;[g] laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet. ac per aperta volans ceu liber habenis
Aequora, vix summa vestigia ponat arena.

SER. a ¶ AVT ALPHEA rotis præIabi flumĩa pisæ: quia vt supra diximus circa ea flumina maxime agitabat curule certamen. b ¶ Lituósq; pati: buccinas sonãtes audire: lituus etiã virga regalis quasi lites dirimẽs: nam & virga mercurij notatur lituus: & põt hic intelligi virga qua domãtur equi vt virgæ sonitum tanq̃ percutiẽtis frequẽter audiat.

c ¶ Iam primo: nõ primo vbere: sed iam primo quasi vnũ lege: vt sit iã primo audiat depulsus ab vbere matris. d ¶ Inq; vicem: frenorũ. s. ne adhuc tenera ora lædant. e ¶ Etiã inscius æui: nondum habens ab annis fiduciam. f ¶ Vbi quarta accesserit ætas: idest quartus annus. Nam ætatem plerunq; generaliter dicimus & pro anno: pro. xxx. pro cẽtum: pro quouis tpe. g ¶ Sitq; laboranti similis: pparetur ad futurũ laborem.

PRO. ¶ ALPHEVS flu. est achaiæ pisæ oppidus: quod habuit Oenomaus.

ANT. ¶ PRÆLABI rotis: idest iuxta decurre. ¶ Alphea flumina pisæ: Iouis olympij templus in agro Pisano erat: ab Elide stadijs minus trecẽtis absens: ante illud vo lucus agresti vestitus olea surgebat: in quo stadiũ erat: vbi curule certamen: auctor est Strabo lib. octauo. Id autem olympicum certamen: et equorum & palestræ erat: quod Hercules Ioui patri dedicauerat: elegit aũt optimũ Græciæ locus ad statuenda certamina: campos: scilicet iuxta Alpheum flumen sitos: hæc ex Diodorus libro quinto. Diximus & plura in principio huius tertij libri. Cũcta alpheũ linquens: & cætera. ¶ Lituos: erat lituus Augurum baculus a iuncus sine nodo: de quo latius in principio. A cro vo docet inter Tubam & Lituum discrepare. Lituus enim equitum est: & incuruus. Tuba autem peditum & directa Litui acutus sonus est: Tubæ grauis: virgilius etiam ait: Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Gellius libro quinto scribit; quod Tuba a sonitu Lituus appellata est. ¶ Frenos audire. Varro libro secundo capitulo. vij. admonet: pullos quũ sunt cum matribus interdũ tractandus: ne quum sint disiuncti exterreantur: eadem q; causa ibi frenos suspendendum: vt oculi consuescant: & videre eorum faciem: & emotu audire crepitus. Quum iam ad manus accedere consueuerint: interdum imponere his puerũ bis: aut ter pronum: & cætera: & hoc quum sit trimus. ¶ Sunt q dicant post annum: & sex mẽses equum domari posse: sed melius post trinum: a quo tempore sartago dari solet: hæc enim purgatio maxime necessaria equino pecori: quod diebus decem facere oportet: nec pati vllum cibum allum gustare: ab vndecimo die vsq; ad decimum quartum dando hordeum quotidie adijciendo minutatis: quod quarto die feceris: in eo decem diebus proximis manendum. Ab eo tempore mediocriter exercendum: & quũ sudauerit: oleo perunguendum. ¶ Si frigus: erit in equili faciendus ignis. ¶ Depulsus ab hubere matris: docet Varro dicto loco: equinum pullum: non prius biẽnio cõfecto ab lacte remouendũ. ¶ Inq; vicem. s. frenorum: ne tenella ora lædantur. ¶ Inualidus ias: iamq; tremens: etiam inscius æui. Legitur item Inualidus etiamq; tremens: quod non est absurdũ: licet us breuis sit: nam sæpe in hoc opere: et alibi Poeta vtit Diastole: quod latius in versilogo ostendimus. ¶ Inscius æui: anteq̃ vires habeat. ¶ Tribus exactis: transactis & præteritis tribus ætatibus. i. trib᷒ annis: quo autẽ tpe. Varro id iubeat iam iam diximus. ¶ Aperta æquora: cãpos amplos.

CHRI. ¶ FRENOS: in singulari frenũ est: in plurali & freni: & frena. ¶ Blandis vocibus: Mansuescat: & vocib᷒ & tactu magistri. ¶ Carpe gyrũ: Vt facile in gyrũ flecti assuescat. ¶ Sinuet: incuruet: vt pedes altius a terra tollat.

Lituus

Tuba

SER. a ¶ QVALIS hyperboreis: hyporboreí mõtes sunt scythiæ: dicti quod supra eos flet boreas. Dicit aūt equus sic currat: vt vētus. b ¶ Arida nubila: sine pluuijs. c ¶ Differt: dissipat. d ¶ Horrescunt: contremiscūt. Persius: Scis comitem horridulum trita do nare lacerna. i. trementem. e ¶ Ille volat: scilicet vētus. f ¶ Verrēs: trahens. g ¶ Ad elæi metas. i. circi. Elis nāq; ciuitas est arcadiæ: in qua agitabatur curruli certamē: et species est pro genere. h ¶ Spumas aget ore cruentas: quod est signum equi fortissimi: si velut rubras egerit spumas. i ¶ Belgica esseda: gallicana vehicula. Nam belgæ ciuitas ē galliæ: in qua huiuscemodi vehiculi vsus reperꝰ ē. k ¶ Molli: domito: vt Et mollia colla reflectit. l ¶ Duris parēre lupatis: frenis: asperrimis. Dicta autem lupata a lupinis dentibus: qui inæquales sunt: vnde et eorum morsus vehementer obest. m ¶ Cæci: latētis. n ¶ Amoris: cupidinis.

Thyeste ait: Alpheus stadio notus olympicos id autem iam iam apertū est. ¶ Metas: currendi terminos. ¶ Molli collo. i. domito ac placido. ¶ Spumas cruentas: fortissimi equi signū ē: si velut rubras egerit spumas. ¶ Belgica esseda melius feret. i. aptior erit ad belli currus: qualibus quidēs Belgici pugnacissimi vsi sūt. Trāsalpinam Galliam: quidas tria in partes diuisere: Aqtanos: Belgas: Celtasq; Belgas nominabāt Oceano pfines vsq ad hostia Rheni: et nonnullos rheni et alpius vicinos incolas. E belgis Veneti sunt: q aduersus Cæsarē nauali certamē ne cōtenderūt: et superati sunt.

Qualis[a] Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes atq; arida[b] differt[c]
Nubila, tum segetes altæ, campiq; natantes
Lenibus horrescunt[d] flabris, summæq; sonorem
Dant siluæ, longiq; vrgent ad littora fluctus.
Ille[e] volat simul arua fuga, simul æquora verrēs[f].
Hic vel ad Elæi[g] metas, et maxima campi
Sudabit spatia, et spumas[h] aget ore cruentas.
Belgica[i] vel molli[k] melius feret Esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iā domitis sinito. nanq; ante domādū
Ingentes tollent animos, prensiq; negabunt
Verbera lenta pati, et duris[l] parēre lupatis.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quā Venerē, et cæci[m] stimulos auertē amoris[n].
Siue boum siue est cui gratior vsus equorum.

PRO. ¶ HIC vel. a. e. m. e. m. campi: Eleus campꝰ stadium olympiacum vbi equi quoq; certāt. ¶ Scythia: regio est vntrionalis. ¶ Belgæ: natio gallorum.

ANT. ¶ HYPERBOREIS oris: habitant hyperborei supra aquilonis flatum: dicti quod humanæ vitæ modum excedant: viuendo vltra centesimum annum: vt scribit Festus. Solinus etiam scribit: hyperborei incolūt vltra aquilonem: apud quos mundi cardines esse credunt. Domus sunt nemora: vel luci: in diem victum arbores subministrant: discordiam nesciunt: ægritudine non inquietātur: ad innocentiam omnibus æquale votum. ¶ Scythiæq; niues: de scythia late li. j. Geor. Mundus: vt ad scythiam. Differt in diuersas fert partes: ac pellit. ¶ Nubila dum: legitur item tum: et quum in antiquis. ¶ Campiq; natantes: exundant enim lata ob ventorum flatus. ¶ Horrescunt: contremiscunt. ¶ Longiq; vrgent: legitur longeq; vrgent. ¶ Verrens: trahens. ¶ Hic: legitur et hinc in antiquis. ¶ Elæi metas campi: Seneca in

Vniuersa ꝟo natio: quā hæc ætas: inqt Strabo suo æuo gallicam: vel Galaticam vocat Martis studio et animorum ardet impetu: conferendæ pugnæ alacritate impigra: semperq; spectantes in boreā: aut oceano propiores cōferendis pugnis audatiores. e quibus summos Belgas asserunt esse p gentes quindecī diuisos intra rhenū: ac Lygerim vergētes in oceanū: Belgarū fortissimos Belloacos esse dicunt: post istos Vessiones hæc ex Strabonis libro quarto. ¶ Farragine: de hac paulo superius dictus est: ibi scilicet: Frenos audire sonantis. ¶ Lenta: flexibilia: mollia: frutices enim et virgæ lentæ: et molles sunt. ¶ Duris lu. duris frenis a lupinis dētibus dictis. Lupus autem lupatum frenum dicitur. Ouid. in Tri. Et placido duros accipit ore lupos. Et Mar. Mordent Aurea quod lupata cerui. ¶ Cæci amo. Vis magna mentis: blandusq; animi calor Amor est: inquit Seneca in octauia. Est item amor mentis quædā passio ab exterioribus illata: et per sensus corporeos introducta: cecum vero amorem fingunt: vt aduertamus amantes ignorare quo tendant: nulla eorum esse iudicia: nullas rerū distictiones: sed sola passione duci. Charinus autem in mercatore Plauti amorem hæc cōcta vitia sectari solent: inquit Cura: ægritudo: nimia elegantia: insomnia: ærumna: error et fuga: ineptia: stultitia: temeritas: immodestia: petulantia: cupiditas: maliuolentia: desidia: iniuria: Lupus Amor Quid

dia: iniuria: inopia: contumelia: dispendium: multiloquium: paucilloquium: hoc ideo fit: quia nec quæ attingunt ad rem: nec sumptus videt. Amoris item pathos latius ecloga octaua ostendimus. ¶ Stimulos auertere: Columella libro septimo: capitulo vigesimosep-timo scribit. Maxime curandum esse verno tempore anni: vt tam fœminis: quam admissarijs desiderantibus coeundi fiat potestas: quoniam id præcipue armentum si prohibeas: libidinis extimulatur furijs. Vnde etiam veneno inditum est nomen Hippomanes: quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. Equos autem prætiosos reliquo tempore anni remouere oportet a fœminis ne: aut cum volent ineant: aut si id facere prohibentur cupidine solicitati noxam contrahant. Itaq; in longinqua spacia marem placet ablegari: vel ad præsepia contineri.

SER. a ¶ RELEgant: remouent. b ¶ Trans flumina lata: scilicet ne natatus sit facilis. c ¶ Videndo: dum videtur: gerundij modus a passiuo. d ¶ In magna silua: alij sila legunt: vt sit mons lucaniæ: quod modo nulla necessitas cogit: vt in æneide; Ac velut ingenti sila summoue taburno: vbi vtrunq; speciale est. e ¶ Reboant siluæ: resultant: remugiunt. Reboo autem græcum verbum est. Nam

Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relégant[a]
Pascua post môtem oppositû, & trâs flumia[b] lata,
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo[c]
Fœmia, nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illécebris & sæpe supbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna[d] silua formosa iuuenca.
Illi alternantes multa vi prælia miscent,
Vulneribus crebris lauit ater corpora sanguis.
Versáq; in obnixos vrgentur cornua vasto
Cû gemitu. reboât[e], siluǽq;, & magnus olympus.
Nec mos bellantes vnà stabulare, sed alter
Victus abit, longéq; ignotis exulat[f] oris
Multa gemens ignominiam, plagásq; superbi
Victoris; tum quos amisit inultus amores.
Et stabula aspectans[g] regnis excessit auitis.
Ergò omnis cura vires[h] exercet, & inter

apud latinos nullum verbum est quod ante o finales o héat: excepto inchoo. Quod tamen maiores aliter scribebant aspirationem interponentes duabus vocalibus: & dicebant incoho. tria. n. tantum habebant noia: in quibus c litteram sequeretur aspiratio: sepulchrum: orchus: pulcher: ex quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem. f ¶ Exultat: extra solum suum habitat. g ¶ Aspectans: Cicero de Catilina: Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem: quam e suis manibus ereptam luget. h ¶ Vires exercet: ab incultu robur acquirit.

ANT. ¶ VIDENDO: dum videtur. ¶ Illecebris: suasionibus: voluptatibus: blanditijs: sed in malam & bonam partem sunt. Tul. de repu. libro. vj. suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus: idem pro. M. Cæ. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ: & pro Milone quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem. ¶ Subigit: impellit: cogit. ¶ Silua: silua in antiquis semper legi. ¶ Decerne: certare. ¶ Lauit: a lauo lauis præsens est: lauit autem inficit: deturpat. ¶ Obnoxios: contrapositos: contranitentes. ¶ Reboant: resultant per echo: scilicet Magnus olympus: mons est Thessaliæ: qui excellenti vertice tantus attollitur: vt tegmina eius cælum accolæ vocent. ara est in cacumine Ioui dicata: cuius altaribus si qua de extis inferuntur nec difflantur vêtosis spiritibus: nec pluuis diluuntur: Sed voluente altero anno: cuiusmodi relicta fuerint eiusmodi reperiuntur: litteræ in cinere scriptæ ad alteram anni cerimoniam permanent. hæc Solinus: capitulo octauo. ¶ Multa: pro multum. ¶ Ignominiam: est enim hæc nominis nota: atq; macula. ¶ Aspectans: ex patho: et affectione idest.

CHRI. ¶ LAVIT: Præsentis temporis est. Erat enim apud Priscos lauo lauas & lauo lauis. Plautus in pseu. Gestans tabellas eas lachrymis lauis. ¶ Ater: Quia quamprimum venas egreditur contabescens nigrescit: vel quia in Tauro sanguis melenconicus est. descriptio autem huius certaminis: ac deinde fugæ: et postremo reuersionis ad vltiones verbis a militia humana translatis vehementer illustratur. ¶ Aspectans: ex quare exprimitur desiderium. ¶ Ignominiam plagasq;: magnum oportebat esse dolorem in eo qui præter ignominiam: quod victus esset: etiam

graue damnum vulnerum reportaret; super oĩa autem intolerabilis videtur superbia victoris. ¶ Regnis auitis: Durum est exulare: durius ex antiqua patria: durissimũ inde vel vbi maiores sui non vinci: sed regnare consueuerant. Omnia autem quæ hic de certamine: & fuga victi: & de corpore reficiendi: ac de reditu & de vltione vera esse perhibent: Qui de re pastoria scribunt. magno autem ingenio poeta naturam amantium exprimit: vt in secundis rebus obtorpescant: in aduersis aũt magis: magisq; excitẽtur: vt sæpissime victores a victis vincantur. Cum alteri secordiæ: ignauiæq; se dedant & fortunæ successu elati a nullo sibi noceri posse putent. Alteri vrgentibus rebus asperis nihil inausum nihil intentatum relinquant.

SER. a ❡PERNIX: modo perseuerans. Horatius: Pernicis vxor apuli: & est tractum pernix a pernitendo. b ¶ Carice acuta: herba durissima. c ¶ Oblitum: iam securum ex ante acta victoria. d ¶ Fluctus vt in medio: sic paulatim taurus mouet ad prælia. e ¶ Immane sonat: pro immaniter: nomen pro aduerbio. f ¶ Amor omnibus idem: idest in vno quoque genere vnus ẽ amor. i. similis: vt puta in lupis vnus est amor: idest similis. Item in equis: aliisq; omnibus pro qualitate generis sui. sicut alibi ait: Sopor suus occupat artus: idest ipsis aptus. Nam in omnibus animalibus non est amor vnus atq; idẽ: sed in singulis generibus pro qualitate naturæ. g ¶ Oblita catulorum leæna: causa. s. nimij amaris. Leæna aũt græcũ est: sicut dracæna. Nam nos hic & hæc leo dicimus. leænãq; vsurpatum est: quia in o exeuntia fœminina ex se nõ faciũt: vt fullo: latro: leo. h ¶ Informes vrsi: vel magni: vel quia tpe quo nascuntur carent forma. dicitur enim quædã caro nasci: q̃ mr lãbendo in mẽbra cõponit.

Dura iacet Pernix[a] instrato saxa cubili
Frondibus hirsutis, & Carice[b] pastus acuta.
Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventósq; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Post vbi collectum robur, virésq; receptæ,
Signa mouet, præcépsq; oblitũ[c] fertur in hostẽ:
Fluctus[d] vt in medio cœpit cum albescere Põto
Longius, ex altóq; sinum trahit: vtq; volutus
Ad terras immane[e] sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procũbit, at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigrámq; alte subiectat arenam.
Oẽ adéo gen⁹ ĩ terris, hominúmq;, ferarúmq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictǽq; volúcres
In furias, ignémq; ruunt: amor[f] oĩbus idem.
Tempore non alio catulorum oblĩta[g] Leæna
Sæuior errauit campis, nec funera volgo
Tam multa informes[h] Vrsi stragémq; dedẽre

cumbit: decidit. ¶ Adeo: certe. ¶ Amor omnibus idem: idest eodem modo sæuus & vehemẽs. ¶ Leæna: Magna leænis libido coitus: et ob hoc maribus ira. Coitus sentit in adultera leo: totaq; vi consurgit in pœnam: quus pro catulis fœta dimicat oculorum aciem traditur defigere in terras: ne venabula expauescat: Plinius libro octauo. c. decimoquinto. ¶ Vulgo: passim. Leones

¶ Informes vrsi: eorum coitus hyemis initio ambobus cubantibus: complexique pariunt trigesimo die: ac plurimũ quinos: hi sunt candida: informisq; caro paulo muribus maior: sine oculis: sine pilo: vngues tantum prominent: hanc lambendo paulatim figurant: idem libro. viij. Vrsi

PRO. ❡CARIX: herba quæ nascit in paludibus.
ANI. ❡PERNIX: perseuerans. ¶ Carice: herba palustri: teste probo. ¶ Obnixus: incumbẽs: obluctãs. ¶ Lacessit: prouocat: affligit: lacerat. ¶ Proludit. Imaginem quandam veri ludi & certaminis agit. ¶ Viresq; receptæ: legitur & refertæ. ¶ Signa: pugnandi scilicet: vnde a mari sumpsit Metaphoram: nam quum mare in medio albescit: spumas agens: ac paulatim vndas eleuat: inde exæstuat maxime: Sic taurus paulatim signa bellandi mouẽs in hostem postea irruit. ¶ Pro

CHRI. ❡OMNE adeo: Ostendit quam vehemens sit amoris perturbatio. Quæ quidem omni amantium generis communis sit: vt tota tremor pertentet equorum corpora. ¶ Ex vi: scilicet amoris. Aristoteles enim libro de animalibus: affirmat equum salaciorem esse reliquis animalibus: homine excepto. Ipsumq; inire omni tempore & dũ viuit. Quin & equæ: sicut mulieres etiam fœtæ coitum patiuntur. Cætera marem fugiunt: nisi quæ superfœtant: vt lepores. Equæ societate coniunctæ: si equa socia moriatur pullum suum nutriunt. Sunt adeo prolis cupidæ: vt sæpe steriles auferant pullos a matribus: quos tueantur: sed lacte carentes deprauant: quos diligunt ait Aristoteles. Equæ potissimum ex fœminis libidine accenduntur: equiuntq;. Vnde & mulieres libidinosiores equire dicimus.

❡SOLIS:

SER. a ¶ SOLIS: desertis: libyæ astu in aruis feris pentibus plenis. b ¶ Vt tota tremor pertentet equorum Corpora: signatis sermonibus vtitur ad vim amoris exaggerandam: dicens & tota corpora & ptentet. i. penitus tentet: quū dicat leue odorem equarum. c ¶ Si tantum notas odor attulit auras: hypallage est: pro si auræ notum odorem apportauerit. d ¶ Frena virûm: virorum fortium. e ¶ Rupesq; cauæ: ad illud respicit quod supra posuit: Post montes oppositum: & trans flumina lata. f. ¶ Sabellicus sus: sabinus. & est species p genere. dicit autē suem domesticum: quem

Per siluas, tūc sæuos Aper, tūc pessima Tigris.
Heu male tunc Libyæ solis[a] erratur in agris.
Nonne vides vt tota[b] tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum[c] notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iā frena[d] virûm, neq; verbera sæua,
Nō scopuli, rupésq;[e] cauæ, atq; obiecta retardāt
Flumina, correptósq; vnda torquentia mōtes.
Ipse ruit, dentésq; sabellicus[f] exacuit Sus,
Et pede prosubigit[g] terram, fricat arbore costas,
Atq; hic[h], atq; illic, hūerósq; ad vlnera durat.
Quid iuuenis[i], magnū cui versat i ossib° ignē
Durus amor? nempe abruptis turbata pcellis
Nocte natat cæca serus freta, quē super ingens
Porta[k] tonat Cæli, & scopulis illisa reclamant
Aequora, nec miseri[l] possunt reuocare parētes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.

quod ōndit equorū furorē: cū flumina etiam rapidissima tranent. ¶ Sabellicus sus: species est pro genere. Sed de sabellis videto lati us li. ij. Geor. Pubemq; sabellam. Suilli tñ pecoris admissura a Fauonio ad æquinoctium vernum impletur vno coitu. Plini. lib. viij. & Varro li. ij. ca. quarto pluria. ¶ Prosubigit: effudit. Humeros durat l luto volutatio suibus gratissima: vt scribit Pli. & Colu. li. viij. ¶ Quid iuuenis: agit supple. ¶ Nocte natat: allusio ē ad Leandrū. i. s. aūt apud Oui. ad Hero suam scribēs: sic ait: Nox erat incipiens (nanq; est meminisse voluptas) Quū

el curem vocant. nā de apris supra ait: Tūc sæuus aper. hoc. n. vult probare non tm̄ feras: sed etiam mansueta aīalia amore in furores moueri. g ¶ Et psubigit terrā. i. fodit: & pedibus impellit alternis: qd pugnaturi sues facere consueuerunt ad acquirendum robur: vñ & latera & costas terentes durant ea in futura certamina. h ¶ Hinc atq; hinc: & ad pedus motum & ad attritionē costarū. i ¶ Quid iuuenis: ne forte occurrat illa aīalia carere rōne: dicit & grauius hoīes in amores commoueri. fabula talis est. Leander abydenus & Hero Sestias fuerunt inuicem se amantes. Sed Leander ad Hero noctu ire consueuerat p fretum hellesponticū: qd Seston & Abydon ciuitates interfluit: quum igitur iuuenis oppressi tempestate cadauer ad puellam delatum fuisset: illa se pcipitauit se e turri. k ¶ porta tonat cæli: aer nubibus plenus: per quem iter est ad cælū. l ¶ Miseri parentes. l. affor parentū.

PRO. ¶ SABELLI: gens est Italiæ coniuncta mari: vbi maxima copia aprorum est.

ANT. ¶ TIGRIS: de tigribus videto ecloga quinta. ¶ Heu male tunc libyæ solis erratur in agris. i. desertis. hoc autē propter varias feras dixit poeta: Nam vt scribit Stra. li. xvij. multa libyæ loca: quæ habitari possent: non habitātur propter feras: maximaq; mediterranea pars: & regio circa oceanum deserta est: Multum quoq; torrida zona occupat. ¶ Torquētia: voluētia. ¶ Montes: ingētes lapides: pp

foribus patriis egrediebar amans. Nec mora depositio pariter cum veste timore: Iactabam liquido brachia lenta mari. ¶ Freta: Hellespontum intelligit: de quo Soli. capi. decimo inquit. Ille autem magnus Hellespontus stringitur in stadia septem: quibus ab Europa Asiaticam plagam vindicat: hic quoq; vrbes duæ: Abydos asiæ: & Sestos europæ. Leander autem abydo discedens Seston per Hellespontum ad Hero nauigabat. Hinc ait ipsa: Quid referas quoties do vestibus oscula: quas tu hellespontiacas ponis iturus aq̄s. ¶ Porta tonat cæli: ianum quidam solem demonstrare volunt (vt scribit Mac. lib. sat. j.) & ideo geminum: quasi vtriusq; ianuæ cælestis potentem: qui exoriens aperiat diem: occidens claudat. et apud Ouidi. lib. j. fast. ipse ianus ait: Præsideo foribus cæli cum mitibus horis: Et redit officio iuppiter ipse meo. Ianus
Porta itaq; cæli duplex est oriens: & occidēs: de qbus li. j. geor. sic ait Maro: At boreæ de parte trucis quum fulminat: Et cuj euriq; zephyriq; tonat domus. omnia plenis Rura notant fossis. ¶ Illisa: impulsa. ¶ Moritura virgo: Hero Leandro scribens ait: Si tibi non parcis: dilectæ parce puellæ. Quæ nunq; nisi te sospite sospes erit.

¶ QVID iuuenis: Leandrum abidenus intelligit. Hoc exēplo docet tantā esse vis amoris: vt et in quo rō est: illi repugnare no possit. Fabulā hāc describit Musæus græcus poeta. CHRI.

SER. a ¶IMBELLES: licet sint imbelles: tamen mouentur ad prælium. b ¶Furor est insignis equarũ: notabilis & præcipuus. c ¶Potniades: potnia ciuitas est: de qua fuit Glaucus: qui quum sacra Veneris sperneret: illa irata equabus eius immisit furorem: quibus vtebatur ad currum: & eum morsibus dilacerauerunt. Ordo autẽ talis ẽ: Quo tempore Glauci mẽbra malis absumpserunt Potniades quadrigæ. hoc autem ideo fingitur: quod eis furorem Venus immiserit: quia dilaniatus est Glaucus: effrenatis nimia cupidine equabus: quum eas cohiberet a coitu: vt essent velociores. d ¶Trans gargara: transq; sonantem Ascanium: gargara pro quibuslibet montibus: sicut Ascanium: pro quibuslibet fluminibus posuit: quod & sequentia indicant. e ¶Superant montes & flumina tranant: ore omnis versæ in zephyrum: hoc etiam Varro dicit in Hispania vlteriore verno tempore equas nimio ardore commotas contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandum calorem: & eas exinde concipere & edere pullos: licet veloces diu tamen minime duraturos. Nam breuis ad modum vitæ sunt.

Quid Lynces Bacchi variæ? & gen⁹ acre Luporum?
Atq; canum? quid quæ ibelles[a] dãt prælia cerui?
Scilicet ante omneis furor[b] est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tpe Glauci
Potniades[c] malis mẽbra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans[d] Gargara, transq; sonãtem
Ascanium: superant[e] monteis: & flumina tranãt.
Cõtinuoq; auidis vbi subdita flãma medullis
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ
Ore omnes versæ in Zephyrũ stãt rupibus altis,

animal est simplex & omnium rerum miraculo stupens: Plinius libro octauo. ¶Furor equarum: videto paulo superius ibi: Stimulos auertere amoris: quid ex Columella dixerim. ¶Mentem: voluptatem: & appetitum libidinis. ¶Potniades: non longe thebis in bœotia sellis est & fõs Dyrce et Potnia: in quibus obuenere: quæ ꝺ potniado glauco fabulæ vulgant: illum potniades discerpserint equæ: Strabo scribit lib. nono: Probus do inquit: quod Potnia vrbs est bœotiæ: vbi Glaucus Sisyphi filius: & Meropes: vt Asclepiades libro primo ait: habuit equas: quas assueuerat humana carne alere: quo cupidius in hostem irruerent. Ipsum autem cum alimenta defecissent deuorauerunt. in ludis funebribus peliæ.

¶Quadrigæ: de ijs videto superius in lib. primo georgicorum. ¶Gargara: de ijs iter videto libro primo georgicorum. Mirantur gargara messes. ¶Ascanium: Strabo libro decimoquarto scribit: Ascanium fluuium ex Ascanio Mysiæ lacu defluere. ¶Versæ in zephyrum: in fœtura res incredibilis est in Hispania: sed ẽ vera: quod in Lusitania ad Oceanum quadam e vento certo tempore concipiunt equæ: vt hic gallinæ quoq; solent quarum oua hipenemia appellant: sed ex ijs qui nati pulli non plus triennium viuunt: hæc Varro libro secundo: capi. primo. Columella q; libro septimo: ca. xxv. ait: Notissimum etiam esse in sacro monte hispaniæ: qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum: frequenter equas sine coitu ventum pertulisse: fœtũq; educasse: qui tamen inutilis est: quod triennio priusq; adolescat: morte absumitur.

PRO. ¶QVO tempore. g. potniades malis. m. abs. q. Potnia vrbs est bœotiæ: vbi Glaucus Sisyphi filius: & Meropes: vt Asclepiades in tragodumenon lib. j. ait: habuit equas: quas adsueuerat humana carne alere: quo cupidius in hostem irruerent: & perniciosius. Ipsũ autem quum alimenta defecissent: deuorauerunt in ludis funebribus Peliæ. Quidam autem has equas Diomedis fuisse: quas Hercules ad Eurysthea pduxerit: & ab Eurystheo et Sisypho distractas: eumq; filio suo dedisse.

ANT. ¶LYNCES bacchi: videto ecloga quinta in illo versu daphnis: & armenias. coeunt autem lynces auersi: vt camelli: leones: elephãti: tigres: auctor est Soli. ¶Genus acre luporum: coeunt lupi toto anno non amplius dies. xij. vt Soli. & Plini. scribunt. ¶Atq; canũ: canum iusta ad pariendum annua ætas: gerunt in vtero sexagenis diebus: gignunt cæcos: nec vlli præter hominem memoria maior: Plinius libro octauo. ¶Quid: ordo est: quid cerui imbelles: quæ prælia dant: vel quid pro &. ¶Cerui: a conceptu separant se ceruæ: at mares relicti rabie libidinis sæuiunt:

CHRI. ¶QVID lyn. Non idem sunt lynces: & ceruarij lupi: vt multi crediderunt. Nam Pli. cum de lupis tractet ait: sunt in eo genere: qui ceruarij dicantur: qualem e Gallia in Pompei magni arena spectatum diximus: Huic quis infame mandenti: si respexerit obliuionem cibi surrepere aiunt: digressumq; quærere alium. Lyncus autem humor ita redditus vbi gignũtur glaciatus arescit in gemmas carbũculis similes: & igneo colore fulgentes durescit. norunt h lynces: & inuidentes vrinam terra tegunt: sed eo celerius solidatur. lyncas vulgo frequentes in æthiopia gigni ait Pli. & multa alia monstrosa animalia.

¶EXCEPTANT:

Exceptántq;[a] leuets auras, & sæpe sine vllis
Coniugijs vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos, neq; Solis ad ortus.
In Boreā, caurúmq;[b], aut vnde nigerrim[9] auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore Cælum.
Hinc demuz[c] Hippomanes, vero qđ noie dicūt
Pastores; lentum[d] distillat ab inguine virus.
Hippomanes quod sæpe malæ legêre nouercæ,
Miscuerúntq;[e] herbas, & non innoxia verba.
Sed fugit interea; fugit irreparabile Tempus,
Singula[f] dum capti circū_uectamur amore.
Hoc satis armentis superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtásq;[g] capellas.
Hinc labor[h], hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec suz animi dubius verbis ea vincere magnū
Quā sit, & angustis[i] hunc addere rebus honoré.

SER. a ¶EXCEPTANT: frequenter accipiunt. b ¶ Caurum: pro corum: sicut saurex pro sorex: caulis pro colis. c ¶ Hinc demū hippomanes: Scit lectum esse apud Hesiodum herbam esse quādam: quæ hippomanes vocatur: quasi ἱππομανία. si enim eam comederint equi furorez patiuntur. vnde nunc adiecit Vero qđ nomine dicunt. Naz vult illam herbam abusiue hippomanes dictaz ab equoruz furore & insania: quus possint eq furere: & alia q̄cunq; ratione. Re uera autez hippomāes dicit eē virus defluens ex equa sūi inguinibus. quo tépore fezuntur amoris furore & īsania vt sit hippomanes virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου. d ¶ Lentum virus: viscidum: glutile. Theocritus autez herbā dicit nasci in Arcadia: qua gustata equæ in libidinem ardescunt. & Theophra. Carunculum in frōte equi. e ¶ Miscueruntq; herbas: exprimit augmentum malitiæ nouercarum: quæ virus herbis & cātibus herbarum augmentant venena. f ¶ Singula duz capti: dū speciatim singula describim[9]. g ¶ Hirtasq; capellas: setosas: vt Hirsutumq; supercilium. h ¶ Hinc labor: ad tuenda imbecilliora animalia. i ¶ Et angustis hunc addere rebus honorem. i. humilē materiam alto sermone decorare. Sic illud in quarto est: In tenui labor: at tenuis non gloria.

PRO. ¶HIPPOMAnes qđ. s. m. l. n. Hippomanes nūc significat id quod ex Inguinibus defluit equarum: qđ datum amatorium & furorem facit: si aut intempestiuuz est: aut excedit modum. Theocritus herbam esse dicit: quā equi si gustauerint efferantur.

ANT. ¶ CAVRVMq;: Fauonius: qui ab græcis zephirus dicitur ab occasu æquinoctiali flat: corus vo: qui Argestes aliter ab occasu solstitiali. Pli. li. ij. ca. xlix. grandines septētrio importat: & corus: siccus est corus præterq; desinens: antea caurus dictus est: vt aiūt. ¶ Auster: de hoc supius. Hinc ex furore libidinis.

Fauoni[9]
Corus

¶ Hippomanes: scribit Pli. libro. viij. equis amoris innasci veneficiū: Hippomanes appellatum: in fronte: in caricæ magnitudine colore nigro: qđ statim edito partu deuorat fœta: aut partum ad hubera non admittit: si quis præreptum habeat. dicitur aūt ab hippō. idest equorūz: & mania furia: insania. Est itez hippomanes virus stilās ab inguine eq̄ libidinis furore extimulatæ: vt hic etiaz apparet. ¶ Legere nouercæ. Iuue. item sat. vj. Hippomanes: carmenq; loq̄r coctumq; venenum: Priuignoq; datū. Fugit irreparabile tépus. Ouid. quoq; lib. iij. de arte inqt: Ludite cunt āni more fluctis aquæ Nec quæ præterijt iteruz reuocabitur vnda: Nec quæ pterijt hora redire potest. Et Seneca ad Luciliū: epistola prima ait. Omnia mi Lucili aliena sunt: tēpus tm̄ nostrum est. ¶ Capti amore: ducti voluptate: & delectatione. ¶ Hinc: e gregibus. ¶ Labor: subit. s. ac sequitur. ¶ Verbis vincere: laudib[9] extollere. est. n. difficile minima laudibus ostendere maxima: qđ qui exequunt probandi sunt. hic ait lib. sequenti de apib[9]: in tenui labor: at tenuis non gloria.

CHRI. ¶VENTO gra. Cōstat In lusitania circa Lixiponē vrbem: & Tagū amnem equas fauonio flante obuersas aīalem concipere spiritum: idq; partum fieri: & gigni pnacissimum ita: sed triennium vitæ nō excedere ait Pli.

¶ Hippomanes: ait Arist. equas cū equiunt relictis socijs ex aduerso aquilonis: aut austri currere: nec quenq; appropīquare sibi patι: donec vel defatigatæ cōsistant: vel ad mare pueniant: tumq; aliquid emittere q hippomanes appellatur: eodem: quo illud quod nascitur nomine. Tale autē hoc est: quale illud suis: q apriā vocat: sed hoc præcipue ad amoris beneficia petitur. Equaruz libido eodem Aristo. teste tonsa iuba extinguitur. Pli. autem scri. & sane equis amoris inasci veneficium Hippomanes appellatuz in fronte caricæ magnitudine colore nigro: qđ statiz edito partu deuorat fœta: At si præreptum sit partum ad hubera non admittit.

Sed me[a] Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor, iuuat ire iugis[b] qua[c] nulla priorũ
Castaliam molli[d] diuertitur orbita cliuo.
Nunc[e] venerãda Pales, magno nũc ore sonãdũ.
Incipiens stabulis[f] edico in mollibus herbam
Carpere oues, dũ mox frondosa[g] reducit æstas.
Et multa duram stipula, filicũmq; maniplis
Sternere subter humũ, glacies ne frigida lædat
Molle pec[u], scabiẽmq; ferat, turpẽsq;[h] podagras.
Post hinc[i] digressus iubeo frondentia Capris
Arbuta sufficere, ⁊ fluuios[k] præbere recentes.

SER. a ❡SED ME Parnassi deserta per ardua: p parnassi ardua heliconem ⁊ citherones mõtes musis dicatos significat. ⁊ hoc dicit scribendi amor rapit me ad opus arduũ: ⁊ antea nullo descriptũ: qđ per periphrasim: ⁊ allegoriam poeticaꝫ indicat. b ¶ Iugis: per iuga. c ¶ Qua nulla priorũ. i. dispono ire ad fõtem castaliaꝫ: per eam viam per quã nullus ante egit orbitam suam. Ordo aũt est Qua nulla priorum orbita castaliã diuertitur. d ¶ Molli cliuo. i. facili itinere: ⁊ descẽsione: hic auteꝫ locus totus de Lucre. translatus est. e ¶ Nunc veneranda pales. i. dea pabuli inuocanda nunc maxime. f ¶ Stabulis i mollibus: clementiorib⁹: ⁊ aeris tẽperati: vel propter plagã australem: vel ꝓpter suppositas herbas alalibus. g ¶ Frõdosa reducitur æstas. i. donec vernum tempus adueniat. Nam vt etiam in primo diximus: ver ⁊ æstas sicut hyemes: ⁊ autumnus vnum fuerunt scđm rationem hemisperij. h ¶ Turpesq; podágras: respexit ad curam: q̄ sine pannis ⁊ medicaminibus sordidis non fit. i ¶ Post hinc: quũ hoc feceris: ⁊ post hic vnum vacat: sicut primus ibi ante omnes. k ¶ Fluuios præbere recentes: idest aquam statim haustam. Nam si pigram potauerint: morbum statim contrahunt.

PRO. ❡CASTALIAM: Castalius fons est delphis in Apollinis oraculo qui abluit ipsam aram Dei: dictus a castalio delphici Apollinis filij nepotis Neptuni. Apollo autem dr musigetes: quia musis sacrum existimetur. vt Lutatius in primo cõmunis historiæ ait: qui deorum curam egerat.

ANT. ❡PARNASSI ardua deserta: Parnassus mons est Phocidis: q vniuersus ꝯsecrat⁹ exi stit: estq; in eo rupes q̄dam prærupta frondosam relinquẽs vallẽ: quæ rupes Cyrphis vocatur: saxea ⁊ nubib⁹ pulsat: Stra. li. ix. ¶ Sed me parnassi: sensus est: q̄uis difficile sit angusta laudibus extollere: attamen iuuat euꝫ ductum amore gloriæ talia exequi: ⁊ Parnassum ascendere per aliam viam: quaꝫ alij vates ascenderint: hoc est scribendo quæ ab alijs non ita tractata fuerant. ¶ Iugis: per iuga. i. cacumina parnassi. ¶ Qua: via supple.

Parnas sus

cyrphis

Orbita ¶ Orbita: idest iter vel cursus: est enim orbita proprie vestigiuꝫ rotæ: ab orbe dicta. ¶ Diuertitur: voluitur: tendit. ¶ Molli cliuo: facili ascensu. ¶ Castaliam: castalia fons est in parnasso: ad fines cuius fontis delphi vrbs locata erat Strabonis tempore: vt ipse docet libro. ix. Probus ait: quod castalius fons est delphis in apollinis oraculo: qui abluit ipsam aram dei. ¶ Magno ore: res enim minime extollende sunt. ¶ Stabulis in mollibus: idest mitibus: ⁊ temperatis; non frigidis: Hinc Varro libro ij. capitu. ij. ait: de ouibus: Primus ꝓuidendum: vt totum annum recte pascantur intus ⁊ foris: stabula idoneo loco: vt sint nec ventosa: quæ spectent magis ad orientem: q̄ ad meridianum tempus: vbi stent solũ oportet esse eruderatum ⁊ procliuum: vt euerri facile possit: ac fieri purum: non enim solum huligo lanam corrumpit ouium: sed etiam vngulas: ac scabras fieri cogit: quum aliquot dies steterunt: subijcere oportet virgulta alia: quo mollius requiescant: purioresq; sint: libenti⁹ enim ita pascuntur: faciendumq; septa secreta ab alijs: quo enitentes secludere possis: iteꝫ quo corpore ægro: hæc magis ad villaticos greges animaduertenda. contra illæ: quæ in saltibus pascuntur: ⁊ a tectis absunt longe: portant secum crates: aut rætia: quibus cohortes in solitudine faciant. ¶ Frondosa æstas: non ver intelligit: sed æstatem ipsam quæ quidem incipit. vij. idus Maij. Ver autem. vij. idus februarij quo tempore etiam niues ⁊ frigore vigere solent: vnde ⁊ Varro dicto libro ait: ꝙ sibi greges in Apulia hibernabant: qui in rheatinis montibus æstiuabãt. ¶ Molle: debile. ¶ Turpesq; podagras: turpes efficientes. Podagra autem componitur a podos. i. pedis ⁊ agra captura: aut præda: agria ꝟo dolor dicitur. Ponitur item podagra quandoq; pro laqueo seu pedica ꝙ podas: idest pedes agreuci. i. capit. ¶ Frondentia arbuta: capræ potius siluestribus delectãtur saltibus quam pratis: studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur: atq; in locis cultis virgulta carpunt: itaq; a carpendo capræ nominatæ: sic Varro scribit libro scđo cap. iij. meminit: ⁊ similia fere Columella libro septimo de capris.

castalia

Delphi

padagra

Capræ

CHRI. ❡CASTALIAM: a Castalio filio Apollinis fons est musis sacer.

❡STABVLA

Et stabula[a] a ventis hiberno[b] opponere Soli
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit[c], extremoque[d] irrorat Aquarius anno.
Hæc quoque[e] non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor vsus erit, quamuis milesia[f] magno
Vellera mutentur tyrios[g] incocta rubores.

SER. a CSTABVLA a ventis: figurate scilicet ventos non perferentia. b Hiberno soli: idest contra plagam meridianam: per quam sol currit per hyemem: quod explanat dicens: Ad medium conuersa diem. c Iam cadit Aquarius: mense ianuario: cadit: idest occidit occasu: scilicet heliaco: qui est oriatur Cosmice cum sole: tamen occidit heliace: quoniam a nobis videri non possunt signa cum sole orientia: quod nunc Virgi. ait: Iam frigidus Aquarius cadit. Aquarius autem multi Ganimedem esse volunt. d Extremo anno: idest mense Ianuario: qui est penultimus. Nam vt etiam in primo diximus: Vt primis extemplo a mensibus anni: Martio mense inchoabat annus apud maiores. Ergo extremo anno dicit extrema parte anni. e Hæc quoque non cura: quum de capellis loquitur figurate neutro vsus est genere: nam integrum erat: Hæ quoque non cura nobis leuiore tuendæ. Sane perite: quoniam scit planam esse ouium vtilitatem: eas præterit: et exaggerat meritum capellarum: vt dictis in lucem promat rem per se minus patentem. f Milesia magno Vellera mutentur: lanæ preciosissimæ: nam miletus ciuitas est asiæ: vbi tinguntur lanæ optimæ. Ipse in quarto Milesia vellera nymphæ Carpebant. Cicero in Verrem: Quid a milesijs lanæ sustulerit. Magno autem mutentur: ingenti precio comparentur. Nam apud maiores: omne mercimonium in permutatione constabat: quod et Caius homerico confirmat exemplo. g Tyrios incocta rubores: figurate: idest quæ coquendo tyrium traxit ruborem: idest migrauit in purpuram.

la libro decimosecundo capitulo secundo. Quum frigidus olim: ordo est quum olim frigidus iam cadit: quum enim occidit non ita frigidus esse videtur: est autem Aquarius frigidus et hyemalis: vt etiam asserit Ptolemeus libro primo: quatuor partium hinc Saturno assignatus. Extremo anno: secundum illorum opinionem locutus est: qui annum a martio incipiebat: hoc enim pacto Aquarius et Pisces in extremo anno esse videntur: Olim vero Aquarius et Pisces vnum sydus erant: vt Scorpius et Libra: vel Aquarius vltimum ait: quia ver Piscibus incipit in primo mobili: de quo etiam Manilius. Hæc quoque caprina: videlicet pecora. Vsus: vtilitas. Milesia vellera: miletos Ioniæ caput Cadmi olim domus: sed eius qui primus inuenit prosæ orationis disciplinas: Solinus auctor capitulo trigesimoseptimo. Strab. vero lib. decimoquarto scribit: Miletum a Neleo conditam: qui genere Pylius fuit. Erat autem optima vrbs atque clarissima: ex qua oriundi fuere viri memoratu digni: Thales vnus ex septem sapientibus: qui primus physiologiæ ac mathematicæ auctor fuit inter græcos. Thales Anaximander eius discipulus et Anaximandri Anaximenes. Item Hecateus qui historiam scripsit. Aeschines orator qui assumpta nimia erga Pompeium magnum licentia missus est in exilium. Aeschines Magno mutentur: grandi precio mutentur alijs scilicet mercibus: vt olim fiebat. Milesia vellera: textium lanæ locum milesiæ oues obtinent: plinius scribit libro octauo capitulo nono. Tyrios rubores: purpureum liquorem intelligit de quo videto libro secundo Georgicorum. Et serrano dormiat ostro.

PRO. CAQVARIVS: hyeme: et pisces fiunt ab eis. Ver incipit: hæc est Ariete.

ANT. CSTABVLA a ventis: scilicet remota stabulatur caprinum pecus: melius ad hibernos exortus. Caprile autem lapide: aut testa substerni oportet: quoniam intus sit vliginosum ac lutulentum: foris quum est pernoctandus: substernimus virgultis ne oblinantur Varro libro secundo. Aquarius decimoseptimo calendas februarij sol in aquarium transit: et decimoquinto calen. Februarij Aquarius incipit oriri: ventus aphricus tempestatem significat. Nonis februa. mediæ partes Aquarij oriuntur ventosa tempestas. Quintodecimo calen. Martij Sol in pisces transitum facit: hinc occidit Aquarius: auctor Columel.

CHR. CEXTREMO Aquarius anno: nam si principium anni est Aries: Aquarius qui vndecimus est in zodiaco est pene in fine anni. Hæc: Cstabula caprarum non sunt minori cura tuenda quam ouium licet non ferant lanas: vt oues sed tamen in Cilicia vt refert Aristoteles: tondentur vt oues. Milesia vellera: miletum in Ionia condidit Neleus: qui genere pylius fuit. Ephorus autem scribit cretenses: prius eam supra mare condidisse: vbi nunc antiqua miletus est: atque habitatores ex Mileto cretensi a Sarpedone deductos: et vrbi nomen impositum a Mileto quæ in Creta est: cum prius lelegea locum tenerent: postea Neleus hanc nouam condidisse.

SER. a ❡DENSIOR hinc soboles: binos enim pariũt capellæ plerunq;. b ❡Mulctra: vas I quo lac p̃mitur. c ❡Barbas: sic de quadrupedibus: Nã hominũ barbã vocamus. Incana autem dicit nimiũ cana. d ❡Cinyphij hirci: libyes a fluuio cinyphe. e ❡Miseris nautis: qa frequenter patiũtur pericula. f ❡In vsũ autem castrorũ id dixit: quia de ciliciis & poliũtur loricæ: & tegunt tabulata turriũ: ne iactis facib⁹ ignis possit adhærere: & bene laudat capellas dicẽs: cilliciorũ vsum & in mari & in terra prodesse mortalib⁹: hoc ẽ in duobus elemẽtis cõcessis hõibus: itẽ Cilicia q̃ celsus ait: retulisse Varronẽ: ideo sic appellari: q̃ vsus eorũ I Cilicia ortus est. g ❡Pascunt siluas: & pasto & pascor illam rem dicimus. h ❡Sũma lycæi: montis arcadiæ: & ẽ species p genere. i ❡Suosq; ducũt: educũt fœtus pprios: & nutriunt: vnde & educatos dicimus.

Densior[a] hinc soboles, hinc largi copia lactis,
Quàm magis exhausto spumauerit vbere mulctra[b],
Læta magis pressis manabunt vbera mammis.
Nec minus interea barbas[c], incanáq; menta
Cinyphij[d] tondent Hirci, setásq; comanteis
Vsum[f] in castrorum, & miseris[e] velamina nautis.
Pascuntur[g] vero siluas, & summa[h] Lycæi.
Horrenteisq; rubos, & amanteis ardua dumos.
Atq; ipsæ memores redeunt in tecta, suósq;[i]
Ducunt, & grauido superant vix vbere limen.
Ergò omni studio glaciem, ventósq; niuales,

SER. a ¶ NVMINA leua:prospera.vt alibi: Intonuit leuum. alibi aũt hoc i malũ ponit:vt cũ dicat: Sæpe malũ hoc nobis si mẽs nõ leua fuisset: De cælo tactas memini prædicere quercus. b ¶ Auditq; vocatus apollo:aut q̃ũ poeta Apollinem inuocat: aut quasi pastoralẽ deum. c ¶ Nã Apollo Nomius dicit ἀπὸ τῶν νόμων.i. pascuis. d ¶ Principio sedes:dicit vbi aluearia ponẽda sint:in qua re satis peritẽ:⁊ ea quæ abesse debeant:ne noceant apibus:⁊ q̃ debeant adesse commemorat. Sane quoniam supra ait: Magnanimosq; duces:ideo intulit modo Sedes:statioq;:quã trãslationem diligenter reseruat. e ¶ Hædiq; petulci:lasciui ⁊ exultãtes.⁊ petulci dicti ab appetendo:vnde ⁊ meretrices petulcas vocamus.

PRO. ¶ PETVLCI:lasciuientes hædi.

ANT. ¶ NVMINA leua sinũt.i.aduersa: nã deos quosdã vt ꝓdessent celebrabant : quosdã vt ne obessent placabant:propterea Virgilium quoq; aiunt:Numina leuã in georgicis deꝓcari significantem:quandam vim esse huiusmodi deorũ in lædendo magis q̃ iuuando potentem. Gellius libro quinto capitulo. xij.

¶ Sedes apib⁹: sedes apib⁹ collocanda est cõtra brumalem meridiem procul a tumultu ⁊ cœtu hominum ac pecudum: nec calido loco:nec frigido:nam vtraq; infestantur:hæc autem ima parte sit vallis:sic enim facilius apes scandunt quum ꝓdeunt pabulatum : cum onere autem per ꝓcliuia nõ ægre deuoluant. Columel.libro.x. capitulo quinto. ¶ Hædiq; petulci:hoc epitheton primus Lucretius vsus est:dixit enim libro secundo. Præterea teneri tremulis in vocibus hædi Corniferas norunt matres: agniq; petulci. Macrobius libro sexto. ¶ petulci:lasciui.

CHRI. ¶ NVMINA le. Seruius ait:leua.i. ꝓspera: hoc dici in augurijs placet. De qua re alio loco dictum est. Sed in cæteris rebus nunquã legi leuã pro prospero. Placet ergo q̃d refert: Gellius cum dicere numina leua:non deos quos vt prodessent celebrabant: Sed eos quos cum nocendi potestatem haberent:ne obessent placabant. ¶ Principio: iure a principio eligit locum ⁊ præparat ⁊ materiam: ostendit quibus in locis constituenda sint apiaria.

Floribus insultent, aut errans Bucula campo
Decutiat rorem, & surgenteis atterat herbas.
Absint & picti[a] squallentia terga Lacerti
Piguib[a][b] à stabul', Meropésq;[c], aliǽq; volúcres
Et manibus[d] Progne pectus signata cruentis[e].
Omnia nam late vastant, ipsásq; volantes
Ore ferunt dulcem[e] nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, et tenuis[f] fugiens per gramina riuus,
Palmáq; vestibulū, aut igés Oleaster obūbret,
Vt cum prima[g] noui ducent examina reges

SER. a ¶ PICTI terga lacerti: picta terga habētes.
b ¶ Pinguibus a stabulis: plenis: sicut etiam
ecōtrario inanes res tenues dominam' ecō
trario. c ¶ Meropesq; aliæq; volucres: dicē
do aliæq; volucres ostendit & meropes esse
aues: sunt autē
virides & vo
cātur apiastræ:
quia apes co
medūt. d ¶ Et
manib' pgne:
nomen posuit
pro nomine.
Nam philome
na in hirundi
nem versa ē: p
qua Prognem
vel quasi soro
rem posuit: vl'
quasi eam quæ
fuerat illius sce
leris causa: nā
ipsa miserat Tereum ad ducendas sorores.
e ¶ Dulcem nidis immitibus escam: idest
crudelibus pullis: qui apum morte nutriun
tur. f ¶ Et tenuis fugiens: suspendendū est
tenuis: ne incipiāt esse duo epitheta: qđ apud
latinos constat esse vitiosum. g ¶ Prima:
pro primū: nomen pro aduerbio.
PRO. ¶ AVT ERRANS bucula. c. vaccā dicit.
Meropesq; a. q. v. Meropes dīr aues: quas
in Italia vocant barbaros: quarū vox quia
multiplex capit partitiones vocis meropes
appellantur græce à merismo: quem græci
vocant: nos partitiones vocis: quā idē ὁ πα
dicunt glossematicos. ¶ Et manibus pgne
p. s. c. Hirundo quondam progne Pandionis
filia: quæ quum filium suū Itym coniugi p
epulis apposuisset: propter quod in auē muta
ta est: iō dixit. Et manib' Progne. p. s. c. in hi
rundinē Philomela fert ab alijs nō pgne vsa.
ANT. ¶ INSVLTENT: isiliant. ¶ Bucula: a boue
diminutiuum est. ¶ Surgēteis: crescenteis.
Squallentia: splendida. ¶ Pinguibus: pīguia
Meropes ppter mel alt. ¶ Meropesq;: hæ aues cuna
bula in terra faciunt: corporis grauitate pro
hibitæ sublime petere: genitores suos recō
ditos pascentes: pallido intus colore penna
rū superne cyaneo: priori subrutilo. Nidifi
cant in specu sex pedum de fossa altitudine:
Pli. li. x. ca. xxxix. aliter gauli dicunt: vt aiūt
vulgo etiā ieuoli. ¶ Progne: in hirundinem
Philomela fertur ab alijs: non Progne versa.
Id autem Varro etiam asserit: dicit enī: Lu
sciola q luctuose canere existimat: atq; esse
ex Attica Progne in luctu facta auis. Latius
tamen de Progne videto lib. vj. metamor.
¶ Pectus signata: occiderat enī Itym filium.
Hinc ait etiam Oui. neq; adhuc de pectore
cædis excessere notæ: signataq; sanguie plu

ma est. ¶ At liqdi fontes: Varro et lib. iij. ca
pi. xvj. docet: prope aplarium debere esse lo A pum
ca vbi pabulum sit frequēs & aqua pura. Si Sedes
pabulū naturale deest serenda sunt rosa: ser
pillum: apiastrum: papauer: faba: lens: pisum:
ocymum: me
dica. maxime
cytisum: quod
valentibus vel
lissimum ē: et
enim ab æqui
noctio verno
florere incipit:
& permanet ad
alterū æquino
ctium autum
ni: sꝫ vt hoc ap
tissimum ad sa
nitatem apibꝰ
sic ad mellifi
ciū Thymum.
¶ Musco: vi
ridi lanugine.
¶ INSVLTENT: Verbum hostile posuit vt CHRI.
ostenderet nocumentū. ¶ Rorem: vñ ē mel
futurū. ¶ Petulci: Lasciui: Nā petulcus a pe Petulci
rendo est: petit enī aut vnde nō oportet: aut
plusq; oportet. ¶ Decutiat: Quatere cōmo Quatere
uere est: inde quasso. Decutere autē est qua Decute
tiendo rem: id qđ in ea est deicere excutere re
idem pene est: Hinc dicimus equum equitē Excutere
excussisse: qm dū se quatit illum deijcit. Cō Côcute
cutere ē vndiq; quatere: Hinc dicimus cōcu re
tere ciuitatem: cum aut pauore: aut grauiori
quadā perturbatione vehementer cōmoue
tur. Discutere postremo est cūrē ita vndiq; Discute
quatimus: Vt si quid in ea latebat veniat ī lu re
cem: Vnde dicimus litē esse discussas. ¶ La
certi: Stelliones inimicissimi cocleis sunt:
negantur semestres vitas excedere ī arabia
cubitales reperiunt. in Nysū vo indiæ mō
te. xxiiij. pedum in longitudine conspiciunt
colore fului: aut puniceī: aut cærulei. ¶ Sql
lētia: nitētia: varijs maculis. De squallore aūt
dicetur in æneī. ¶ Et manibus Progne. Pā
dionis Athenarū regi filia fuit progne. Hæc
tereo thracensi regis nupsit: Verū cū ille eius
sorori Philomelæ vim intulisset: ac mox lin
guam procidisset: ne illa scelus queri posset:
Progne Itim cōmunem filium patri Tereo
epulandum posuit. Parabat in mulieres vl
tionē re intellecta Tereus. At dij misericor
dia moti ipsum in Vpuppam. Itim filium ī
Fasianum. Prognem in hirundinem. Philo
melam in luscinam cōmutauere. Dicuntq;
Prognem habere purpureum e sanguine in
terēpti filij. ¶ Dulcem immitibus: iucūdio
rem reddunt orationem: contraria verba vt
sunt dulce & immite. Præterea concitatur
commiseratio: q tam nobile insectus. Esca
sit inutilis

fit inutilis pene auibus. ☞ Meropes: aues sunt quas Italia appellāt barbaros a partitione cantilenæ: & vt ait Plinius: quia corporis grauitate in sublime ferri prohibent: in terra nidificant. Genitores suos reconditos aliæ pallido intus colore pēnarum: superne cyaneo priori subrutilo: nidificat in specu sex pedū defossā altitudine.

Vere suo[a], ludétq3 fauis emissa iuuentus,
Vicina[b] inuitet decedere ripa calori,
Obuiáq3 hospitijs teneat frondentibus arbor.
In mediu3[c], seu stabit iners[d], seu ꝓfluet humor;
Transuersas Salices, et grandia conijce saxa,
Pontibus[e] vt crebris possint cōsistere, & alas
Pandere ad æstiuum Solem, si forte[f] morantes
Sparserit, aut ꝑceps Neptuno[g] imerserit Eurus.
Hæc circùm Casiæ virides, & olentia late
Serpilla, & grauiter[h] spirantis copia Tymbræ
Floreat, irriguúmq3[i] bibant violaria[k] fontem.
Ipsa aútem, seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Angustos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eadémq3 calor liq̄facta remittit,

SER. a ☞ VERE suo: sibi grato & aptissimo. b ☞ Vicina inuitet decedere ripa calori: vt æstus possint a quarum vicinitate vitare. c ☞ In mediū: ordo est in medium transuersas salices et grandia conijce saxa: In mediū non ad honorē retulit: s3 absolute dixit. d ☞ Iners: hic ꝓ ocioso posuit: vt in Bucoli. Libertas: q̄ sera tamen respexit inertem: quæ vox ponitur pro ignauo: vt Spumantemq3 dari pecora inter inertia votis optat pro eo q sine arte fit: vt apud Lucil. I ꝑmo: vt prohibetur iners: in quo nō vlla est ars. e ☞ Pontibus vt crebris: veluti pontibus: nam non sunt pontes. f ☞ Si forte morantes: tarde remeantes ex pascuis. g ☞ Neptuno immerserit: deum pro aquis posuit. h ☞ Grauiter spirantis copia tymbræ: genus est herbæ abundantis in phrygia. Grauiter autem modo bene & multum significat: alias male: vt Aut vbi odor ceni grauis. ité: Graue olentis Auerni. i ☞ Irriguum: hic qui irrigat: aliàs qui irrigatur. k ☞ Violaria: loca vbi nascuntur violæ.

PRO. CASIÆ virides & olētia late Serpilla: casia herbæ genus: qđ herbæ est odoratæ. ☞ Serpilla: item herbæ genus: quod a serpendo serpilla cognominatur.

ANT. Faus VERE suo: sibi conuenienti. ☞ Fauis: Fauus est quem figunt multicauatum e cæra cum singula caua sena latera habeant singulis pedes dedit natura. Varro lib. iij. ☞ Iuuentus: apium progenies. ☞ Hospitijs: sedibus. ☞ In medium: apibus aquam liquidas vnde bibant esse oportet: eamq3 propinquā quæ præterfluat: aut in aliquem locū influat: ita ne altitudine ascendat duos aut tres digitos: in qua aqua iaceāt testæ: aut lapilli: ita vt extent paulum: vbi assidere & bibere possint: in qua diligenter habenda cura: vt aqua sit pura: quod ad mellificium bonu3 vehementer prodest; Varro libro tertio. ☞ In medium: Ordo ē in mediū conijce &c. ☞ Morantes: du3 pabulantur scilicet. ☞ Neptuno: aquis ipsis. Casiæ: de his vide to in Alexi. Sic etiam de serpillo. ☞ Tymbræ: Tymbra hæc alio vocabulo satureia dicitur: seritur mense Februario: Plinius libro xix. Columella vo libro decimo: capitulo quarto sic ait: aut etiam tymbræ vl' nostratis Cunilæ: quam satureiam rustici vocant. in Plini. autem libro vigesimo: Cunila semper legitur. ipsa autem aluearia sunt optima cortice: secunda ferula: tertia vimine: Plinius libro vigesimoprimo. Varro autem libro tertio ait: ꝙ alij faciunt aluos ex viminibus: alij e ligno a corticibus: alij ex arbore caua: alij fictiles: alij etiam ex ferulis quadratas: longas pedes circiter tres: latas pedem: hæc omnia vocant a mellis alimonio aluos. ☞ Aluearia: hoc alueare & hoc aluearium: hæc aluus; & hæc alueus: sic thymus & thymum: cytisus cytisum legimus in Varro. Columel. & Plini. sic etiam satureiam in singulari & satureia in plurali reperimus. ☞ Angustos aditus: Columel. docet libro. x. aditum fore capacem vnius apis tantummodo: sed plures esse debere: quo facili' apes intrent: exeantq3. (Margin: Tymbra satureia)

CHRI. VERE suo: idest sibi cōuenienti. ☞ Iners: tanquam lacuna profluant vt riuus. ☞ Sparserit: torquendo aquam in eas miserit: quia illas in aquam deiecerit. ☞ Serpilla: Latine piper erraticum hæc herba dicitur. Huius duæ sunt species: vna hortularis siue vsualis: quæ in campis sabulosis siue arenosis crescit. Alia agrestis quæ etiam cor dicitur: quæ non serpit: sed surgit cum ramis duorum palmorum altitudine. ☞ Tymbræ: hæc latine satureia dicitur a satyris: quia vtentes in Venerem pronos redit: vt satyri sunt. Abundat in agro troiano: vbi templum est Apollinis: qui inde tymbreus dicitur.

Vtraq; vis[a] Apibus pariter metuenda·neq3 illæ
Nequiq; in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta[b] linunt. fucóq3[c], & floribus oras
Explét, collectúmq3 ipsa hæc[d] ad mūera gluté,
Et visco[e], & phrygiæ seruant pice lentius Idæ.
Sæpe ét effossis (si vera[f] est fama) latébris
Sub terrá fodère larem, penitúsq3 repertæ
Pumicibúsq3 cauis, exesǽq3 arboris antro.
Tu tamen è leui[g] rimosa cubilia limo
Vngue foués circùm, & raras supinijce fródes,
Neu propius tectis Taxū[h] sine, neue rubenteis[i]
Vre foco Cancros, altæ[k] neu crede paludi,
Aut vbì odor cæni grauis, aut vbì ꝯcaua pulsu
Saxa sonant, vocísq3[l] offensa resultat imago.
Quod supest vbì pulsā[m] hyemé sol aure[o] egit

SER. a ℭVTRAQ; vis apib⁹ pariter metuenda: tā caloris q̃ frigoris. Quod l3 vtrūq; æquali mō metuendū sit: tñ dissimiliter nocet. Nā calore liq̄facta defluūt mella: q̃ si fuerint frigore cō durata: cōstrictas apes interimunt. b ⁋Spiramenta: exit⁹. alibi: Sæui spiracula ditis. c ⁋Fucoq;: genus est herbæ: vñ tingitur vestis. Fucū autē & flores pro cera posuit: quas ex his colligūt rebus. d ⁋Hæc ipsa ad munera: ad officia coangustandarū: cauernarum. e ⁋Et visco & phrygiæ: ordo est seruant glutē: qđ est lēti⁹: & visco & phrygiæ idæ pice. seruant aūt mire ait: nā pilas quasdā in aluearibus faciūt: de qbus postea cerea tecta cōponunt. f ⁋Si vera est fama: si credendū est apes posse terram effodere. g ⁋E leui rimosa cubicula limo: Alij & leui legūt. Vnus tñ sensus est: Nā hoc dicit qđ illæ nimio labore pficiunt: Tu e leui vnge rimosa cubilia circūfouens: limo ét raras frondes superinijce. Quod idō fit ne vel limus crepet: vel cauernæ aut sole penetrent: aut frigore. h ⁋Taxū sine: venenatā arborē. Ipse in buco. Sic tua cyrnæas fugiant examina taxos. Mel. n. exinde pessimum gignitur. i ⁋Rubenteis cancros: odore. n. ipo pereūt. rubentes aūt quū vrunt: non q per nām sint huius coloris. k ⁋Altæ neu crede paludi: ne facile mergant. l ⁋Vocisq; offensa: resonat Echo repcussa: quā apes vehementer horrere manifestū est. m ⁋Pulsam hyemē: ſm physicos q dicūt: tpe quo hic hyems est: æstatē esse sub terris: & versa vice cū hic æstas illic hyemē. Quod ét Lucretius exeqtur: & trahit argumentum putealē aquā: q̃ æstate frigidissima est: hyeme vo calidissima.

ANT. ℭCERTATIM: cum certamine. ⁋Tenuia spiramenta: rimulas. ⁋Linunt: iniungūt: Circūlini aluearia fimo bubulo vtilissimū: inquit Pli. li. xxj. ⁋Fucusq;: est fucus rubea herba qua vestes tingunt: φῦκος. n. color dicit. ⁋Et flo. flores quoq; latiores aditibus circūstruunt apes: vt Pli. scri. ⁋Oras: fissuras. ⁋Glutē: confectionē quandā ea aūt: vt Pli. li. xj. ca. vij. ońdit. propolis dr: ait. n. sic propolis crassioris iam materiæ additis floribus nondum tñ ceræ: sed fauorum stabilimentū: qua oēs frigoris aut iniuriæ aditus obstruūt: odore etiam non graui: vt qua pleriq; pro galbano vtantur: meminit & Var. li. iij. ⁋Munera: officia. ⁋Piceæ idæ: de hac superius. ⁋sub terra fodere larem: circa Thermodōtē fluuiū duo apium genera: aliæ in arboribus mellificāt: aliæ sub t̄ra triplici cerarū ordie huberrimi ꝓuentus. Pli. li. xj. capit. xvij. ⁋Penitus cauis: valde cauis. ⁋Pumicibus: lapidib⁹. ⁋Antro: cauerna. ⁋Limo: fimo: bubulo: inquit Plini. ⁋Cancros: grauis & tetri odoris: non solum virentia: sed q̄libet res phibeantur: sicuti cancri nidor: quis est ignibus adustus: aut odor palustris cœni: nec minus vitentur cauæ rupes aut valles argutæ: quas græci echus vocant: Colu. li. x. ca. v. ⁋Cancros: cancrū odore siquis iuxta coquat apes exanimant: Pli. li. xj. ⁋Altæ paludi: aqua. n. non debet ascendere duos aut tres digitos: vt iā ońdimus latius. ⁋Offensa: repcussa. ⁋Vocis imago: echo intelligitur: imago vo quasi imitago dr. ⁋Resultat: inimica apib⁹ echo est resultanti sono qui pauidas alterno pulset ictu inimica: & nebula. Pli. li. xj. ⁋Quod superest: qđ restat docebimus. ⁋Vbi pulsam hyemem: Alexander aphrodysieus problematū: Sectione sexta sic ait: Cur putealis aq̄ in hyeme calida ē: in æstate āt frigida. R. fidēdū φ contrariū semper fugit: vtpote sibi infestum contrariū. Cū ergo calidū & frigidum inuicē inter se cōtraria atq; corruptoria sint non dubiū quin p æstatē calor aeres ambiat calidū: inq; terræ sinus atq; penetralia fuget frigus: & ob hoc aquam frigefaciat. Per hyemem vo frigore dominā̄te in aere calor porro in terræ penitissima diffugiens aquam calefacit: nam ita natura sanxit: vt contraria in eodem loco: ac per idez tempus simul manerent: hæc ille tamen eadem fere Lucreti⁹ quoq; dixit: quū ait: frigidior cur sit puteis æstate sit humor. A refeit qa terra calore &c.

propolis

CHRI. ℭSPIRAMENTA linunt: vt paulo supra demonstratum est. Spiraméta tenues rimas per quas saltem spiritus ingredi possit. ⁋Fuco: species

co:species herbæ fucus est de qua lana inficitur:fucus etiam dicitur quo mulieres colorantur:& per translationem omne figmentum fucum dicunt. ¶ Cancros:cancri hyeme affrica littora sectantur æstate in opaca gurgitum recedunt: Autũno & Vere pinguescunt:plenilunio magis:quia noctu sidus tepido fulgore mitificat vita iis longa:pedes octeni fœminæ
Cancri primus pes duplex:mari simplex:Sole Cancri signo transeunte:Cancri cadauer in sicco positum in Scorpionem transfigurari feruntca it Pli.

Sub terras, Cælúmq; æstiua luce reclusit,
Illæ continuo saltus, siluásq; perágrant,
Purpureósq; metunt[a] flores, & flumina libant
Sũma leues hinc[b] nescio[c] qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidósq; fouent hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella[d] tenacia[e] figunt.
Hinc vbi iam emissum caueis[f] ad sidera Cæli
Nare per æstatem[g] liquidã suspexeris agmen,
Obscurámq; trahi vento mirabere nubem,
Contemplator[h], aquas[i] dulceis & frondea semp
Tecta petunt huc tu iussos asperge sapores
Trita[k] Meliphylla & Cærithæ[l] ignobile gramen,
Tinnitúsq; cie, & matris[m] quate cymbala circũ
Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ

SER. a ¶ METunt flores; secant. vnde & messores dicti sunt. Sane meto me tis præteritum facit messui. b ¶ Hinc: ex floribus.s. ex q bus pmo mel: mox pullos efficiũt. c ¶ Nescio qua dulcedine: quadam arcana ratione nãæ. d ¶ Mella tenacia figunt:quia quus inuersi sint faui: mel tamen inde non funditur. e ¶ Vnde ait tenacia: quæ in resupinatis fauis cohærent. f ¶ Caueis:aluearibus. g ¶ Aestatem liquidam: per ver serenum. h ¶ Contemplator:pro intuere: nam tempus futurum pro præsenti posuit ab imperatiuo modo. i ¶ Aquas dulcis:propter hoc ait supra:Et tenuis fugiens per gramina riuus. k ¶ Trita meliphylla: Varro hanc herbam apiastrum dicit:in tertio libro operis rustici. l ¶ Cærinthæ ignobile:vile vbiq; nascens. m ¶ Matris cymbala:quæ in eius tutela sunt: ideo quod similia sunt hemicyclis Cæli:quibus cingitur terra:quæ est mater deorum.

PRO. ¶ TRITA meliphylla:est herba: quam pleriq; vocant melilotum. ¶ Cærinthon: est flos luteus cuiusdam herbæ: quæ copiosissima est in Euboea: in qua oppidum est impositum. Tarentum lacedæmonij condiderunt duce Phalantho:q sunt dicti partheniadæ nati quum oppugnaretur Messene non legitimo matrimonio.

ANT. ¶ ILLÆ CONtinuo:hyeme apes conduntur ante fabas florentes non exeunt ad opera & labores:nullusq; quum per cælum licuit ocio perit dies:primum itaq; fauos construunt:ceram fingunt:hoc est domos:cellasq; faciunt:deinde soboiem postea mella: Pli. lib. xj. ¶ Et flumina libãt:sine aqua: inqt Colu. lib. x. Neq; faui:neq; mella:neq; pulli:deniq; figurari quærunt. Est igitur opus vt aqua sit apibus vicina. ¶ Hinc: e floribus & aquis. ¶ Dulcedine:dulcis.n.est soboles omnibus

fer&c. ¶ Ceras: Celsus ait: vt inquit Colu. lib. x. ex florib9 ceras fieri: ex matutio rore mella:q̃ tanto meliorẽ qualitates capiũt quanto iucũdior sit materia cera cõfecta. ¶ Caueis: ab alueis. ¶ Aestatẽ liquidam:ver serenum:ait enim inferius: Ergo vbi ver nacte sudum. ¶ Agmen:examen: quippe talis est apum natura:vt pariter quæq; plebs generetur cum regibus:q vbi euolandi vires adepti sunt cõsortia dedignant vetustiorũ:multoq; magis imperia. Itaq; duces procedunt cum sua iuuentute:quæ vno aut altero die in ipso domicilij vestibulo glomerata consistens:in gressu suo proprie desideriũ sedis ostẽdit &c. Col. li. x. ¶ Contemplator:inspice:aduerte. ¶ Meliphylla. Pli. li. xx. sic ait. Apiastrum Iginus quidem meliphyllon appellat: hæc ille interpretatur aũt vt aiunt alij melisses.i. apis phylon foliũ: herba.n. est cui9 folia mel sapiunt: idem do Pli. li. xxj. scribit: meliphyllo siue meliterna si perungantur aluearia nõ fugient apes:nullo.n.magis gaudẽt flore. Copia istius examina facillime continent. Itẽ præsentissimũ est contra ictus eaꝝ: vesperarumq; & araneoꝝ:itẽ scorpionũ &c. ¶ Cærinthæ:herba est folio candido:incuruo:cubitalis:capite concauo:mellis succũ habente: florũ eius auidissimæ sunt apes atq; etiã sinapis. Pli. li. xxj. ca. xxiiij. ¶ Tinnitusq; cie: Varro li. iij. scri.qñ noua examina volant iaciundo inter apes pulueres: & circũtinniendo ære perterritas quo voluerit pducet. Mellarius:& Pli. li. xj. inqt de apibus: Gaudẽt plausu atq; tinnitu æris:eoq; puocantur. ¶ Matris cymbala:instrumẽta erant qbus vtebantur in sacris Cybeles deorũ matris. ¶ Medicatis sedibus:solent enim mellarij locum aliquem oblinere apiastro: cæterisq; rebus quibus delectantur apes vt ibi cõsidant: vbi considerint afferunt aluum prope easdem

Apum Reges

Apiastro Meliphyllon

Cærinthæ

Cymbala

illicijs intus:& prope apposita fumo leui circundato cogunt eas intrare. Var.inquit libro.iij.

CHRI. ¶NARE:violare:quia mutua est translatio a nauibus ad aues. Vnde mare velivolum dixit & remigio alarum. ¶Melisphylla:apiastrum est:Var.ait de apiastro:quod alij melisphylon: alij melinem appellant. Sunt etiam qui credant melliloton eandem esse herbam: alij nolunt differre. ¶Cerinthæ:herba est folio candido:incurvo capite concauo:& quæ mellis succum habeat. Eius magna est copia in Euboea:in qua eiusdem nominis etiam oppidum fuisse dicunt. ¶Ipsa:sua sponte sine tua opera. ¶Medicatis:idest aspersis odoribus: de quibus dictum est supra.

Intima more[a] suo sese in cunabula condent.
Sin[b] aût ad pugnam exierint(nã sæpe duobus
Regibus incessit[c] magno discordia motu)
Continuóq; animos volgi,& trepidantia bello[d]
Corda licet longe præsciscere:nanq; morantes[e]
Martius ille æris rauci canor increpat,& vox
Auditur fractos[f] sonitus imitata Tubarum.
Tũ trepidæ[g] inter se coeunt,pinnísq;[h] coruscãt,
Spiculáq; exacuunt rostris,aptántq; lacertos,
Et circa regem,atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur,magnísq; vocant[i] clamorib[9] hostẽ.
Ergo vbi Ver[k] nactæ sudũ,campósq;[l] patẽteis,
Erumpunt portis,concurritur æthere in alto.
Fit sonitus magnũ mixtæ glomerant[m] in orbẽ,
Præcipitésq; cadunt non densior[n] aere grando,

SER. a ¶MORE suo:naturali ratiõe:cuius causa non reddit. quis enim nouit cur æris sono redeant in aluearia: licet ipse paulo p[9] dicat:Crepitãtia q; æra secutæ Dictæo cæli reges pauere sub antro:S3 & hoc poeticum est. b ¶Sin autem ad pugnas exierint:longior solito hæc parenthesis est.est.n. ordo.Sin autem ad pugnã exierint: Motus alorũ Atq; hæc certamina tanta Pul.ex.ia.cõ.qui. c ¶Incessit:ingruit:inuasit,alibi:Incessi muros:ignes ad tecta volare: & Incessit regib[9] figuratũ e:Nã incessit reges dicimus. d ¶Trepidantia bello: alacritate pugnandi:non timore.alibi:Exultãtiaq; haurit Corda pauor pulsans. e ¶Morãtes:tarde incedẽtes. f ¶Fractos:collisos. g ¶Trepidæ coeunt:festinant inter se in aluearibus. h ¶Pinnisq; coruscant:quemadmodum scuta milites commouent. i ¶Vocant hostẽ: prouocant. k ¶Ver nactæ sudum:serenum post pluuias:vt Per sudum rutilare vident. l ¶Camposq; patentes:aerem purũ & liquidum non nubibus clausum:& ita aer campus est apum:vt mare nauium:hominum solus. Ipse in quinto:Subtrahiturq; solus. m ¶Glomerantur in orbem:more bellantũ. n ¶Nõ densior aere grando:In alijs enim bellis victi tantum pereunt:in certamine vo apum et victrices:Nam dicturus e:Animasq; in vulnere ponunt.

ANT. ¶INCESSIT:inuasit. ¶Aptantq; lacertos:perstat in metaphoris. ¶Circa regem: mira apum circa regem obedientia:quũ procedit totum examen circa eum conglobatur cingit:protegit:cerni nõ patitur.Pli.libro.xj. ¶Prætoria:dicta q ibi resideat prætor ad diffiniendum. ¶Nactæ:inuenerunt. ¶Ver sudũ:idest siccum:quasi sine vdo:vt ait Fest.

¶ANIMOS: CHRI. audaciam & tumorem illum ex ira:vt Pone animos & pulsus abi. ¶Trepidantia:nõ timentia:sed festinantia ad pugnam. Auditur fractos sonitus imitata tubaæ: Dum vult exprimere:q vocesua clangorem tubarum imitantur:ipse eundem sonitum suorũ verborum compositione exprimit quod mirũ est. ¶Fractos:quia in nullo musico instrumento magis fractus sonitus gignitur: nec minus continuatus. ¶Trepidæ:festinæ:vt Ne trepidate meas Teucri defendere naues. ¶Coruscant:Et crebrum motum simul: & splendorem:qui ex pennarum motu exoritur expressit.Est enim coruscare splendere: Sed quoniam splendor crebram mobilitatem.iccirco coruscare: crebro moueri sæpe dicitur. ¶Spicula: hoc ex phantasia sua. Cæterum aculei quibus pungunt ex posterioribus sunt. ¶Et circa regem: præbent enim munus deuotorum satellitum: vt paratæ sint regis vitam:sua morte defendere. ¶Prætoria:prætorium in vrbe dicimus vbi prætor ius dicit.Verum militiæ prætorium appellamus:Vbi præfectus exercitus persidet:siue prætor:siue cõsul: siue quicunq; alius sit.Nam & in classe prætoriam nauem dicimus:quæ exercitus imperatorem gerit: & in castris tabernaculum eiusdem prætorium appellamus. ¶Ergo:hic prætorium dixit:quia regem ducem exercitum ponit.Clamoribus suo bombo. ¶Erumpunt:vt feroces milites concurrunt. ¶Fit sonitus &c. huiusmodi mirum poetæ ingenium demonstrant:vt in re leuissima fortissimorum exercituum pugnam exprimat. ¶Ipsi:quasi dicat:præter cæteros:Nam emphasim habet pronomen.

¶TANTVM

SER. a TANTVM glandis: erit horatius hæc glans. b Ingentes aios angusto in pectore versant. Statius: Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Homerus.

μικρὸς μὲν ἔην δέμας ἀλλὰ μαχητής

di suffragio teterrimos necat: ne distrahant agmina. Duo autem genera eorum: melior niger: variusq; omnibus forma semper egregia: et duplo q̃ cæteris maior pennæ breuiores crura recta: ingressus celsior in fronte macula quodã diademate candicans: multum etiam nitore a vulgo differũt: liluidq; constat imperatorem aculeo nõ vti: si quis alam ei detruncet non fugiet examẽ. Quum procedere se: quæq; proximam eu pit esse: et in officio conspici gaudet: fessum humeris subleuant: validius fatigatus ex toto portant: vbicũq; ille cõsedit ibi cũcta rũ castra sũt: tũc ostenta faciunt priuata ac publica vna desphendẽtes in domibus: templis

c pulueris exigui iactu: q̃ q̃ cum puluerem viderit sperãt tempestates futuram: quæ eis plurimum nocet. d Deterior qui visus: peior a malo dicit: deterior a meliore. e Prodig⁹: nõ mella conficiens: sed mella consumens: lõgiorem solũ ꝑcipit occidendũ: qa eo amisso suus dissipatur exercit⁹: nã vt Binæ regũ facies ita corpora plebis. f Squallentibus: splendentibus: q̃d a squãmis venit: vt Squammis: auroq; trilicem.

Nec de concussa tantum [a] pluit Ilice Glandis.
Ipsi per medias acies insignibus alis
Ingenteis [b] animos angusto in pectore versant,
Vsq; adéo obnixi nõ cedere, dũ grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga subegit.
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tãta
Pulueris [c] exigui iactu compressa quiescent.
Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior [d] qui visus, eum, ne prodigus [e] obsit,
Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squallentibus [f] ardens,
(Nã duo sunt genera) hic melior insignis, et ore
Et rutilis clarus squammis, ille horridus alter
Desidia, latámq; trahens inglorius aluom.
Vt binæ regum facies, ita corpora plebis.
Nanq; aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto
Cum venit, et terram [g] sicco spuit ore viator
Aridus: elucent aliæ, et fulgore coruscant
Ardentes auro, et paribus [h] lita corpora guttis.
Hæc potior [i] soboles, hinc Cæli [k] tempore certo

Nam a squallore sordidum significat: vt Squallentem herbam. g Terrã sicco spuit ore: aut in terram: aut re uera terrã propter puluerem. h Paribus lita corpora guttis: similibus. i. aureis habentes distincta corpora: Nam lita in iita distincta. i Potior soboles: ad mella. s. procreanda. k Cæli tempore certo: et quum oriuntur pliades: et quum occidunt. l. verno tempore et autũno.

ANT. PVLVERIS exigui iactu: Var. libro tertio sic ait: Quæ crebrius inter se pugnabunt aspergi eas oportet aqua mulsa: quo facto nõ modo non desinunt pugna: sed etiam confertiunt se lingentes et c. Prodigus consumptor: prodigere enim est consumere: vt docet Festus. Vacua: altero: scilicet rege. Aula: ea atrium dicitur: aulizo autem in aula habito. Alter erit maculis: Aristo. libro. v. sic ait: Ducum apium duo sunt genera: Alterum fuluum quod præstantius est: alterum nigrum: magisq; varium: magnitudo ijs dupla q̃ cæteris nec vn⁹ in quoq; examine dux: sed plures. Pli. vo ll. xj. sic apium rex non vermiculus nascitur: vt aliæ; sed statim penniger. Reges plures inchoantur: nec desunt. postea ex ijs soboles quum adulta esse cœpit concor-

Prodig⁹

Apium Reges

ue sedere in ore infantis Plato. Tunc etiam suauitatem illam prædulcis eloquij portendentes. semper duce præhenso totum tenetur agmen amisso dilabitur: nigrantq; ad alios: esse vtiq; sine rege non possunt. Inuite: autem interimunt eos quum plures fuere: potiusquam nascentium domos dirimũt: hæc Plinius. Squallentibus: splendentibus. Ardens: lucens. Melior insignis in ore: Diastole est. Ore: aspectu et forma. Facies: est facies totius corporis forma dicta facies a factura corporis: vt ait Nonius. Aliæ turpes horrent apes: sunt et rusticæ: siluestresq; horridæ aspectu multo iracundiores: sed opere ac labore præstantes: vrbanarum duo genera optimæ breues: variæ q; et in rotunditatem cumpactiles. Deteriores longæ: et quibus similitudo vesparum. Etiam deterrimæ ex ijs pilosæ in ponto sunt q̃dam albæ: quæ bis in mense mella faciunt: Plinius libro vndecimo. Lita: idest illita ac distincta sunt. potior: melior.

CHRI. SQVALLENTIBVS: splendentibus: De quo verbo dicetur in æneide: vbi melius cadit. In aula; quia vocauerat regem.

Dulcia[a] Mella premes, nec tãtũ dulcia, quãtũ
Et liquida[b] & durum[c] Bacchi domitura saporẽ.
At cum incerta volãt, Cæloq; examina ludũt,
Contemnũtq; fauos, & frigida[d] tecta relinquũt,
Instabiles[e] animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu Regibus alas
Eripe, non illis quisq̃;[f] cunctantibus, altum[g]
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.
Inuitent[h] Croceis halantes floribus horti,
Et custos furum atq; auiũ cum falce saligna
Hellespontiaci[i] seruet tutela Priapi.

SER. a ¶ DVLCIA mella: non est superfluũ epitheton. Nam ideo dicit dulcia: quia etiã sunt amara: vt corsicana: sicut in bucolicis diximus. b ¶ Liquida: defæcata sine sordibus: nam quæ fluunt mala sunt. c ¶ Durũ bacchi domitura saporem: apta mulso. Bñ aũt ait sapores: q̃a maiores: vina asperrima mellis dulcedine tẽperabãt. d ¶ Frigida tecta: mel le vacua: inoperosa: cõtra Feruet opus. Terẽtius: Nimĩ p̃ hi hoĩes frigent. e ¶ Instabiles alos: suadẽs inanem vagãdi licẽtiã. f ¶ Quisq̃;: subaudi militum: aut q̃sq̃; de exercitu. g ¶ Altum iter: aut ludendo in altum volare: aut in bella procedere: & trahit translationem a militibus qui in bellum processuri ducum præcepta signa tollũt: nã apes hæc signa non habent: sed signa dicit ipsum motum bellandi intra se. h ¶ Inuitent croceis halantes floribus horti: tã odoris optimi q̃ coloris. non. n. dicit illic solum crocũ esse debere. i ¶ Hellespontiaci seruet tutela priapi: Non dicit Priapus illic eẽ debere: sed p̃cipit tales esse hortos: vt mereantur deũ habere custodem. Hic aũt Priapus fuit de lampsaco ciuitate hellesponti: de qua pulsus pp̃ virilis membri magnitudinẽ: post in numerum deorum receptus meruit numen eẽ hortorum. De hoc Horatius: Nam fures dextra coercet: Obscenoq; rubet porrectus ab inguine palus: Ast importunas volucres in vertice arundo Terret fixa. Dr̃ autem præesse hortis pp̃ eorũ fœcunditatẽ. Nã quũ alia terra semel creet aliqd: horti nunq̃ sine fructu sunt.

PRO. ¶ ET CVstos furũ atq; auiũ cũ falce saligna Hellespõtiaci seruet tutela Priapi: in hellespõto ẽ lãpsacũ oppidũ: I quo priapus formosissim⁹ dr̃ eẽ: quẽ ciues ei⁹ colũt vt deũ. is ãt I horto ponit: vt auib⁹ formidini sit. Itẽq; noctu furib⁹: q̃d interdũ custos vr̃ stare.

ANT. ¶ MELL premes: mellis cõficiendi tẽpora duo sunt. ¶ Ver: atq; autũnus: sed vernũ suauius: candidius: omnino præstantius: autũnali est auctor Aristo. li. ix. de aĩalibus. Sicuti autem duo conficiendi tempora: ita eximẽdi. Columella autem lib. x. scribit q̃ peracto solstitio vsq; ad ortum caniculæ: qui fere dies xxx. sunt pariter frumenta & faui demetunt a canicula fere post diem. l. arcturus orit. Post arcturi exortum circa æquinoctium libræ fauorum: secunda est exemptio. Var. vo lib. iij. scri. esse tria tpa eximendorum fauorũ: de q̃bus inferius dicam ibi. ¶ Duo tẽpora messis. ¶ Liquida: pura. ¶ Durum bacchi domitura saporem. Aristæus primus eiũ mel miscuit vino sua inuẽtione: ditate p̃cipua: fit aũt mulsum e musto cuĩ q̃ncq; congijs aureri musti congio mellis: & salis cyatho suffeeruefactis: Pli. li. xiiij. ¶ Ludo inani. i. ab ludo prohibebis inani: tunc enĩ non mellificando gratia exeunt. ¶ Vellere signa: a militib⁹ sũpta methaphora. illi. n. digressuri euellunt signa. ¶ Quisq̃;: idest aliqua apium. Nam vt scribit Pli. Siquis alã regis detrũcet: non fugiet examen. Quisq̃ p̃terea: & masculino & fœminino generi iungitur. Terenti. in eu. quandoquidem illarum neq; te quisq̃ nouit: vbi notandum quisq̃; pro muliere dictũ. ¶ Hellespontiaci: priapi fabulantur antiq filium Dionysij ac Veneris priapum fuisse. ducti vo fatis simili coniecturæ: quod qui vino indulgeant: sunt natura ad Venerem prõptiores: non solum autem in vrbium templis: sed in agrestibus quoq; locis tanquã vinearum atq; hortorum custos colitur: fructuum fures castigans: huic deo sacra cum ludo & risu fiebant. Diodo. libro quinto. Priapus item portus est & vrbs ad mare hellesponti sita: nomen habens a priapo qui apud eos colebatur. Hinc ab iunioribus in deus habitus est. Nam Hesiodus Priapum non nouit. Strabo libro decimotertio. ¶ Falce saligna: Pli. libro decimonono: capi. septimo sic ait: hortosq; & foros tantum contra inuidentium fascinationes dicari videmus in remedio saturnica signa. hæc ille: Cur autem falx Saturno detur libro secundo Georgicorum ostendimus: & Columella libro decimotertio de cultu hortorum sic ait: Sed truncum forte dolatum. Arboris antiquæ numẽ venerare Ityphali terribilis membri medio qui semper in horto Inguinibus puero prædoni falce minetur. Diodo. autem scribit libro quinto: q̃ hunc deum quidam Ithyphallum: alij Thyphonem nominant: dicitur autem præesse hortis: vt ait Ser. propter eorum fœcunditatem: Horti enim nunquam sine fructu sunt.

CHRI. ¶ LIQVENTIA: pura & defæcata. ¶ Bacchi domitura sapores: nam vina durioris saporis melle

mulsum | Quisq̃ | Priapus

poris melle concinnant. Fitq; mulsum: quod Aristæi inuentum esse dicunt. ¶ Croceis: croci: vt referunt qui de herbis scribunt: duplex genus est: Alius communis qui orien-
Carami talis dicitur: Alius hortulanus & infectiuus vocatur: quia inde sericum inficiunt. Carami-que flos est: Dicunt enim caramum herbam quæ habet folia longa: diuisa: & spinosa: thyrsum autem longum & spinosum: in quo sunt capita rotunda cum flore: croceo semen album ab longum & angulosum: quo psytacus auis pascit: hunc græce cincum & gincum appellant: ait Dioscorides: Puto priorem illam speciem apud priscos non ita vulgo seri consueuisse: vt sequentibus deinde temporibus satam esse videmus: Nam pauci qui de re agraria scripserunt raro huius meminerunt: Corycium crocum: Dioscorides cæteris præponit. ¶ Pria-
Priapus pi: de hoc ita ait Strab. cum de phrygia scribit. Priapus portus est: & vrbs ad mare sita siue a milesijs: siue a cyzicenis condita: & nomen habet a Priapo qui apud eos colitur: siue ex orneis: qui apud Corinthum sunt nomē acceperint: siue Liberi patris: & nymphæ filius dicatur: Homines profecti ad eum colendum moti sunt. Nam hæc regio & finitima pariana & lampsacena vineis abundant: Hic a iunioribus deus habitus est. nam Hesio. Priapum non nouit. Diodo. autem sicu. scribit: Hircum ægyptij deificarunt: vt græci Priapum propter eam corporis partem a qua sit omnium ortus. Nam pudendis non solum ægyptij: sed alij plures sacra faciunt tanquam causæ animantium generationis. Alio aūt in loco idem ait Priapus Diony. & Veneris filium fuisse volunt physica quadam ratione: nam qui vino calent in Venerem proni efficiuntur. Alij dicunt virile membrum priscos fabulose priapum appellasse. Nonnulli volunt hoc membrum eo q generandorum hominum causa sit esse immortalitate donatum: hæc Diodo. Euse. autem Pamphilus ait: vim seminalem quæ in terram descendit priapū esse. Cuius qđ ad siccos ptinet fluctus bona dea: qđ āt ad arbores Diony. appellat. Ego vo puto iccirco hortorū deū putari; quia nulla agrorū spēs hortis feracior est.

Ipse[a] Thymum, Pinósq; ferens de montibꝰ altis
Tecta serat late circùm, cui talia curæ,
Ipse labore manum duro terat; ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget[b] imbres[c].
Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborū
Vela traham[d] & terris[e] festinē[f] aduertere prorā,
Forsitan & pingueis[g] hortos quæ cura colendi
Ornaret canerem, biferiq;[h] rosaria Pesti,

SER. a ¶ IPSE: scilicet diligēs rusticus: & cultor agrorū. b ¶ Irriget: infundat. c ¶ Imbres: aquas. Iuuenalis: In tenuis plantas facili diffundit haustu. d ¶ Vela trahā: p trahere. e ¶ Et terris festinē aduertere prorā: illā allegoriā respicit: qua est vsus in primo: Ades & primi lege littoris oram. Item Pelagoq; volans da vela patenti. f ¶ Festinem: pro festinarē. g ¶ Pingueis hortos: fœcundos. h ¶ Biferiq; rosaria pesti: Pestum oppidum est calabriæ in quo vno anno bis nascitur rosa.

ANT. ¶ THYMUM: hortis maxime: aluearia: et apes conueniūt: res præcipui quæstus quū fauit: harum ergo causa oportet serere thymum: apiastrum: rosam: violas: lilium: cytisum: fabam: papauer: casiam: melilotum: melephyllum: cerinthem: sinapim: arbores: item quæ proximæ seri conuenit: quæ & euolantium examina inuitent: nec longius abire patiantur: & genistas circunseri aluearijs gratissimum: Plinius libro vigesimoprimo: capit.
Thimus vigesimoquarto. ¶ Thymum: thymi duo genera: candidum: radice lignosa in collibus nascens: quod & præfertur: alterum nigrius: florisq; nigri præcordijs medetur ex aceto cum melle: quæ potio datur: & in alienatione mentis: ac melancholicis. Plinius libro vigesimoprimo. Varro autē libro tertio scribit: Thymum aptissimum esse ad mellificium: propter hoc siculum mel in quit fert palmam: quod ibi thymum bonum: & frequēs est: & Columella libro decimo ait: q saporis præcipui mella reddit thymꝰ. Thymo deinde pxla tymbra: serpillumq; & origanū. ¶ Pinosq; ferens: Ceras enim ex omnium arborum: satorumq; floribus confingunt apes: excepta Rumice & Clenopde herbarum: hæc genera Plinius libro vndecimo. ¶ Atq; equidem: excusat secur de hortis non scribat. ¶ Vela trahas: a nautis ducta methaphora: qui portui vicini aut littori vela contrahunt. ¶ Aduertere: appropinquare. ¶ Biferi pesti: in Luca- Pestum
nia pestum oppidum ab græcis Possidonia appellatum: a Dorensibus conditum: vt Pli. libro tertio: & Soli. aiunt. Strabo item libro quinto sic ait. hoc vero tempore sinus ipse Pestanus nuncupatur: verum vrbs ipsa possidonia pestum vocatur medio in sinu locata: vtq; alij dicunt tanta ibi cæli indulgentia viget: q bis in anno fructus quosdam: & rosas ipsas producit: quod quidē hic quoq; Maro ostendit.

¶ PESTUM: de hoc Strab. ita scribit: vt po- CHRI
nat post Campaniam: & terram samnitum in picentinis: ait enim ad mare Tyrrhenum picentinorum natio colit. Eorum pars mo-

dica picentinorum qui Adriam habitant: quos Romani possidoniatem in sinum colonos traduxere: Hoc vero tempore sinus ipse pestanus appellatur. Vrbs vero ipsa possidonia pestum vocatur. Quod autem florida sit regio plurimi poetæ testantur: qui pestanas rosas: pestanosq; flores dicunt. sic Propertius: Vidi ego odorati victura rosaria pesti: Sub matutino cocta iacere noto.

SER. aCCRESCERET In ventrem cucumis: si cur uaturam: Ideo autem sic: quia per herbā. Nam rectus crescit si pendeat. Sane si cucumis huius cucumis declinatur: sicut agilis secundum idoneos. Nā neoterici huius cucumeris dixerūt: sicut puluis pulueris. b Nec sera comantē Narcissum: sera flores habentem. c Pallentes hed. dicit se nisi ad finē Georgicorū festinaret: etiā hortorū rationem & herbarū cultū adhuc scripturum fuisse.

> Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,
> Et virides Apio ripæ, tortúsq; per herbam
> Cresceret[a] in ventré cucumis, nec[b] sera comantē
> Narcissum, aut flexi tacuissē vimen Achanti,
> Pallenteísq;[c] Hederas, & amātes littora myrtos.

nam: & mēses muliebres valet ad tussim: & ad venena. Cucumis: si cucumeres seruntur semine per biduū ante in lacte mulso macerato: dulcioris sunt saporis: in Italia virides: & quā minimi: in prouincijs maximi: & citrini & nigri. Oleū oderunt: Nam curuant potius quā ad illud crescant: aquā diligunt: itaq; modice distātes & secti ad eas ad repunt. Colu. ... et: quomodo toto anno nasci possint: si semen cucumeris herba quæ culix dicit trita maceret cucumeres inde nati carent semine. Quos autē florentini mellones appellāt eos antiqui a forma longa atq; tenui, sinuata cucumeros anguinos dixerūt. Verū vt aliquid de fabula admisceamus aiūt cephisi fluuij q per Boetiā labitur: & liriopes nymphæ Narcissum filiū fuisse adolescentulum olum pulcherrimū. Hic cū forte i fonte sui corporis imaginē conspicit illa captus est: neq; vnquam a fonte illam intuens discedere potuit: donec in florem sui nominis puersus est. Fabulæ aūt isti huiuscemodi sensum profundiorē adhibet Orpheus. Sed de hoc dicemus in. iiij. lib. æneidos. cum de amore aliqua describenda erunt. Narcissus: Plinius de lilijs hæc ait: lilium impositum etiā sus rosas decet medio illarū prouentu incipiēs nec vllis florū excelsitas maior lāguido sem per collo: & non sufficiente capitis oneri candore folijs foris striatis ab angustijs in latitudinem paulatim se laxantibus effigie calathi resupinis per ambitum labris: tenuiq; filo: & semine stantib' in medio crocis. Et flos non dissimilis illi in herba q; conuoluolum vocant: nascens per fruteta: nullo odore nec croceis intus candorem tantū referens: & veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis: nil fœcundius vna radice quingenos sæpe emittente bullos. Est & rubens liliū qd græci crinon vocant: alij florem eius cynorodon: sunt & purpurea lilia aliquando gemino caule carnosiore tantū radice: maiorisq; bulbi sed vnius: Narcissum vocant: Huius alterum genus flore candido calice purpureo. Differentia lilijs est: & hæc quod Narcissis folia in radice sunt. Floret autē Narcissus post arcturi ortum in ipso autūno: Vnde dicit sera comantem Narcissū: Dixit igitur de lilio: & de narcisso. — Cucumis — Narcis — Lilium — Conuoluolum

ANT. CINTYBA: de iis libro primo Georgico. Apio: de hoc ecloga. vj. Tortus: cucumis: crescunt cucumes qua cogunt forma In Italia virides: & q; minimi in prouincijs maximi: & citrini: aut nigri: si vas cū aqua subijciatur a quatuor digitorū interuallo descendunt ante posterū diē: at si oleū eodē modo fit In hamos curuant: quū magnitudinē excessere pepones vocant. Prouenit & mali cotonei effigie: quos Melopepones vocant: nō pēdēt ii: humi rotundantur. Pli. lib. xix. vtq; etiā ex lib. xx. colligi pōt: Cucumeres torti dicūtur pepones rotundi: Melopepones melones. Narcissum: videto latius in alexi. Sera: pro sero ac diu. Acanthi: videto in palæmone. Hederas: diximus ecloga. vij. — pepones

CHRI. CINTYBA: Græcum nomen quidam putant quæ Endiuia latinæ dicatur: arabice hū debe Pli. autem ait: intybam erraticam apud nos quidā ambulas appellant: in ægypto Cicoriū vocant: qd siluestre sit satiuū aūt seri. Et infra quidā pp singularē salubritatē chreston appellat: alij pancration qd siluestre genus: alij hedrimoda: Stephanus aūt cicorion endebani itubam appellat. Virides apio ripæ: quia in locis humidioribus viuaci' surgit apiū: vt ait Macer. Est apiū dictū qp apes hanc ferre solebat: Victoris veterū fieret dū more triumphus: A rabice dicit karphi græce selinon. huius duo sunt gene. domesticū: & agreste: agrestis quinq; sunt species: aquaticū: hydroselinon: quod & macedonicū dicit: & latine olusatrū: Est & montanū Oroselinon: Est & quarta species dictū a petra petroselinon: Quīta smirinon: Est & apiū a ranis dictū vatrachion. Coronabant apio sōuiui: sq; ga herba huiusce modi ebrietatem arceri putabant. Huius herbæ virtus prima calefacit: scdā attenuat & incidit; tertia prouocat vri — Apium — macedonicum

COEBALIÆ

Nanq; sub Oebaliæ[a] memini me turribus altis
Qua niger humectat flauētia culta Galesus[b],
Corycium[c] vidisse senem; cui pauca relicti[d]
Iugera ruris erāt, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportūa seges, nec cōmoda Baccho.
Hic rarum[e] tamē in dumis holus, albáq; circùm
Lilia Verbenásq; premēs, vescúmq;[f] Papauer,
Regum[g] æquabat opes animis, seráq; reuertēs
Nocte domū, dapibus mēsas onerabat iemptis.
Primus Vere Rosā, atq; Autūno carpe Poma,

SER. a ℭOEBALIÆ turribus altis: Oebalia ipsa est laconia: vnde de Castore & Polluce ait Statius: Oebalidæ fratres. b ℙ Galesus: fluuius calabriæ: qui iuxta ciuitatē labitur tarētinam: in qua se hortos optimos vidisse cōmemorat. Oebaliæ autē turres ait: quas cōdiderant il qui de œbalia venerant: naʒ vt etiam in tertio æneidos diximus: Lacones diu bello attriti ab atheniensibus: & inopiā timentes virorū: præceperūt vt virgines cū quibuscūq; cōcūberent: quo facto quū post victoriam iuuenes de incertis parentib⁹ nati erubescerēt originē suam: nā & partheniatæ: idest de virginib⁹ nati appellabant: duce Palanto octauo ab Hercule nauigijs profecti venerūt ad oppidum calabriæ: quod Tiaras Neptuni filius condiderat: & id auctum habitauerūt. c ℙ Corycium vidisse senem: cilica. Corycos enis ciuitas est ciliciæ: in qua antrum illud famosum pene ab oībus celebratum; & hic per trāsitū tangit historiam memoratā a Suetonio. Pompeius enim victis piratis cilicibus partim ibidem: partim in græcia: partim in calabria agros dedit. Vnde Lucanus: An meli⁹ fient piratæ magne coloni. Male auteʒ quidam corycium proprium esse asserunt quuʒ sit appellatiuum eius qui more corycio hortos excoluit: Quod etiaʒ Plinij testimonio cōprobat. Et hic ordo ē Memini pprie vidisse coryciū senē. dicimus autē & memini me videre. Terēti⁹: Memini videre quo æquior sum Pamphilo si se illam insomnis. d ℙ Relicti: deserti: atq; cōtempti. Quis enim agrū nō sperneret nulli rei aptū? non vitibus aut frumētis vel pascuis? e ℙ Rarū holus: idest plantatile. f ℙ Vescūq; papauer: vescū tria significat: minutum: Edule: multum: & aliter quo vescimur. Nā ē aliud lethæuʒ quo non vtimur. Nā vescas salicū frōdes aliter dictū est. g ℙ Regū æquabat opes animis: nō ptā te: qa regū more cibis nō cōparatis vtebat.

PRO. ℭOEBALIA: arx ab Oebalo dr̄ in lacedæmone hoc ipsum oppidum: quod pterfluit. ℙ Galesus: flumen: Pompeius quū oppugnaret piratas remigibus eorum promisit agros: Si vicisset eorum adiutorio: Quorum proditiōe victor tarentinorum agros veterania diuisit. Et quicquid deterrimum fuit: remigibus dedit. Cilices autem tunc exercuerunt piraticam. Est autem in Cilicia promontorium corycium: cilicem intelligi vult: hoc ē remigem piratarum.

ANT. ℭOEBALIÆ turribus: Tarenti intelligit: quod oppidum lacedæmonij ædificauerunt: duce phalanto: Apollinis oraculo: vt latius Stra. li. vj. edocuit. Oebalus auteʒ argoli filius laconicæ rex de suo nomine prouinciam dixit: vt scri. dictis cretensis in troiana historia: Galesus: is vt Liuius lib. v. secūdo bel. punico dixit Calabriæ flumen est. Tarēto proximū per quinq; passuū milia. ℙ Niger: cœruleus. ℙ Corycium senem: cilicē intelligi vult: vt Probus inqt: hoc est remigeʒ piratarū: Pōpeius. n. quū oppugnaret piratas remigibus eorū pmisit agros: si vicisset eoꝝ auxilio quoꝝ pditione victor Tarentinorū agros dimisit: est autem corycos Mela teste oppidū in cilicia supra qđ specus est nole: Corycius supra quā dicit possit eximius. ℙ Seges. i. terra. ℙ Baccho: vitibus. ℙ Rarū holus: qa rarum trāsponit. Est aūt holus vnaquæq; herba q̄ vescimur. Vtq; ait Varro ab holla holera dicta: ibi. n. decoquebant. ℙ Verbenas: videto f pharmaceu. iij. eclo. ℙ Vescumq; papauer: de papauere latius in Alexi ecloga latissime tū li. j. Geor. ibi Et cereale papauer. ℙ Vescū: id minutū significat teste Nonio: pōt tamen hic etiam quo vescimur exponi: vescebantur enim papauere: vt superius ostendimus. ℙ Opes animis: ait Seneca in animo non in patrimonio putemus eē diuitias: Anim⁹ est q diuites facit. ℙ Carpere: carpebat. — Holus

CHRI. ℭCORYCIVM: cilicem. in cilicia. n. ē corycum promontoriuʒ vltra qđ ad stadia. xx. est antrum corycum in quo crocus optimus nascitur: id autem est ingens quædam concauitas in orbem ducta: cui labrum petrosus ac satis altum circumadiacet: cum descēderis solum est inæquale: & magna ex parte petrosum materia semper virenti plenus. Adiacens vo solum croco satuʒ est: ait Strabo. ℙ Relicti: destituti ab alijs propter sterilitatem. Fecit ergo hortum quæ est quarta species agriculturæ cū neq; aratorius esset ager ad fruges: quod genus in libro primo tractauit. ℙ Nec pascuis idoneus: neq; arboribus conserēdus: quæ duo in secundo & tertio libro tractata sunt. ℙ Animis: nam opes — corycium

tantæ non erant quantæ regibus sunt: sed ita illis paruis contētus degebat: vt reges suis magnis: Et per transitum ostendit: naturam paucis: minimisq́; cōtentam esse: & in illis vitā beatam inueniri: modo cupiditates nimias coerceamus. Et laudat vitam Pythagoream qui ab omni animante abstinebat. Quod & Iuuenalis ꝓsequitur: Viue bidentis amās: & custos pauperis horti: Vnde epulum possis centum dare pythagoreis.

Et cum tristis hyems etiam num frigore[a] saxa
Rumperet, & glacie[b] cursus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat Acanthi
Aestatem[c] increpitās serā, Zephyrósq; morāteis.
Ergò[d] Apibus foetis idem atq; examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis, illi Tiliæ[e], atq; vberrima Pinus,
Quotq; in flore nouo[f] pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem Autūno matura tenebat.
Ille etiam seras[g] in versum[h] distulit[i] Vlmos,
Eduramq; [k] Pirū, & Spinos[l] iā Pruna ferentes,
Iámq; ministrātē Platanū potantibus vmbras.
Verum hæc ipse eqdem spatijs[m] exclusus iniqs
Prætereo, atq; alijs[n] post cōmemorādа relinquo.
Nunc age naturas[o], Apibus quas Iuppiter ipse

mota sunt bella: Aut Laurolauinium: & significat dum donec. tam diu enim dimicauit q; diu tempus faciendæ ciuitatis veniret: idest donec Turnus occumberet: Aut Romam significat: & est sensus dummodo ergo conderet vrbem aut troiam: aut Laurolauinium: aut Romā significat. m Inferretq; deos latio. n Latium duplex est: vnū a tyberi vsq; ad fundos: Aliud inde vsq; ad vulturnum. Latiū autem dictū est ꝙ illic Saturnus latuerit. Inferretq; deos latio: hoc est in latium: & est vsitata figura apud Virgilium. Quod enim cū præpositione per accusatiuū dicimus: ille per datiuus ponit sine præpositione. sic alibi: It clamor cœlo pro ad cœlus. o Genus vnde latinum: Si iam fuerunt latini: & latium dicebatur: contrarium est qđ dicit ab Aenea latinos origines ducere: prima est iucunda absolutio: vt vnde non referas ad personam sed ad locū: Nāq; vnde aduerbius est de loco: non deductū a persona. Tamen Cato in originibus dicit hoc: cuius auctoritatem Salustius imitatur in bello Catilinæ: primo Italiam tenuisse quosdam qui appellabant Aborigines: hos postea aduētu Aeneæ Phrygibus iunctos latinos vno nomine nuncupatos. Ergo descendunt latini non tantum a troianis: sed etiam ab aboriginibus. Est autem vera expositio hæc nouimus ꝙ victi victorum nomen accipiunt: potuit ergo victore Aenea perire nomen latinum. Sed volēs sibi fauorem latij conciliare: nomen latinus non solum illis non sustulit: sed etiam troianis imposuit. Merito ergo illi tribuit quod in ipso fuerat vt posset perire. Vnde & ipse inducit in.xii.lib. rogantē Iunonem ne pereat nomen latinum: item in execratione Didonis legimus: Nec cum se sub leges pacis iniquæ Tradiderit. Iniqua enim pax est in qua nomen amittit ille qui vicit p Albaniq; patres: Albā ab Ascanio conditam fuisse constat: sed a quo incertum vtrum a Creusæ an a Lauiniæ filio: de qua re etiam Liuius dubitat. Hanc autem quum euertisset Tullus Hostilius: omnes nobiles familias romam transtulit. Et sciendum bene hunc ordinem semper seruare Virgilium: vt ante dicat latium: deinde albam: post Romam: Quod & in hoc loco fecit: & in.v.libro: Priscos docuit celebrare latinos: Albani docuere suos nunc maxima porro Accepit roma: & patrius seruauit honorem. Item in.vii.libro. Mos erat hesperio in latio: quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrum: nunc maxima rerum Roma colit. q Altæ mœnia romæ: aut propter gloriā: aut propter ædificia: aut quia in mōtibus collocata est. r Musa mihi causas memora: Poetæ in tres partes diuidunt carmen suum: proponunt: inuocant: narrant. plerūq; tamen duas res faciunt: & ipsam propositionem miscent inuocationi: quod in vtroq; opere Homerus fecit: Nāq; hoc melius est vt in odyssea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, & in iliade μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληιάδεω ἀχιλῆος Lucanus tamen ipsum ordinē vertit ꝑ. enim pposuit: deinde narrauit postea inuocauit: vt est Nec si te pectore vates Accipiam. Sane obseruandū est in oībus carminibus ne numen aliquod inuocetur: nisi aliquid vltra humanā possibilitatē requirimus: hinc in arte poetica Ho. Nec deus intersit nisi dignus vindice nodus Inciderit. Bene ergo inuocat Virg. nō enim poterat per se irā numinis nosse. Item in.ix. libro nisi adderet Iuno vires animumq; ministrat: quis crederet Turnum euasisse de castris? Quo numine læso: quo in quo in qua causa: & est.vij. casus: & cōmunis elocutio. dicimus enim quo te læsi est & alia expositio: nāq; Iuno multa habet numina est Curetis quæ vtitur curru: & hasta: vt est Hic illi arma Hic currus fuit. est Lucina quæ partubus pest: vt Iuno Lucina fer opes. est regina: vt Quæ diuū incedo regina. Sūt & alia eius numina. Merito ergo dubitat: qđ numen eius læserit. Alij tñ dicunt separādū esse: vt de odio Iunonis nō dubitet: quærat autē qđ aliud numē est læsum. s Quo numine læso: ideo trahitur in ambiguitatē: & reqrit in quo Iunonis numen læsit Aeneas: qa in ipsum certa nō erāt odia sed in gentē propter causas paulopost dicendas.

Lauina litto: a: cum alijs ante Aeneam in Italiam venerint: ille tamē primus venit ad eam partes: vbi deinde fuerunt litora lauina: & primus fato venit: cum casu alij venissent. Ergo fato perdidit patriam. Fato exclusus peruenit in litora lauinia. Multū il.t.i.&.a. alia cum ppositione diuisio est. Scribit enim quæ mari: quæ terra sit passus. Vi superum. vis est cum fit aliquid contra leges idest contra fatum: vt aūt ostendat nihil tale de superis meruisse Aeneam addit. Sæuæ.m.i.ob i. Ergo non propter culpā Aeneæ fecerunt superi: sed vt obsequerentur Iunoni tanq; omnium reginæ purgat igitur Aeneas & deformatur Iuno aduersaria. Sæuæ idest crudelis quæ prosequatur innocentem & qui deorum omniū atq; ipsius cultor fit: onerat etiā eam ꝙ inimicitias nulla Aeneæ culpa susceptas diutissime tenaciterq; retineret cum ne id quidem etiam si iustæ sint. Inimicitiæ facere probis conueniat. Hoc latius in v. Iunonis grauis ira: nec ex saturabile pect?. Quam nec longa dies pietas nec mitigat vlla. Dum.c.vr. exaggerat ꝙ Aeneam bello appetijsset cum conderet vrbē: & deos in/

DON.

Vis

perio publico profuturos inferret. Quod si ob
tinuisset: nec latinũ genus: nec albani princi
pes: nec ro. imperium fuisse futurũ: nec Cæ
sar imperij ro. culmẽ habuimus: indoluit enim
cum moliri iã tecta videt iam fidere terræ, et
bellũ per furiam excitauit. ppositiõe autem
ista nõ solum quæ dicturus sit: ostẽdi s3 mul
tiformi rõne diuisiõis vtit: cõmẽdat carmẽ,
æneã a culpa liberat: iunonẽ multa variaq;
inuidia obruit: caput carminis ab inuocatiõe
musæ aggreditur cui nisi lectoris instruendi
cã thẽa pmisisset laboris gratiam perdidisset:
cum qd lecturus esset nesciret: quod si cũcta
nõ impleuit morti imature attribuẽdũ ẽ: nã
Albaniq; pa. atq; a. m. r. non scripsit. ¶ Mu
sa: ab inuocatione musæ quod erat scriptu
rus incepit: q; cum dea sit nihil latere opor
tet: interrogat ergo vt cus nulla in ænea cul
pa inueniatur: confirmet Iuue. sæuitiam.
CHRI ¶ LITTORA: terra quã mare tangit: litus
est dictum s3 Sæuolã q ad id aqua alludat:
vel q aqua alluat vel q ibi aqua elidat: s3 &
vicinæ mari terræ littora dicuntur: vt hic.
¶ Ille: non modo nõ vacat: ve emphasim
facit vt sit ille quasi tantus uir & tam crudeli
Italia ter vexatus. ¶ Italiam: sunt qui dicant a bo
bus denominatam: qđ græcorũ prisca lingua
boues italiæ dicebantur: quod aũt bobus abũ
daret: ex eo patet q multa quæ supma dice
batur instituta erat duarum ouium boũ ve
ro triginta pro copia boum & ouium penu
ria: ait Gellius. Serui. aũt ab italo rege siciliæ
dictã putat: qui in eã regionẽ venerit in qua
postea regnauit Turnus: italiã de suo nomi
ne illã appellauit. Festus autem scripsit italiã
dici q magnos italos. i. boues habeat: qa vi
tuli ab italis sunt dicti itali. ¶ Fato: de fato
qm̃ plurima dicenda sunt: in alium locũ dif
Lauini-um feremus. ¶ Lauina: placent quæ dicuntur a
Seruio: tamen si Dionysium audiamus cus
Æneas in italiam venisset auspicato oppidũ
in eo loco condere cœpit: in quo sus pgnãs:
& iam aræ ab Ænea destinata diffugiens re
quieuerat. Verum latinus qui tum aduersus
rutulos bellũ gerebat peregrinos: regnũ suũ
intrasse & vrbẽ ædificare cœpisse audiens: il
luc cum exercitu conuolauit ferro aduenas
expulsurus. Verum cũ deorũ munitu vterq;
ad amicitiã cõuerteret: adiuuante latino vi
bem absoluit Æneas: nominauitq; lauiniũ:
vt Romani volunt a Lauinia Latini regis fi
lia: vt aũt qdã græci fabulosæ historiæ scri
ptores ponunt a Lauinia Geloni regis delio
rum filia Aeneæ roganti data a patre: cũ fa
tidica esset & sapiens. Euenit aũt: vt dum la
uinum cõderetur igne per se ex saltu accen
so lupus arida ligna ore ferens super igne le
cerit: aduolansq; aquilla motu alarum flam
mas excitarit. Vulpes autem caudam e flu
uio madefactam ferens ignẽ extinguere co
naretur: sed tandem victa discessit vulpes.
Quod monstrum hoc imperium tandes. su
peraturũ quãuis cum difficultate ostendit.
¶ Vi. vis vim & vi in singulari habet. Est au
tem a græco βία enim apud illos dicitur: &
significat robur vt sit via vi: itẽ virtutem: vt
multa vi muniet albã. Item violentiã: vnde
dicimus illatam vim virgini: significat co
piam: Vis magna auri homini illi fuit. Vi er
go superum. i. non iusticia & æquitate: s3 vio
lentia a qua non abest crudelitas: conciliat er
go beniuolẽtiã Aeneæ a psona aduersario
rum qui tã iniq; Aeneam insectarentur: & a
persona Aeneæ cõmiserationem excitat: q
non sua culpa: sed aliorum crudelitate in tan
tas tãq; graues erũnas inciderit: & tamen oĩa
animi magnitudine: & sapientia tolerauerit
& superauerit & cum non verisimile videre
tur q superi dij ita iniq; fuerit homines piũ
insectari ostendit illos studia Iunonis eẽ secu
tos: quã Home. et scribit deos in troianos cõ
citasse. Sæuæ: crudelis: quia iniusta ira con
tra troianos moueretur. Ostendit ex hac re
quãta fuerit troianorũ miseria: cum dea qua
a iuuando nomen sortitur tã iniq; crudelita
tem exercuerit: ergo et dea cum munus pro
prium dei sit iusticia vti: & ea dea quæ a iuuã
do dicit per summam iniquitatem inuictos
crudelis fuit. ¶ Memorẽ: multa noĩa actiue
passiueq; ponũtur. Actiue dicimus sis fœlix:
nostrumq; leues qcũq; laborẽ. i. sis propitia:
ac da fœlicitatem. Passiue autem: Viuite fœ
lices: nõ q inferant aliis: sed ipsi accipiant: sic
formidolosus: & qui infert: & cui infert formi
do. Aliter ergo Terẽ. Nimis formidolosa es:
Aliter: Salu. semper illis aliena virtus formi
dolosa est: sic memor actiue ponitur: vt Dũ
memor ipse mei: dum spũs hos reget artus.
Passiue cũ ait Hora. Siue puer furens impsit
memorem dẽtibus notã. i. de qua illa memi
nerit. Sic nunc memorem irã. i. de qua me
minisset Iuno. ¶ Latio: Pli. latiũ antiquũ Latium
a tyberi circeos vsq; producit deinde ad li
rim vsq; fluuium minturnensium processis
se scribit. Idem sentit Soli. vñ a quo Aenea:
nam ipse auctor generis latini est ait enim
Euse. de tempo. ¶ Latinis: qui postea roma
ni nũcupati sunt: post tertiũ annũ captiuita
tis Troiæ seu vt quidam volũt post octauum
regnauit Aeneas annis tribus ante Aeneam
ianus: saturnus: Picus: Faunus: Latinus in ita
lia regnauerunt circiter annis. ci. Hæc Euse.
Verum ij populi qui sub iano: Saturno: Pico:
ac Fauno fuerũt: non latini sed aborigenes
nolati sunt: ipse. n. Diony. alicar. antiqtatis
diligentissimus scrutator latinorum ante ad
uentũ Aeneæ nusquã meminit. & Liui. ait
Aeneas aduersus tanti belli terrorẽ: ut ani
mos ab originũ sibi conciliaret ne sub eodẽ
iure solum sed etiã nomine omnes eẽnt lati

nos vtrãq; gentem appellauit:& Stra.idé pe-ne sentit. Iusti. aũt in lib.xx. Quid Latinos populos qui ab Ænea conditi videtur: Æneas igit vt exemplũ suæ clementiæ populis nu-per victis pberet: vtq; ex duobus populis vnũ efficeret: vtrũq; nó ab auctore se: sed aut a la-tino: aut a latio deuicto latinos dixit: remit-tens multũ de iure suo cui licebat: vel a pria troianos: vl' a se æneadas illos denominare: instituit aũt hoc imperius Æneas anno post mundum conditum vigesimo supra quatu-or milia. ¶ Albani patres: nam Ascanius re-licto lauinio suæ nouercæ albam longã có-didit: in qua ipsi suiq; posteri sedes regiamq; habuerũt vsq; ad Romulũ Romæ condito-rem iure igitur patres romanorus albani di-centur. Regnauerũt autem isti reges annos circiter centum ac quinquaginta. Quo auté tempore Roma condita fit:& quare Roma vocata mira inter scriptores varietas appa-ret. Frequens opinio est illam conditã a Ro-mulo & Remo anno primo. vij. olympiadis: anno aũt post captum Ilium secũdo atq; tri-gesimo supra trecentesimum regnante athe-nis Caropo: Cephalon auté Gergithius vetu-stissimus scriptor illã conditã ponit secunda ætate post troianũ bellũ: ab ijs qui exilio cũ ænea seruati sunt a Romo Aeneæ filio idé pene Demagoras & Agathyllus ponunt. Alij asserunt Aeneam qui ex molossis venit post Vlyxem Romam condidisse:& eam ab vna iliensium mulierum quæ Roma dicebatur Romã denominasse. Hæc enim alias troia-nas mulieres: vt naues incenderent: hortata est errores grauiter ferens Aristo. phus scri-bit achiuos quosdam a Troia reuectos tem-pestate in italiam compulsos esse: & quãuis exacta hyeme inde enauigare decreuissent. Tñ cõbustis nauibus ab ijs quas captiuas ad duxerant mulieribus consilium necessitate impellente mutasse & Romam condidisse. Callias refert Romam troianam mulieré: quæ cũ alijs troianis venerat nupsisse Lati-no aborigenum regi: eiusq; deinde filios vr-bem cõdidisse & a matre denoiasse. Xenago-ras historicus refert Vlyxi ex Circe tres filios fuisse Romum Antium & ardeã: qui tres vr-bes condidere & cõditas a se denominauere. Diony. chalcidé. Romũ quidem conditores ait fuisse siue Ascanij: siue Emathionis filius fuerit. Alij volunt Romam cõditã fuisse a Romo itali filio. Hæc igitur græci scribunt ex romanis autem nullus scriptor vetust' est. Sed ex vetustis sermonibus seruatis in sacris tabulis nónulli sumunt Aeneæ filios fuisse Romum & Remum Romæ cõditores. alij ex Aeneæ filia illos natos dicunt: et Latino obsides datos: atq; ab eo sine filijs decédente heredes regni relictos. Alij dicunt ascanium successisse: & cum fratribus regnũ diuisisse; ipsumq; albam & alia oppida, Romum ve-ro capuam a proauo capy Anchisen ab an-chise & Æneam quæ postea ianiculũ est vo-cata a patre a se vero Romã denominasse. Hæc quodã tpe fuit deserta: sed sequentibus deinde tẽporibus aduẽtãtibus colonis: quos albani sub Romo & Romulo duce miserũt antiquã cõstitutionem resumpsit: vt duplex fuerit cõstitutio. Alia paulopost res troianas: alia quindecim ætatibus inferior. Antioch' syracusanus tertiã ponit multo antiquiores regnãte in italia Morgete. Soli. autem refert Euandrum cum in italiã venisset oppidum ibi in monte inuenisse: quã Valẽtiã latini ap-pellauerant. Ergo ipse hanc ne nomé imu-taret Romam græco vocabulo dixit. Veri' tamen putant a Romulo cõditã Romam eã quæ quadrata dicta est. eo q æquilibra fo-ret posita. Incipit a sylua quæ é in ara Apol-linis.& ad supercilium scalarum Caci finit: vbi tuguriũ fuit Faustuli in quo mansit Ro-mu. Ro. auspicato fundamenta iecit duo de viginti natus annos. xi. kalen. maias hora post secundam ante tertiam: vt ait. L. Tarun-cius mathematicus nobilissimus Ioue in pi-scibus: Saturno Venere: Marte & Mercurio in Scorpione: Sole in Tauro: Luna in Libra cõstitutis. Dies illa parilia habet obseruatiõq; est deinceps ne qua hostia cæderetur parili-bus: vt dies ille a sanguine purus esset. Musa ab eo quod é μύειν. i. docere dicit: vel παρὰ τὸ μῶ. i. inquiro: nã omnium bonarũ artium illas inuẽtrices esse volunt. Hesio. i. sua thegonia musas a Ioue eé creatas ait: ex Mnemosyne. i. memoria. Nouem enim no-ctes cum illa in Pierio monte concubuisse fertur: hinc nouẽ genitæ sunt musæ quæ a monte ipso pierides appellantur: vnde ides Hesio. μοῦσαι πιερίηθεν dixit nomina au-tem his versibus refert.

κλειώ, τ' εὐτέρπη, θάλειά, τε μελπομένη τε
Τερψιχόρη, τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ', οὐρανίη τε
καλλιόπη θ' ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασάων.

Anaximander lampsacenus: Xenopha-nes heracleopolites dicunt poetas esse in tu-tela Apollinis qui lyra canit: & nouem mu-sarum in quarum medio ipse residet: & per Apollinem humanam vocem intelligunt quæ nouem instrumentis perficitur. Quo numi. i. Quid ue. do. quasi stupeat: cũ igno-ret aut quo numine læsa sit aut propter quã rem doleat: & cur dea cum sit sustinuerit in tot calamitates inijcere viu nõ modo piũ sz pietate pstãte: cũ nulla virtus acceptior dijs imortalibus esse debeat. Est. n. pietas qua quo oportet amore in patriam in parentes: ac in reliquos sanguine coniunctos affecti sumus.

Quid ue dole[illegible] regina deū, tot voluere[a] casus
Insignem[b] pie[illegible]e virum, tot adire labores
Impulerit. tantæ ne[c] animis cœlestibus iræ?
Vrbs[d] antiqua fuit Tyrij[e] tenuere coloni[f]:
Carthago, Italiam[g] contra, tyberináq; longe[h]
Hostia. diues[i] opum studiísq;[k] asperrima belli.
Quā Iuno fertur[l] terris magis omnibus vnam
Posthabita[m] coluisse Samo. hic[n] illius arma[o]:
Hic currus[p] fuit. hoc regnū dea gētibus esse
Siquá[q] fata sinant, iam[r] tum tendítq;[s] fouétq;:
Progeniem sed enim troiano á sanguine duci
Audierat[t], tyrias[v] olim[a] quæ verteret arces:
Hinc[b] populum late regem, belloq;[c] superbum
Venturu[d] excidio Libyæ[e], sic voluere[f] Parcas

Læso: lædere & offendere differunt: Læ-
dit enim qui dānū detrimētū dolorem ue af
fert. Offēdit uo qui ex dicto: facto ue stoma-
chus indignationemq; cōmouet: & d.inum
nullū infert. Cās.s. efficientes tam grauem
iram: tanq̄ sæuū odium.

SER. a TOT voluere casus: casibus volui: &
est figura hypallage: quæ fit quotienscunq;
verba per contrarium intelliguntur: Sic ali-
bi: Dare classibus austros: quum ventis na-
ues demus non nauibus ventos. Item Ani-
mumq; laban
tem Impulit:
hoc est impel-
lendo fecit la-
bantem.
b Insignes
pietate virum
quia patrem:
& deos pena-
tes de Troia li
berauit: & hic
se ostendit me
rito inuocas-
se musam. Nā
si iust' est Ae-
neas: cur odio
deorum labo-
rat. c Tan
tæ ne animis
cœlestib' iræ?
Hic iā non de
q̄litate iracun
diæ: sz de quantitate q̄rit. Nimia & enī ira est
quæ non habet pietatis considerationem: &
hoc quidem secundum stoicos dicit: sed mi-
ratur cur tantum. Nam epicurei dicunt de-
os humana penitus non curare. c Tan-
tæ ne: quasi exclamatio est mirantis. Ani-
mis cœlestibus: dijs superis: nam apud infe-
ros constat esse iracundiam: vbi sunt furiæ:
& iræ: Erinys: Alecto: & Megæra. d Vrbs
antiqua fuit: Vrbs dicta ab orbe: q̄ antiquæ
ciuitates in orbem fiebant: vel ab vruo par-
te artari: quo muri designabantur: & anti-
qua autem & fuit benedixit: nanq; ante se-
ptuaginta annos vrbis Romæ condita erat:
& eam deleuerat Aemylianus Scipio. quæ
autem nunc est postea a romanis est con-
dita. vnde antiquam accipe: & ad compara-
tionem istius q̄ nunc est & Roma antiquio-
rem. e Tyrij tenuere coloni: deest quas.
Amant nāq; antiqui per epexegesim dice-
re quod nos interposito pronomine expri-
mimus. Item est locus Italiam grai cogno-
mine dicunt: deest quem. f Coloni au-
tem dicuntur cultores aduenæ. & hos de ty-
ro constat venisse: qui carthaginem condi-
derunt. g Italiam contra: Constat tria
latera habere Italiam: superi maris inferi: &

alpium. vnde tollendi erroris causa adiecit:
Contra tyberina hostia: quæ in infero mari
sunt. h Longe: valde. Salustius: Longe
alia mihi mens est patres conscripti. i Di
ues opum: modo tantum diues dicimus. An-
tiqui adiungebant cuius rei: vt diues equum:
diues pictai vestis & auri: iungentes tantum
genitiuo casui. k Studijsq; asperrima bel-
li: causam ostendit mirabilem dicens hos eē
bellicosos & diuites: quum ociosa sit semper
opulentia. Iure ergo hanc diligit Iuno:
& vult orbis
regna sortiri.
Studijs: non
studio: q̄a ter
rebellauit con
tra populum
romanum.
l Fertur di-
citur: & ingen
ti arte Virgi-
lius vtitur: ne
in rebus fabu-
losis apta vta-
tur licētia poe
tarus: sed qua
si opinionem
sequitur. & per
transitus poe-
tico vtitur mo
re. m Post
habita coluis-
se samo: nō cō
tempta: sed in secundis habita. Nanq; in su-
periori versu dixit magis: vt etiam origina-
li loco seruetur affectio. Sic Iuuenalis: Et sa-
nia genitrix quæ delectatur arena.
n Hic illius arma: figura creberrima. ad-
uerbium pro aduerbio posuit presentis loci
pro absentis debuit enim dicere illic sicut ha
bemus in superioribus. o Arma: instru-
ctam armis Iunonem in alio loco ipse testa
tur: Ferro accincta vocat. p Currus: aut
vere currum: quo scdm Homerum in cœ-
lo vehitur: aut thensam significat: qua deorum
simulachra portantur. Thēsa autem cum aspi
ratione scribitur ἀπὸ τοῦ θεῖου idest a re
diuina. Hic illius arma: hic currus fuit
quotienscunq; nomina pluralis & singula-
ris numeri connectuntur: respondemus vi-
ciniori: vt ecce hoc loco currui non armis
respondit. eadem & in diuersis generibus est
obseruatio vt magis vicino siue masculinum
sit siue fœmininum respondeamus: vtputa
vir & mulier magna ad me venit: Si autem
plurali numero velimus vti: ad masculinum
transeamus necesse est: vir & mulier magni
ad me venerunt. q Si qua: qua vacat: &
est ornatus causa positum vtq;: tandem gen
tium: locorum: & reliqua: vt Dixitq;:

& prælia voce direnit. y ¶ Iam tũ:ex quo constituta est a tyrijs colonis. 3 ¶ Tenditq; fouetq; figurare dixit:nam nõ regnus fouet: sed tendit:& fouet vt regnum esse possit. & ¶ Duci:ductus in infiniti modi a passiuo: tp̃s præsens pro futuro posuit:& verbũ pro verbo: vt supra ostensum est. ꝯ ¶ Audierat:a Ioue aũt fatis:non enim oĩa numina habent diuinandi potestatem:deniq; ne ipse quidem Apollo sua sponte diuinat: vt est Quæ phœbo pater oĩpotens:mihi phœbus Apollo Prædixit:& perite audierit: In Ennio enĩs inducitur Iupiter ꝑmittens romanis excidius carthaginis. ꝝ ¶ Tyrias arces: Carthagines dicit quã tyrij condiderunt. a Olim:nũc quãdóq;:Tria enĩ tp̃a significat præteritũ: vt Olis arbos nam ad imp.q.g.l.p:æsens: vt. Tundit olim fluctibus:futurum: Nunc olim q̃cunq; dabunt se tp̃e vires. b ¶ Hinc populum late regem:a romanis laudat aũt eorũ populum dicendo late regẽ. c ¶ Belloq; superbũ:nobilem: vt Ceciditq; superbũ Ilium. d ¶ Venturũ excidio:ad excidiũ nota figura. e ¶ Libyæ carthaginis:& prouinciam pro ciuitate posuit. Dicta aũt lybia q̄ inde ilbs flat:hoc est africus: vel vt Varro ait quasi λειποῦσα τοῦ ὕειν idest egens pluuiæ: vnde Salustius Cœlo terráq; penuria aquaꝝ. f ¶ Sic voluere parcas:a filo traxit voluere: vna enĩs loqĩt alca scribit:alia fila deducit:& dictæ sunt parcæ κατὰ ἀντίφρασιν q̄ nulli parcãt:sicut lucus a non lucẽdo:& bellũ a nulla re bella.

℃ INSIGNEM pie.i.deoꝝ cultorem:& spectatæ vitæ.qd ergo delinquẽti fecisset cũ ita insectetur in noxiũ. Ergo collige:nam cum irascendi cã non sit:& nõ faciam innumeris tormentis:& grauissimis casibus probat illas esse sæuã his dictis instruit hoĩes ad bonus viuendi rõnem bonũ enĩ virũ iustus dolor mouerat:& tñ non sit in vitione ĩmoderatus: nec iustas iras diutius retineat: vnde Salu.& iniuria accepta ignoscere q̃ ꝑsequi malebant. ¶ Tantæ ne.a.admiratur hoc poeta cũ dij lenes esse soleant:& misericordes q̄ repichẽdatur in eis qđ in hominibus displicet. Post inuocationẽ aũt nõ in adiumentus carminis: sed in fauores suscepti sui opis positas causas enumerat:qbus lector in initio aduertat:& Iunonem sæuã:& deos maio studio Iunonis motos:& Aeneã nõ sua culpa hæc esse passum. Vrbs antiqua:primã Iunonis odioꝝ cãm dicit quæ Aeneã isectatur: qm̃ ab eo gens oritura erat quæ iperiũ qđ ipsa Carthagini seruari cupiebat, ꝑruptura eẽt. Volebat ergo si posset illũ extingui. Igiẽ hæc sola causa satis erat ad odia excitanda. Verũ aliæ quoq; enumerantur: vt cũ sint procul a culpa Aeneæ: & ipse purgetur:& Iunonis factio iniquissima cognoscat: Laudatur multipliciter carthago vt ostẽdat illa Ro.imperiũ opprimere potuis-

se maxime annitente Iunone. ¶ Antiqua: non magna: vt multi dicũt:sed pro lapsu tp̃is: vt annositate corroborata iperium Ro.nascens longe vis viribus ꝑmeret. ¶ Coloni: vt preter incolas etiã aucta sit colonis. ¶ Itali.i.cõ.iaus ẽ a situ. ¶ Diues a fortuna. ¶ Studijsq;:a natura & moribus:ergo oĩs erat occasio Iunonis fauor, locoꝝ proximitas, substantia rei familiaris, bellatoꝝ numerus, fiducia naturalis:& innatũ studiũ dimicãdi. ¶ Posthabita.c.s.tanta obstinatiõe ꝯtra Ro.imperium nitebaẽ pro carthaginis opibus: vt oĩb⁹ terris:& ipsi solo genitali illa ꝑposuerit:& insignia sui numinis: quicqd potuit in ea collocauerit. ¶ Verteret:eam habet significationem: vt nihil post excidiũ supsit. Vnde alibi. Quæ te genitor snĩa vertit.i.penitus ita ĩmutauerit: vt nihil in illo pietatis relictũ sit. Ites & oĩs imo vertit neptunia troia.

℃ TOT vol.c.fortasse non est hypallage: nã q̃uis a Iuno.impulsus sit ad multos casus:ille tñ sua sapientia & aĩ magnitudine potius voluit casus q̃ ab illis volueret:pstantissimi enĩ viri potius fortuna regunt q̃ ab illa regitur. CHRI

¶ Vrbs:an laudat carthaginẽ: vt ostẽdaẽ nõ oĩno stultã rei pficiendæ spes fuisse Iunonis: & sumũtur loci de probabili qđ ponitur in cõstitutione ꝯiecturali:in hac est signus & signi partes sunt locus:tp̃s:spaciũ:occasio spes perficiendi:& spes celãdi, locus ergo idoneus dabit spes.q̄ eẽt propinq̃ italia:& opposita Romæ. Erat spes pficiẽdi:qm̃ & antiqua:& diues & populosa:& bellicosa:ergo q̃uis etiã accensa eẽt odio: Non tñ ꝑceps ꝯsiliũ cœpisset nisi fuisset spes pficiendi. ¶ Antiqua ẽ roborata: viribus opponebaẽ nascenti. Sic inferius dolet q̄ vrbs antiq̃ ruat multos dñata p annos Vrbs:hanc designabãt sulco qa ea ducebaẽ qua mœnia futura eẽnt:q̄ cũ illuc puenicbatur vbi eẽt futura porta:id spaciũ nõ signabatur sulco sed portabaẽ aratrũ ne terrã tangeret: vñ a portãdo portã dici volunt. Ipse alibi interea Aeneas vrbẽ designat aratro. Nas Cato ait ꝯditores vrbium taurũ in dexteram vaccam iterius iungebãt ipsi incincti ritu gabino.i.togæ parte caput velati tenebãt stiuas incuruã: vt glebæ oẽs intro ruerent: vñ territoriũ q̃si terribouiũ dcm̃ est attritu boũ:& aratri. Erãt boues albi: vt illo cãdore ondereẽ ciues sine labe eã oportere. Glebæ internæ rẽijciebanẽ:qm̃ oĩs fertilitas in vrbem ĩportãda sit: Erant ita boues iũcti: vt vacca interior taurus exterior eẽt qa mulieris est quæ intra domũ sunt curare: Viri vero quæ extra de hac re. Oui.in lib.fasto. Inde ꝑmens stiuã designat mœnia sulco: Alba iugũ niueo cũ boue vacca tulit. Sulcus aũt ille qui sic tũc iprimebaẽ teste Põpeio festo primigenius dicebaẽ. Vomis aũt æneus adhibebaẽ: vt refert Macro. ¶ Coloni:noui:& aliũde profecti habitatores Coloni

Carthago.

vbiū: sed & agrū alienū q ea pditione arant: vt partē fructuū capiant colonos appellāt: q de re rustica scribūt: Carthago pdita est: vt qdam volūt a Carchedone tyrio: vt vero alij a Didone eius filia annis .cxliij. post troianum bellū: alij vero dicūt cōditam a Didone anno mūdi .xc. ac cētesimo supra q̄tuor milia: postremo vero sunt qui velint regnāte auētino in latino post .iiij. milia & .ccc. ac qnquaginta mūdi annos eā pditā: sed poeta suo iure hæc fingit ait Euse. ¶ Samo q̄; insulā vehementer amabat: qm̄ in ea adoleuit: & Ioui nupsit: & vt scribit Var. parthenia prius est appellata. Itaq; antiq̄ssimū hēt ibi tēplū: & simulachrum habitu nubētis figuratū: & sacra eius anniuersaria nuptiarū ritu celebrant. ait Hero. tēpla samū hre pulcherrima oīum quæ in græcia sunt. ¶ Hic illius ar. h. c. f. repetitio ē color rhethoricus. Dea tēdit. q. d. iccirco audet niti contra fata qa dea est. Libyæ pars tertia terrarum est q̄; latini Africā noīant græci dicūt libyā denoīatā a libya Epaphi filia: quæ Busiridis mr̄ fuit. Parcas qm̄ vita humana initiū habet progressus & finē: hæc tria per tres parcas antiqui noīauerūt. Noīa quæ sunt apud græcos Clotho: Lachesis: & Atropos: Clotho q̄ initiū vitæ typū hēt colū cū penso gestat: vt sit ortus nr̄ qui materi. ī viuēdi pbet. Lachesis vero filū expēso deducit. Id enim est tp̄s viuendi qđ sortiti sumus. Vn̄ & ipsa a λαγχάνω quod est sortitor dr̄. Tertia vero filū a Lachesi iam deductū abrūpit: & denotat mortem vn̄ dr̄ Atropos quasi ἄνευ τρόπου .i. sine conuersione: qa īplacabilis est mors: & nulli parcit. Gel. aūt refert tribus fatis tria noīa cē latina. Et prima dici parcam a pariendo: secunda: nonā: tertia decimā: qa nono: & decimo mēse partus maturi sint. Cesellius vero vindex parcarū ponit tria noīa latina: nonā decimā & mortam: producitq; Liuij versum. Quādo dies aduenie t: quam præfata est morta. Has alij de morgonis ex chao filias dicūt. Alij noctis: alij quib' assentitur Marcus Tullius in libro de natura deorum herebi. & noctis. Has ait Hesiodus bona & mala hominibus sortiri. parce

SER.

Id metuens,[a] veterísq;[b] memor Saturnia[c] belli,
Prima[d] qđ ad Troiam[e] p caris[f] gesserat Argis:
Necdum etiam causæ[g] irarum, sæuiq; dolores
Exciderāt animo. manet[h] alta[i] mente repostū[k]
Iudicium Paridis, sp̄retæq;[l] iniuria formæ:
Et genus[m] inuisū, & rapti[n] Ganymedis[o] honores,
His accensa[p] super, iactatos æquore toto
Troas relliquias[q] Danaum, atq; imitis[r] Achilli
Arcebat longe Latio, multósq; per annos
Errabant acti[s] fatis maria[t] omnia circum.
Tantæ[v] molis erat romanam[x] condere gentem.
Vix[y] ē conspectu[z] Siculæ telluris, in altum
Vela dabant læti[&], & spumas salis[?] ære ruebāt,

a ¶ ID METVENS: de futuro timor est: Odium: de p̄senti. Metuebat ergo Carthagini. Odiū aūt hēbat propter causas sequentes: & est de vtroq; exēplum: Conueniūt qbus aut odium crudele tyrāni: Aut metus acer erat. b ¶ Veteris belli: quantus ad Virgilium pertinet antiqui si ad Iunonem referas diu gesti. Tunc autem ad personam referendum est: quum ipsa loquitur: quod si nulla persona sit: ad poetam refertur. Nunc ergo veteris ex persona poetæ intelligendum est: sicut ipse alibi. Mirantur dona Aeneæ. mirantur Iulum Flagrantisq; dei vultus: partem ad se retulit: partem ad tyrios qui deum esse nesciebant. c ¶ Saturnia: antonomasia est. non epitheton: quæ fit quotiens pro p̄prio nomine ponitur: quod potest esse cum proprio noīe: pōt: & epitheton dici. d ¶ Prima: atqui Hercules prior contra troianos pugnauit: vnde modo, prima princeps accipiendum est: Nam plerumq; poeta significatiōes nominum dat participijs: vel ecōtra: vt Voluentibus annis: significat enim voiubilibus: hac licentia & in nomine vsus est: vt prima p principe poneret. e ¶ Ad troiam: & ad & apud accusatiuæ sunt præpositiōes. Sed apud semp in loco significat ad & in loco: & ad locum: vt Ad quem tum Iuno supplex his vocib' vsa est. Cicero in Verrinis: Decem fiscos ad senatorē quendam relictos. Item ad Marcum Leccā te habitare velle dixisti. f ¶ Caris argis: illic enim eam coli omnibus notum est. Argos autem in numero singulari neutri generis est: vt Horatius: Aptum dicet equis argos: In plurali vero masculini: vt hi argi. cæterum deriuatio nominis argiuos facit: non argos. g ¶ Causæ irarum: nunc de præteritis loquitur. h ¶ Manet alta mente repostum Iudicium paridis: in quo pro Venere paris Alexander contra Iunonem Mineruáq; iudicauit. i ¶ Alta mente dicit .i. secreta, recondita. k ¶ Repostum: autem syncopa est: vnā enim e medio literam seu syllabam tollit sed quum omnes sermones aut integri sint: aut pathos habeant: hi qui pathos habent ita vt lecti sunt debēt poni: quod etiā Maro facit: nam & repostus & porgite de Ennio transtulit: integris autem & ipsis vtimur:

& eorum exemplo aliis. l Spretæq; iniuria formæ: epexegesis est. hoc enim fuit iudicium Paridis: vtq; particula vacet. sicut alio loco: Dixitq;: & prælia voce diremit. Licet nonnulli separent dicentes aliud esse. Nunq; enim coniunctio ponitur nisi inter duas res. Et spretæ formæ referunt ad Antigonã Laomedontis filiam: quam a Iunone propter formæ arrogantiam in ciconiam constat esse conuersam.

Et genus inuisum: propter Dardanum Electræ pellicis filius. Electra pellex fuit Iouis: ex qua Dardanus natus est: a quo troiani ducunt originem.

n Rapti: stuprati: vt est Rapta garamãtide nympha: Ites & raptas sine more sabinas.

o Ganymedis honores: Trois regis troiano rus filii. honores aũt dixit vel ꝓpter ministerium poculorum: ad quod receptus est remota Hebe Iunonis filia: quæ Ioui bibere ministrabat: vel ob hoc quod inter sydera collocatus aquarii nomen accepit. p His accensa super iactatos æquore toto: sup his: aut de his: aut super metum carthaginis: his quoq; accensa. q Reliquias: vt stet versus gemináuit. Nam in prosa reliquias dicimus.

r Atq; immitis achilli: bene secundũ Homerum segregauit duces a populo. sic Æneas in secundo post omnium casum Priami separauit interitum: vt forsitan & priami fuerint quæ fata requiras: immitem autem dixit qui in patrocli vltiones & circa extinctus Hectorẽ crudelis fuit. Achilli propter ὁμοίο τέ λαυτον detraxit s litteram: quæ plærũq; pro sibilo habetur non solus necessitatis: sed etiam euphoniæ causa: vt Salustius: A principio vrbis ad bellum persi macedonicus ꝓ persis. detrahitur autem s tertiæ declinatiõis genitiuo.

f Acti fatis: si odio Iunonis quomodo acti fatis? sed hoc ipsum Iunonis odius fatale est. laborat enim Virgilius nil troianorum meritis: s omnia fatis ascribere. Est & alter sensus: nam fatum voluntatem legimus: vt Fatis Iunonis iniquæ idest volũtate locutionis: vt hic intelligamus agebantur fatis Iunonis idest voluntate.

t Maria omnia circum: in fine accentus ponimus contra morem latinum: sed corruptio hoc facit: Nanq; præpositio postposita corrupta est sine dubio.

u Tantæ molis erat: difficultatis.

x Romanam condere gentem. latenter ostendit hinc odium Iunonis Aeneam pertulisse: ꝙ romanæ gentis auctor extabat.

y Vix hoc loco mox significat. 3 E cõspectu: vt adhuc de Sicilia possent videri.

& Læti: vel alacres: vel veloces: vt est Et læ tus eois Eurus æquis. Ites Et virgca lætus pabula idest festinus: & cum omni intentione: vel re vera læti: ꝙ; ꝙ; incongruum sit propter Anchisæ mortem: sed & interitus senum minus dolet: & magis lætos intelligendus est: vt sit Iunoni causa maioris iracundiæ: sic enis & in septimo irascitur vbi lætum Æneas sub culo prospexit ab vsq; pachynno. ꝯ Salis: maris fm Homerum εἰς ἅλα δῖαν Salem autem quo vtimur singulari numero tãtum dicimus: quũs locos significamus plura lem tantum ponimus numerum secundum Lucanum qui ait: Non soliti lusere sales. Aliquando autem & vrbanitatem per singularẽ numerum significamus. vt Terenti. Qui habet salem quod in te est idest quæ res in te est masculini enis. g. est non neutri: & neutra tri ptota sunt: nec ab hoc accusatiuo nominatiuus esse potest hoc sale.

¶ ID METVENS. vt firmet primam fu DON. isse principalem causam incipit dicere alias. Timet ergo ne troiani ab excidio liberati vel vires aduersus græcos reparent: vel in Italia consistentes carthagini officiant. Artificiose deinde aliam causam addit iudicium paridis: & vnam iniuriam facit duplicem scilicet quod offensa sit in eo iudicio ꝙ minori sit postposita: & ꝙ sit spreta forma sua: qa in pomo scriptum erat: Pulchriori def. Hoc maxime vexat mulieres. Hanc igitur partem facit. Virgilius cum dicit manet alta mente repostum iudicium paridis: spretæq; iniuria formæ: Vt non tantum irascatur quod victa est quantum quod forma sua sit spreta.

Manet ergo ad omnia pertinet. Repostum: autem ad iudicium paridis. Iudicium scilicet corruptum libidinis præmio.

Paridis: vt conuitium sit non hominis nomen scilicet quasi abiecti: venalis: vulgaris: & inhonesti. Falluntur autem qui referũt iniuria formæ ad antigone. Vnde addit Et genus inuisum: vt ad principalem causam gentis æstus reduceret. Ganymedis: Qui turpiter amatus est a Ioue. Est autem fœdus hoc loco aliquid intelligere de zodiaco: in quo Ganymedes dicitur collocatus: ne infames inter sancta sydera sint collocati: & sentiamus id quod poeta non dixit. Ostẽdit omnes has causas esse alienas ab Ænea. Atq; vt posterius dictas ostenderet incidentes ait: His accensa super idest super illam quæ fuit ob excidium carthaginis. Vix e cõspectu: A septimo anno incipit narrationẽ: vt priora reseruet ad conuiuium Didonis.

Iactatos æquore: hæc omnia ad exprimẽdam Iunonis iniquitatem pertinent: vt ostẽdat excidium carthaginis solam causam fuisse ne ipsa misereretur: nec deserit intentionem suam quæ cognoscens non posse expugnare fata: cupiebat saltem illos arcere quos ad plenum superare non poterat. Non miserabatur igitur: vt iactatos toto æquore: & eos

qui ex infinito numero ad paucos redacti essent: quos e manibus saeuissimorum hostius fortuna seruauerat: insidiis assiduis obtereret. ¶ Reliquias danaum. Magna crudelitas quae nullis cladibus saciari poterat. Laus autem Aeneae magna quod de solis reliquiis troianorum imperium Romanum condere potuerit. Ergo ni fata obstitissent patriā integris opibus defendisset: cum in aliena terra imperium condiderit. ¶ Acti fatis: idest ipsi qui fatis agebantur in Italia errabant Iunonis inimicitiis. ¶ Tantae molis: Non fiunt sine magno labore magna. Laudatur autem Aeneas: qui nullo labore nulla diuturnitate erroris desistebat ab incepto.

¶ Vix laeti. Vtrunq; temperat. Nam laeti erant quod essent propinqui italiae. Sed morte Anchisae contristati vix erant laeti.

❡ ID METVENS. Nam haec est prima causa: reliquae sunt accessoriae.

¶ Veteris: ac si diceret imperfecti operis. Hoc alibi ipsa dolens ait. Non capti potuere capi. Et paulopost: Me ne inceptis desistere victam: vel memor belli idest iniuriarus ob quas bellum susceperat. ¶ Saturnia quasi dicat crudelis: vt a Saturno esse se ostendat dicitur autem Iuno a iuuando: sed quoniam in hoc loco troianos non iuuare. sed ledere conatur optimus vates illam a Saturno stella noxia denominare maluit. Caeterum poetae cum eam physica quadam ratione describunt: terram intelligunt. Haec pulchre ostēdit Dionysius ac Eusebius & Varro. Quapropter hac ratione ipsam deam regnorum nominant: quia haec terrena sunt atq; omnis contentio inter mortales: & terrarum possessione est. Capitur autem a Marone allegorice pro ambitione quae est cupiditas regnandi: et imperandi. Huius deae simulachrum ligneum apud Samios: vbi apprime colebatur fuisse refert Callimachus: Iunonem prisci voluerunt esse nuptialem viri ac foeminae coniunctionem. Quapropter illi sacrificantes bilem ad hostia euomebant: ac iuxta aram infodiebant: vt ostenderent sine ira: et odio et amaritudine matrimonium esse oportere. Iunonis autem et Latonae potestatem sic iungunt q Iuno terra sit: Latona nox: nam obliuio ex nocte per somnum fit. Nox autem est terrae vmbra matrimonii vero finis procatio est idest a tenebris ad solis lumina progressio. Dicunt autem Ioui Iunone irata et ab eo dissidente moestum Iouem a calabeomene indigna doctum: vt alteram ducere simularet. Quapropter ille ex quercu muliebre simulachrum composuit nuptiasq; praeparauit: ad quas tritonides nymphae: et vniuersa boetia confluebat. Qua re commota Iuno a Citherone descendit: et plataeensium mulierum turba sequente ad Iouem peruenit simulationeq; patefacta illi summa cum laeticia reconciliata est. simulachro autem quod Daedalem appellarunt: Iunonis gratia ficta Daedala instituta sunt Iunoni praeterea omnium mense kalendae dicatae sunt. Vnde illi duodecim aras instituunt. ¶ Causae: irarum. ¶ Iniuriae: iniuria enim iram gignit quae est accensio sanguinis ad vlciscendum. ¶ Dolores qui: & ipsi ab iniuriis nascūtur: ait. Diodorus mulieres diopolitanas siue thebanas quae in aegypto sunt (nam diopolis thebe est) pharmacum aduersus iram: & maerorē inuenisse. ¶ Animo: mēte idest memoria: vt manet alta mēte repostum iudicium paridis. ¶ Iactatos aequore: arcebat. Omnibus ex locis Iunones inuidia onerat pathosq; cōmouet: in hoc autem loco citat a modo: vt ipse alibi altaria ad ipsa trementem. Traxit: & in multo lapsantem sanguine nati: sic Demosthenes se pulsatum cothurno quaeritur: in quo erat cōtumelia. Nam non solum iniuria ex se spectatur: sed etiam modus inferendae iniuriae Iniuria est q arcet Italia. Mos autem quod arceret crudelissime illos per omnia maria iactando: & vt magis illius odium insaciabile ostendat: dixit troianos non integros: & florentes in patria in quos posset concitari aliqua inuidia: sed miseros atq; infoelices: & qui ex graecorum praesertim Achillis crudelitate superfuerant: qui non solum venia: sed etias commiseratione digni essent. eoq; magis quod tam diu in eos saeuierat: vt iam omnis ira saciata esse potuisset. ¶ Laeti: capiebant laeticiā ꝓpt propinqtatē Italiae quae res magis Iunonem incendebat: Nam ex inimicorum laeticia dolent inimici. ¶ Caris; sic & apud Homerum loquitur.

Ητοι ἐμοὶ τρεῖς πολυφίλτατοι εἰσὶ πόλιες,
Αργος τὲ σπάρτη τὲ καὶ εὐρυάγυια μυκήνη.

¶ Iudicium paridis: de paride Ganymede atq; aliis troianis dicemus suo loco. Hic ad ea quae dicit Donatus addam ingeniosissime poetam nostrum cum causas quae Iunonem excitabant poneret ita narrare voluisse: vt ipsa si adesset narraret. Nam vt ait Cicero a natura: & vsu non est recedendum. Non ergo rationem habuit temporum: sed si irata Iuno loqueretur: semper ea prima proferret: quibus magis premeretur: & quia nihil grauius accidit reginae quam postponi minoribus: nihilq; molestius foeminae q; in iudicio formae succumbere; iudicium in quo vtrūq; incōmodū est prius dixit: deinde qd molestius in secundo loco erat: Electram viro suo potitā: quam Ganymedem filiae in munere succedere. Forma a graeco est p trāspositionem litterarū. illi enī μορφὴν nos for Forma

mam dicimus. Est autem forma propter quam aliquid quod non erat esse incipit. Nam ebur Phidiæ iouis simulachrum: nõ erat: sed postquam addita est ad materiam forma cœpit esse simulachrum. Ergo quia dat essentiam: & pulchritudinẽ: forma pro ipsa pulchritudine capitur. ¶ His accen. su. aduerbium est In hoc loca super fim Prisci. ¶ Danaum: græcorum a Danao antiquissimo rege fratre Aegypti: qui relicto ægypti regno fratri in græciã nauigauit: argosq; venit: & nomen genti dedit: ait aũt Pli. Hunc primũ naui nauigasse cum antea hoĩes ratibus ab erithra in mari rubro institutis vterentur. Eusebi. ita scribit ægypti quæ prius aeria dicebatur ab ægypto ibi regnãte nomen accepit cui datũ est regnum electo Danao qui in græciã argos occupauit ac aquas abundare fecit. Achilles est quasi ἄνευ χι-

Dana' / Aegiptias / Achilles

λου. idest sine cocto quia illũ Chiron ita educasset herbis baccisq; syluestribus vt nullum cibũ coctũ gustaret. Vnde Euphorion poeta. Εἵς ἴσίην χί-λου καίτνις πάμβανα γευσὸς τ' οὐνεκα μυρμί δονεςμιν α χιλλέα φημί ξαντο. Errabãt: a recto cursu vagabant aliquãdo peccare: Itẽ pasci: vt mille meæ siculis errãt in montibus agnæ. ¶ Tãtæ molis: tãti ponderis. i. difficultatis. Lege allegorias nr̃as: & inuenies quod propheuelit. ¶ Tãtæ molis: Epiphonema est quæ est rei enarratæ: vel probatæ summa acclamatio: sic Cice. Facere enim probus adolescens periculose quam perpeti turpiter maluit. ¶ Vix e cõspectu siculæ telluris in altũ Vela dabãt læti: erat adeo intẽta his rebus Iuno: vt vix nauigare incœperint: cũ aĩaduertit. Et spumas salis ære ruebant. i. aquam ruendo spumosam reddebant.

SER. a ¶ CVM Iuno æternũ seruãs sub pectore vuln⁹: quod præterito dolore dixit: de futuro natum: ad vtrũq; vulnus retulit. b ¶ Hæc secum: scilicet ãdi locuta est. deest enim & si fictũ est: vt superius diximus: Vnde enim si sciret poeta? bene autem impatientiã doloris ostẽdit detrahendo ei solatia: vt in quarto solam inducit Didonem: En quid ago?

Cum Iuno[a] æternũ seruans sub pectore vulnus
Hæc[b] secum; me[c] ne incepto[d] desistere victam?
Nec[e] posse italia Teucrorum auertere regem?
Quippe[f] vetor fatis. pallás ne[g] exurere classem[h]
Argiuum? atq; ipsos potuit[i] submergere ponto
Vnius[k] ob noxam[l]: & furias[m] Aiacis Oilei[n].
Ipsa Iouis rapidum[o] iaculata[p] é nubibus[q] igné.
Disiecitq; rates[r], euertitq; æquora ventis.
Illum[s] expirantem[t] transfixo pectore flammas
Turbine[v] corripuit, scopuloq;[x] infixit acuto.
Ast ego[y] quæ diuum incedo[z] regina, Iouisq;[&]
Et soror & coniux vna cum gente, tot annos[ɔ]
Bella gero: & quisquã[?] numen Iunonis adorat:
Præterea[a], aut supplex aris imponit honorem?
Talia[b] flammato secum dea corde volutans

cõtra exulum fata posse aliquid: si Minerua numẽ inferius valuit cõtra fata victorum. g ¶ Pallas ne. Minerua ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ. idest ab hastæ concussiõe: vel quod Pallantẽ gigãtes occiderit. h ¶ Classem: ad inuidiã posuit: vt pro vna naui classes dicat. sic Venus: Nauibus infandum amissis: quum Orontis sola perisset: aut re vera vnã nauem significat. vt Hora. Me vel extremos numidarũ in agros classe releget. classis enim dicta est ἀπὸ τῶν καλῶν: idest a lignis: vñ & calones dicunt qui militibus ligna portãt: & καλοποδία. i ¶ Potuit: ad illud refert quod supra dixit: nec posse. k ¶ Vnius ob noxam: In istis sermonib⁹ vnius: illius: ipsius naturaliter media producitur syllaba: sed quũ opus est corripitur hac excusatione: quod quotiens vocalẽ lõgã vocalis sequitur: ei superiori vires detrahit: vt est Insulæ Ionio in magno: Et sub Ilio alto: & ob hoc mutat accentum: In latino enim sermone cũ penultima corripitur: antepenultima habet accentum vt hoc loco: Vnius ob noxam: & contra: Nauibus infandũ amissis vnius ob iras prodimur. l ¶ Noxã: pro noxiã: & hoc interest inter noxam & noxiam: quod noxia culpa est idest peccatum; noxa autem pœna. m ¶ Et furias

c ¶ Me ne: ne non vacat: significat enim ergo. & est coniũctio rõnalis. d ¶ Incepto desistere: tolerabilius est enim non inchoare quam incepta deserere. e ¶ Nec posse italia teucrorũ auertere regem. sic & in. vij. Vincor ab ænea: & detraxit more suo prouinciæ præpositionẽ: non enĩ dixit de Italia: sed Italia. f ¶ Quippe vetor fatis: re vera inquit fata me prohibent: ergo Iuno ignorat vim fatorum: sed hoc non possumus dicere quia superius lectum est: Si qua fata sinant: Et progeniẽ troiano a sanguine duci. Audierat: hoc quod est. oẽs res holum aut ex nostra voluntate descẽdũt: vtputa sedere surgere: aut ex fati necessitate: vtputa nasci mori: aut ex deorum volũtate: vtputa nauigare: vel honoribus frui. Nunc de nauigatione agitur: & bene inuidiose quasi etiã huius rei potestatem ei possint fata detrahere est & alter latens sensus: vt speret se reginam

alacis oilei furia: amoi est. vt in bucolicis: seu quicunq; furor. n ℞ Oilei: non vacat. Nam & duo A iaces fuerunt: & ambo furuerūt: sed ira Telamonius: hic amore: & est græca figura si dicamus Aeneas Anchisæ & subaudiamus filius. hac aūt figura vtimur circa patres & circa maritos tātum: vt Virgilius: Deiphobe glauci. idest filia. Ides Hectoris andromache: idest vxoi. Ipsa: bene ipsa: dulcis est enim propria manu quæsita vindicta: vnde plus dolet Iuno alienis viribus se vti: vt Acolir vt inferorum: sicut ipsa flectere si nequeo superos Acheronta mouebo. o ℞ Rapidum: velocem: vt est. Quū rapidus sol nōdum hyemē contingit æquis. Iam preterit æstas. Item rapidi ue potētia solis. p ℞ Iaculata: in libris etruscorū lectum est iactus fulminum manubias dici: & certa eē numina possidētia fulminum iactus: vt Iouē: Vulcanum: & Mineruam: vnde cauendū est ne alijs hæc numinibus demus. q ℞ E nubibus: secundum physicos: qui dicunt collisione nubiū fulmen creari. r ℞ Rates: abusiue naues: nā ꝓprie rates sunt cōnexæ inuicem trabes. Quæ σχέδια græce dicta sunt. s ℞ Illum: auctorem. scriminis. t ℞ Expirantē flāmas: nō animam dicit flāmas: sed cum aiā fulminis flammas euomentē: vt superius pleno nomini adiecit opum. i. diues opum: sic hic verbo quū plenū sit expirat addidit flāmas: vt alio loco Consi xi expirant animas. u ℞ Turbine: volubilitate ventoꝝ. x ℞ Scopulo saxo eminenti. scopulus aūt a speculādo dict⁹ est nā σκόπελος ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν aut a tegmento nāuiū ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν τὰς ναῦς. Conti gerūt āt ista circa Caphareū mōtē Euboeæ. y ℞ Ast ego: nunc cōparat singula: & ne leue esset qd dixerat ego addidit deoꝝ regina. sic Salu. Nos aūt: hoc est pp̄ls Ro. z ℞ Incedo: incedere proprie est nobilium personarum. & ℞ Iouisq; & soror & cōiux: Physici Iouē æthere. i. ignem volunt intelligi. Iunonē vero aerem: & quoniam tenuitate hæc elemēta paria sunt: dixerunt eē germana. Sed quoniam Iuno hoc est aer subiect⁹ est igni: idest Ioui: iure superposito elemento mariti traditum nomen est. Iouē aūt a iuuando dixerunt. Nulla enim res sic fouet omnia quemadmodum calor: vn & ζεὺς inpit ἀπὸ τοῦ ζῆν. i. a feruore dicitur. ꝯ ℞ Tot annos: iuxter in istis locutiōib⁹ & accusatiuo vtimur & ablatiuo. Dicimus enim & tota nocte legi: & totam noctem legi. honestior autē elocutio est per accusatiuum. ꝝ ℞ Aut quisq; non troianorum sed omnium generaliter. a ℞ Præterea: postea: Vt præterea vidit nec portitor orci. Amplius oblectam passus transire paludē. b ℞ Talia flāmato: quod supi intermiserat nūc reddit. Nam dixerat superius Hæc secum: & modo ait voluntans: idest cogitās. Nimborum: nimbi nunc ventos significant: plerūq; nubes: & pluuias. ergo pro ut locus fuerit: intelligendum est ꝓprie tamē dicuntur nimbi repētinæ & ꝑcipites pluuiæ: nam pluuias vocamus lentas: & iuges.

¶ CVM Iuno æternum seruans sub pectore vulnus: aduertens Iuno troianos de proximitate italiæ laborare recrudescebat vulnus: & exclusa ab inuentione nocendi: & a loco & a tempore sic suos dolores intimis sensibus enumerat. ℞ Me ne: cōponit summa arte quales habere debuerit cogitatiōes carens inuentione ad nocendum: & inducto qualitatis statu per exempla aliena inuenta consilia enumerat: & cōparat personam suā cum persona Mineruæ & Troianoꝝ & Græcorum & inimicitiarum causas. Me ne: emphasim habet pronomen & magnum dicendi pondus: quod infra aperuit: cum dicit. Ast ego quæ diuum incedo Regina Iouisq; & soror & cōiux. ℞ Inceptis desistere victam: incepta sunt animoꝝ destinationes. Salustius. Nam talia incepta non consultorem vertissent rerum pestem factura. Dolet igit̄ intētionem suam sine effectu defecisse: nec superesse nocēdi consilium vel tempus: & quia donorus est incepta deserere: si aūt prece flectantur: aut sponte ignoscant: ostēdit vtranq; occasionem perdidisse: & incidisse in indibrium: Vt scilicet superata discederet. ℞ Regem: idest si perdere non potui debui superare Teucrorum regem. ℞ Italia. i. ab italia. Sic alibi Bellum ingens geret italia: ergo si non poterat perdere saltem disiungere ab italia: & si omnes non perirent saltem id obtineret iuxta vnum Aeneā: cuius stirpi deberi sciebat imperium romanum. ℞ Quippe vetor fatis: Ergo magis debuit vetari Minerua fatis Græcorum. ℞ Pallas ne: Quæ non esset tā ti meriti aut potestatis. ℞ Exurere classem: Comparatio pœnarum Minerua potuit naues Græcorū & ipsos exurere: ego vnum ab italia arcere non potui. Exurere: urere est aliquid lædere incendio: exurere est penit⁹ abolere. Confirmat aūt poeta soli æneæ deberi imperium: cum de ipso solo laboret Iuno. Illum expirantem: illa propter vnum plurimos perdidit: ego a plurimis offensa vnū ab italia arcere non possum: & quod auget dolorem ostendit Mineruam minorem deam iouis fulmine vti potuisse: & in pœna delicti defendit Auctorem. Si ergo ille iniuste grauissimū pertulit supplicium: multo magis eius socii. Defendit autem culpam in amorem reijciens: & vtitur veniali statu. Factum enim quod manifestum est nō purgatur: nisi

dicatur non erat suæ mentis nec sui consilii Aiax: sed furore amoris trahebatur. Nā qcqd fit per pathos: non ascribitur homini. ¶ Disiecitq; rates: Ne si alicui cōtigisset euadere: nauigandi subsidium. ¶ Euertitq; æquora ventis: Alieno est vsa imperio: nam Iouis fulmē arripuit & neptuni imperium. Habuit enim potestatē in ventos qui alieno subiecti sunt imperio. ¶ Illum: emphasim pronomen habet quasi temerarium in consideratum: sacrilegum, prophanus qui in templo deæ virginis ante aras in conspectu numinis regiam sacerdotem intactam violauit. ¶ Pectore: quo vulnus omnino lætale esset.

¶ Turbine corripuit: nam aliter infigi non poterat & ostendit vim iræ in tanto impulsu. Voluit infigi scopulo: ne ad littus deueniens saltem sepulturam acquireret. ¶ Ast ego quæ diuum incedo Regina iouisq;: Et soror & coniux: Declarat quid illud sit.

¶ Ast ego: scilicet quæ omni genere rerum Mineruam supero. Sum enim Regina. Sum soror & coniux Iouis. Vnde deberem ab eo qui frater est & maritus omnia impetrare. ¶ Vna cū gēte tot annos: Cū Minerua vno ictu potuerit. ¶ Præterea: in medio posuit & bis esse repetenda. ¶ Flammato: superius dicit accensa sed plus est flammato. p. Vt ostēdat quantum accreuerit ira ex comparatione Mineruæ: nocendi autem consilium de Mineruæ exemplo cœpit præsertiz cū troianos videret nauigantes.

CHRI ¶ CVM Iuno æternum. de hac dea deq; Ioue alio loco dicetur. Quare autem troianis inimica implacabilis fingatur: nos in nostris disputationibus chalmadulensibus: in quibus sex primos libros scdm allegoriam interpretati sumus: diligenter expressimus: nam cum Iuno dea regnorū sit iureq; possit pro cupiditate imperandi & pro omni ambitione capi. Quid est quod egregius vlrum italia: idest a contemplatione diuinarum rerum in qua est summus bonum magis amouere possis. Sed hæc & reliqua omnia in eo loco intelliges. ¶ Mene: Hoc iratorum est: Vt principia orationis habeant abrupta & præcipitata clausulas breues & verba subtrahant & ab interrogatione incipiant: Cui vix aliter quam quod volunt responderi possit. Hæc omnia in illa Terentiana deprehenduntur. Ego ne illam: quæ illū: quæ me: quæ non. Præterea non possunt explicare a principio id quod post quas iram euomuerint facilius exprimunt. Itaq; a principio dixit me: nec potuit explicare quid oneris habeat me. Explicauit autem postquam in oratione debaccata euomuerat iras & se non nihil collegerat. ¶ Ast ego quæ diuum incedo Regina iouisq;: & soror & coniunx. ¶ Pallas exurere classem: Hæc latine Minerua dicitur: quam non solum lanificij ac multarum muliebriū artium deaz esse volunt: sed ipsius quoq; sapientiæ: Aiuntq; non ex muliere conceptam esse: sed capite iouis ortam: est ergo Fabula iouem cum iunonem sterilem videret: vt liberos haberet sæpius concusso capite Mineruam edidisse: per quod ostendunt nulla admixtione rerū humanarum: aut corporearum ab ipso deo nobis sapientiam prouenire. Et re vera hebeti omnino ingenio ille erit qui sapiētiam: quæ intelligentiā sciētiamq; amplectitur ex corporē cōmixtione nobis prouenire opinetur. Ipsa enim ex intellectu siue potius intelligentia: Quæ pura simplex incorporeaq; est prouenit: Cicero in libro de natura deorum quinq; Mineruas ponit. Græci Mineruam athenā dicūt: a qua dictæ sint athenæ Vrbs de qua re in Geor. dictum est Minerua lanificium & texturam reperit & numeros atq; illorum figuras. Hanc Vulcanus adamauit vxoremq; petit. Verum cum illa concubitū refugeret semen in Terram fluxit: natusq; inde est Erichthonius: sic dictus a terra i quanatus est: quæ χθών græce dicitur & a contentione quæ inter Vulcanum & ipsas fuit: fuit: quæ Græce ἔρις dicit. Pallas præterea appellatur: vel a Pallante eius parente interfecto: vel a concussione hastæ. Nā πάλλειν concutere est: appellatur etiā Tritonia a Tritone africæ palude. Apud quā vt scribit Augustinus regnante Ogygio apparuit: Fuit autem Cecrops: quo Regnante ab athena. i. Minerua athenæ denominatæ sunt anno mundi quinquagesimo supra tria milia ac sexcentos quo tempore Moyses ex ægypto populum eduxit. Herodotus autem ait in africa Macyes esse populos iuxta quos Triton fuit fluuius: ex quo fit Tritonis palus: ex qua dicunt Neptunum mineruam suscepisse: Se cum pater illi quandoq; succensuisset: se Ioui adoptandam dedit: huic virgines singulis annis sacra facientes in duas acies diuiduntur: ac lapidibus fustibusq; inter se decertant: & si qua in pugna occubuerit ea pseudo parthenos. i. non vera virgo appellatur: ante autem quā pugnam ineant pulcherrimam omnium ex iis Corinthia Gallea & Tota armatura Græca ornatam Curru imponūt: illamq; paludem lustrantem sequunt. Cretenses tamen in Creta Tritonem fluuium esse dicunt: & apud illius Fontes ex Ioue natam affirmauit: ibiq; illius templum ostendunt: addit Diodorus siculus: Mineruam in Tritone flumine natam ab animone coniuge Rheæ aduersus illam custodem positam

Pallas

Minerua

Triton

Tritōia

filio: Quē ex amalthea susceperat: ipsamq;
perpetuam: virginitatem seruasse & propter
animi solertiam multas artes inuenisse: & in
Alcida Bello plurimum valuisse: atq; alcidā belluā
quæ ignes vomens omnia inflammaret in-
genio ac viribus interemisse. Dicunt hanc
belluam primus in phrygia apparuisse quæ
ex hoc combusta vocatur. Deinde in taurū
montem conuersam cuncta nemora per-
petuo tenore ad indos vsq; incendio cōsum
psisse: Deinde per phœniciam conuersam, ac
libani syluis exustis per ægyptum in lybiam
transisse vsq; ad hesperum. ibiq; in ceraunis
Syluis omnia cremantem omnes mortales
aut pdidisse aut in fugam vertisse. Donec
pallas eam perdiderit: Ægypti vero Miner
uam ætherem esse interpretantur: & Iouis
filiam volunt ac Virginem: Quia æther na-
turam semper incorruptam habeat. Sed vt
ad rem redeam: Ex comparatione maxi-
me crescit indignatio ac dolor: est autem
duplex comparatio & ad personam ad res.
Dolet enim primum quod Pallas minor
Dea non prohibita sit quin se de hoste vlci-
sceretur. Ipsa vero maior dea prohibeatur.
Ad rem autem pertinet quod multo mi-
nus flagitium fuit: quod commisit aiax in
Palladem quam quod Troiani in se. Vnius
obnoxiam: Nescio an Seruij sententia vera
sit. Illud scio minime obseruari. Nam noxa
frequenter pro pœna ponitur. Sed in iure ci-
uili de verborum significatione scriptum est
Noxe appellatione omne delictum conti-
neri: Ouidius. Inuidiam noxe continet ille
meæ. Et alibi Nocte nocent potæ sine noxa
Noxa luce bibuntur. Noxia adiectiuum potius est.
Noxia Nam noxios & innoxios dicimus. ¶ Furias:
inualidat causam: quæ non fuerit per ratio-
cinationem: Sed per impulsionem: scilicet
p vim amoris: veris de furijs amoris latius
in quarto disputabitur. ¶ Aiacis oili: pro
oilei per syneresim. Et posuit datiuum Græ
cum pro genitiuo latino: alibi in datiuo di-
xit: vt Orphi Calliope a lino formosus apol
lo vbi est Orphi pro orpheo. ¶ Oilius: Rex
locrorum fuit. Ignem Iouis: Potuit vt se
vlcisceretur alienis vti armis. Cæterum ful
men scđm physicos est vapor ignitus com-
pactus & solidus impetuose cadens. Gigni-
tur ex vapore grosso ex contrarijs & diuersis
composito vehementi calore inflammato:
& ventorum nubiumq; concussione impul-
so: & quasi lapis igneus fit de concauitate nu
bis deorsum per violentiam pulso Raro ca-
dit in frigidissima hyeme: quia propter fri-
gus vapor in aere non gignitur: Raro etiam
in vehementi æstate: quia propter siccitates
& subtilitatem aeris vapores in nubibus non
aggregantur. Sed calore consumuntur. Ea-
dem ratione in partibus orbis aut callidissi-
mis aut frigidissimis rariora cadunt. Et in ea
parte Italiæ: quæ a septentrione ad meridi-
em discedit: crebriora apparent. Ergo in ve-
re: & autumno vapores multi eleuantur: &
condensantur: & ignescunt Prisci fulmen qui Fulmē
busdam sacris eliciebant non sine periculo.
Nam hostilius Rex cum eliceret cum omni
regia crematus est. Ethruscorum litteræ te-
ste Plinio nouem deos fulmina emittere di-
cunt eaq; esse vndecim generum: sed Io-
uem tria emittere. Romani duo tantum ser-
uerunt diurna quæ Ioui & nocturna: quæ
Sumano tribuunt. De sumano meminit
Plautus. Refert Aristoteles tria esse genera
fulminum. Vnum quod adurit: alterum
quod quia humidum est: non vrit: sed quæ
tangit: Nigra reddit. Tertium est clarum:
& miræ naturæ. Nam vinum effundit in ta
ctis vasis: aliquando fracto vase ita obstu-
pescit vinum: vt per tres dies non fluat.
Aurum in saccis & vasa argentea in capsu-
lis ita liquefacit: Vt sacci capsuleq; integræ
maneant. comburunt corpora in tactis vesti
bus. Martia romana mulier grauida icta ful
mine partu examinato illæsa permansit:
propter hanc triplicem naturam trisulcum
fingitur a poetis fulmen. Refert acron cæ-
terorum deorum manubias albasq; nigrasq;
esse: Iouis vero rubias. Huius rei haud igna
rus Hora. Inde Ioue dixit: & rubenti dex-
tra sacras iaculatas arces. Disiecitq; rates
euertitq; æquora ventis. Exaggerat rem qđ
illa propter vnius scelus multos ulta est.
Exornat autem locum colore rhetorico:
qui est similiter desinens: scilicet auertere:
exurere summergere. ¶ Turbine corri-
puit: scilicet ventorum in circuitum se rotante:
& quæq; prosternente: Plinius autem po-
nit repentinos flatus: qui exhalante Terra
cooriuntur: & nubium cute obducta multi-
plices existunt inter hos enumerat Typho-
nem & turbinem: ac turbinem eum dicit:
Qui maiore depresse nubis specu erum-
pit: sed minus lato quam procella: nec si-
ne fragore proxima quæq; prosternit. Si idē
ardentior fuerit: præster vocatur amburens
cuncta pariter ac proterens: ab hac circula-
ri reuolutione Turbinem dicunt Latini lu-
dum puerorum: quem Græci trochon nū-
cupant: ipse alibi. Ceu quondam torto vo-
litans sub verbero turbo. ¶ Scopulo: scilicet
saxo euboico. ¶ Quisquā adorat: interro-
gatio quæ simplex quandoq; est: vt Sed vos
qui tandem? aliquando figurata: cum non
scitandi sed instandi gratia fit. Cice. Quid. n.
tuus ille tubero districtus gladi' in acie phar-

salica agebatur: item quousq; Catilina abuteris patientia nostra? Nam magis ardet q̃ si dicamus diutius abuteris. Interrogamus et quod negari non possit. Cice. dixit. ne tũdẽ. C. Figulanus facula? Ites vbi difficilis est responsio. vt vulgo dicimus quomodo potest

hoc fieri. Item inuidiæ grã: vt Medea Quas peti terras iubes? aut misserationis: vt Virgi. Heu q̃ me iqt tellus: q̃ me æq̃ra pñt accipe? Cõuenit itidẽ idignatiõi vt hic? ¶ Quisquã numẽ iu.a. Itẽ admirationi. Vt Quid ñ mortalia pectora cogi ipiobe amor.

Nimboꝝ in patriã loca[a] fœta furẽtib[9] Austris[b]
Aeoliam[c] venit. hic[d] vasto[e] rex Aeolus antro
Luctantes[f] ventos, tempestatésq; sonoras[g]
Imperio premit, ac vinclis[h] & carcere frenat.
Illi indignãtes[i] magno[k] cum murmure montis
Circũ claustra fremũt, celsa[l] sedet[m] Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitq;[n] aĩos, & tẽperat iras.
Ni faciat, maria[o], ac terras, cœlúmq; ꝓfundũ
Quippe ferat[p] rapidi[q] secũ, verrántq;[r] per auras:
Sed Pater omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens[s], molémq;[t] & monteis insup altos
Imposuit, regémq; dedit, qui fœdere[v] certo
Et ꝑmere[x], & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quẽ tum Iuno supplex his vocib[9] vsa est.
Aeole (nãq; tibi diuũ[y] Pater atq; hominũ Rex

SER. a ¶ Loca fœta: nũc plẽa vt alio loco fœta armis. Sciẽdũ ẽ aũt dici fœtã & grauidã: & partu liberatã vt Fecerat & viridi fœtam mauortis i antro. Enixã aũt eam fuisse lac qd pueris ꝑbebat oñdit: Itẽ fœtã i illo loco grauida oñdit: Nõ isueta grauis tẽtabũt pabula fœtas: Ergo qa fœta mediũ vmo est bñ ĥ loco epitheto discreuit dicens grauis fœtas: vt bonũ facinus & malũ facinus dicimus: & bonũ venenum: & malum venenum. b ¶ Austris: figura est celebrata apud Virgiliũ: est ãt species pro genere. Legerat apud Ennium Furẽtibus ventis: sed quasi asperũ fugit: & posuit austris pro ventis. c ¶ Aeoliã venit: nouẽ Insulæ quæ sunt post fretum Siciliæ appellantur æoliæ ab Aeolo rege Hippotæ filio. licet & habeant propria nomina: vnde Vir. ait: Aeoliã liparen. Poetæ quidem fingunt hunc esse regem ventorum: Sed vt Varro dixit rex fuit insularum: ex quarum nebulis & fumo vulcaniæ insulæ prædicens futura flabra ventorum ab iperitis visus est vẽtos sua potestate retinere. d ¶ Hic: illic: vt supius: Hic currus fuit. e ¶ Vasto antro: physica ratione hoc fingit poeta. Naturale enim est: vt loca cõcaua plena sint ventis. f ¶ Luctãtes: elaborantes egredi. g ¶ Sonoras: grauisonas. & est tempestatis epitheton. ordo autẽ talis est: Aeolus luctantes vẽtos: & tempestates sonoras vasto antro premit. h ¶ Ac vinclis & carcere frenat: translatio est per poeticam licẽtiam facta: Carcer autem est vndecũq; ꝓhibemur exire. dictus quasi arcer ab arcendo. locũ aũt in quo seruatur noxij carcerem dicimus numero tantum singulari. vnde vero erumpunt quadrigæ carceres dicimus numero tantũ plurali. licet plerunq;

vsurpet poeta. vt est Ruũtq; effusi carcere curr[9]. i ¶ Illi idignãtes: hic aperte ostẽdit qd sit luctãtes. k ¶ Magno cum murmure montis: nõ circũ montis claustra: s3 cũ magno montis murmure. sic fremebãt vt etiam ãtra possent sonare. l ¶ Celsa arce: scdm qd superius diximus. venti. n. melius deprehendunt ex alto. m ¶ Sedet: non ociatur: sed curat. Vt alio loco ait: Turnus secreta valle sedebat. n ¶ Mollitq; animos: idest vẽtos ἀπὸ τῶν ἀνέμων: vt alibi: Quantũ ignes animæq; valent. & Horatius: Impellunt aĩæ lintea thraciæ. Mollit autem ideo dixit: vt per transitum ostenderet vitia naturæ nulla ratiõe mutari: sed mitigari aliquaten[9] posse. o ¶ Maria ac terras cœlumq; profundum: atqui quatuor elementa sunt: terra: mare: aer: & æther. S3 hoc loco rite ꝑtermisit ætherem: quia venti non turbant superiora: vt ait Lucanus: Pacem summa tenent: Sed aut terras: aut maria: aut aerẽ. Nam cœlũ hoc loco pro aere posuit: vt Lucretius: In hoc cœlo q̃ dicitur aer. p ¶ Ferãt. i. auferãt. & est aphæresis. q ¶ Rapidi: veloces: vt supra. r ¶ Verrantq;: verrere est trahere a rete quod verriculum dicitur. est autem principalitas verbi verro verris præteritum versi: vnde fit participium versus: hinc alibi: Et versa puluis inscribitur hasta: idest tracta. s ¶ Id metuens timeas: ergo Iupiter timet non sibi: sed elemẽtis ne turbent eruptiõe vẽtorũ: vt si dicas belloꝝ tpe virum fortem timere non sibi: s3 liberis suis. t ¶ Molemq; & mõtes. i. molẽ montis: & est figura endyadis vt vna res in duas diuidat metri causa interposita cõiunctione vt alibi Pateris libamus & auro. i. pateris aureis. v ¶ Fœdere: modo lege: alias pace: quæ fit

quæ fit inter dimicantes. Fœdus aũt dictum
vel a fœcialibus.i.sacerdotibus: per quos fiũt
fœdera: vel a porca fœde lacerata.i.lapidibus
cæsa: vt ipse alibi: Et cæsa iungebant fœde″
ra porca. x ℣ Et premere & laxas sciret da/
re iussus habenas: permansit in translatione.
iussus aũt ob hoc posuit: qa suo nihil facit im
perio. Nam tolle hoc: & maior est omnibus
diis si ad eius voluntatẽ possint elementa con
fundi: vt ipse Aeolus Mihi iussa capessere fas
est. simul & ventorũ ostẽditur vis quibus parũ
fuerat montem superponi: nisi & regẽ acci/
perent: qui ipse quoq; alieno pareret impe/
rio. Ad quem pro apud quem: vt supra. Aeo
le: rhetoricũ est in omni petitione hoc obser
uare: vt possit pstari quod petitur.i. vt sit pos/
sibilitas: & sit res iusta: vt habeat modũ peti/
tio: vt sequatur remuneratio. Et sciendus se/
cundũ hunc ordinem omnes petitiones for/
mare Virg. vt in hoc loco possibilitas est. Et
mulcere dedit fluctus & tollere vento. iusta
petitio est. Gens inimica mihi. Omne enim
quod contra inimicos petimus iustũ est mo/
dus est petititionis. Et disijce corpora ponto.
Remuneratio. Sunt mihi bis septẽ. Ordo est
Aeole incute vim ventis: & est figura paren
thesis. Inter parenthesim & eclypsim hoc in
terest qa parenthesis est quotiens remota de
medio sententia integer sermo perdurat sic
a græco dicta ꝙ interponatur.i. παρεντί/
θεται plenum nãq; est Aeole incute vis vẽ
tis. Item Aeneas rapidum ad naues præmit
tit achatem: Eclypsis est aũt quotiens remo·
tis interpositis deest aliquid ἀπὸ τοῦ ἐκλεί/
πειν: vt quos ego: deest enim affligã. y ℣ Di/
uum pater atq; hominũ rex: periphrasis est
idest circunlocutio.
DON. ℭ NIMBORVM in patriã: Habet rationẽ
psonæ nõ reginæ: sed iratæ quæ occasiones
nolit omittere loci & tpis. Nam si rõnẽ regi/
næ haberet: mitteret aliquẽ qui æolo iuberet
sed qa mãdata: nisi ipsa adesset: poterant aut
negligentius agi aut differri: & sic pteriret no
cẽdi occasio: misit psonã Reginæ: & sic mo
net poeta per nos ipsos agendũ: qđ rectius cu
rari volumus: & inferiori psonæ inhibendus
honores: si illa indigemus. Nam grata ẽ sibi a
potiore eẽ delatũ: Cætera significat vẽtos ca
uis terræ oriri. ℣ Supplex: nõ qa supplicã
tis verba sit locuta: sed quia venit. ℣ Aeole:
oĩa in hac orõne saciata sunt summo artifi/
cio. Incipit a noĩe: qđ nec Iunonẽ humilem
facit: & æolo gratũ est. Ostẽdit enĩ se illi beni/
uolã cũ norit nomẽ & ipse letatur se potiori
notũ: perindeq; acceptũ atq; carum: ergo ca
ptat beniuolentiã Iuno. Facit itẽ attentum.
Cum idẽ conijciat æolus officiũ suũ Iunoni
esse necessariũ: cũ subtiliter intellexisset ha/
bere inuẽtos plenissimã ptãtẽ. ℣ Diuum pr̃:
ne arrogantẽ faceret Iunonẽ: si dixisset ma/

ritus & frater: vt supra cũ locuta est secum:
ergo hic satius fuit id intelligi posse quã dici:
ne aũt prolixior esset futura oro ipsa occul/
te sibi proponit: quæ excusationis cã potuis/
set æolus opponere: & illis respondet ne vlte
rius accedi possit: & negaret æolus ventos eẽ
in ptãte sua puenit ostẽdens plenam illum a
Ioue in eos habere potestatem.
ℭ AEOLIAM: æoliæ inter Siciliam & Ita CHRI
liam insulæ sunt: hæ in cõmẽtariis Serui no Aeolie
uem eẽ dicunt: in quo numero librariorum insulæ
errorem esse putant: nã Pli. atq; Strabo opti/
mi geographi septẽ ponunt: has græci a Vul
cano qui ab illis ἥφαιστος vocat̃ ephestiades
dicũt latini ab eodẽ deo vulcania nominãt.
Noĩa singularũ etiã extãt: nã prima dicta est
lipara a Liparo Ausonij filio: qui Italia a fra
tribus pulsus illuc venit eius filiã æolus vxo
rem duxit & regno successit. Lipara olis lon/
gina nolata est. Hiera secũda est olim thera/
sia dicta. Collẽ hẽt nocturnas euomentẽ flã/
mas. Tertia strongyle apprime ignita si futu/
rus est auster: caligines euomit si Zephyrus: Vẽtus
fumũ mixtũ igni. Quarta Dydime. Quinta
Ericussa. Sexta phœnicusa. Septima Euoni/
mos. Ptolomeus circa siciliã ponit has insu/
las: Dydime: iceste: Ericodes: phœnicodes:
Vulcani isula: Lipara: Euonimos: Strongy/
le: Vitica: Ostẽdes: phorbantia: ægusa: Hiera/
paconia: æoli insula. ℣ Austris: vẽtis spẽs p
genere ponit̃. Est aũt vẽtus vt placet Arist. in
meteoris: vapor siccus a terra resolutus cum
aliqua virtute cœlesti cõpositus: auerrois ait
ventum vaporẽ esse frigidũ & siccũ ex terris
& aqs per calorẽ resolutũ: qa aerem vehemẽ
ter impellit. Dictus est aũt vẽtus a veniendo
qa nõ flat sed venit. Vel a vehementia quæ
in illo est quæ terrã ac cœlum pturbat maria
pcitat. Sunt aũt quatuor vẽti a q̃tuor mundi
partibus: sed singuli in ternos diuidunt̃. Ergo
ab oriente æquinoctiali subsolanus est. Sed ad
septẽtrionẽ habet vulturnũ a voluẽdis nubi·
bus dictũ: ad meridiẽ eurũ sic dictũ quia late
flat. Hi sunt calidi & sicci: qa sub sole diu mo
rant̃: & vt placet Auerroi in ortu diei sunt sa
lubres qa veniũt ab aere tẽperato. Hinc flumi
na ad orientẽ labẽtia salubriora sunt: qa oriẽ/
taliũ vẽtorũ occursu & solis oriẽtalis reuerbe
ratu purgant̃ & tenuiores fiunt ab occasu æq
noctiali fauonius est dictus: qđ foueat quæ na
scuntur. Huic circius est ad septẽtrionem: Ze
phyrus ad Austrũ. Sunt isti tẽperate frigidi &
humidi: qa sol paruã facit moras in occidẽte
ppterea q; nec multũ calefacit illos nec mul/
tum desiccat: in fine diei salubres sunt qa a so/
le tũc subtiliores reddũtur: a meridie Auster
est dictus: qđ auriat aquas: Huic ad orientem
notus est: qui græce sic dr̃ ab humore. Afric⁹
ad ocidentẽ: calidi humidiq; nubes pluuiasq;
inducũt Aerẽ densum. Flumineũq; reddũt.

citant tẽpestates marinas. Impediunt virtu
tes aiales & grauitaté corpori afferũt. Ait enĩ
Hippo. q grauant auditũ & caput Humores
dissoluũt: & ad exteriora trahũt sensus graui
tatem faciũt: bilé corrũpunt: & in recidiuam
morbos trahunt. Aperiunt tñ poros terræ &
germina producunt a septẽtrione boreas est.
Huic ad oriente aqlo surgit. Ad occasus cho
rus. Hi venti frigidi sunt & sicci: Vñ corpora
indurant: poros ↄstringũt: humores purificãt:
Spiritus subtiliores reddũt. Vim decoquendi
& retinendi corroborãt. Masculos teste Ari
sto. producũt quẽadmodum austri fœminas:
Nec me fugit priscos quatuor dũtaxat ven
tos a quatuor mũdi partibus flantes noiasse.
Vnde plures nõ meminit Home. Deinde ad
ditos fuisse singulis singulos vt eẽnt octo. Po
stremo alias quatuor vt sint. xij. ꝑterea idem
venti diuersis noĩbus vocantur: nã eurũ vul
turnũ appellant: & sub solanũ emphellotes:
africuz Libi nominant poetice tñ ipsi venti
astræi & auroræ filij dicunt: qui a Iunone ꝓ
pter natũ Epaphũ: vt ait Lactan. concitati a
Ioue repressi sunt. Theodontius ait illos a fu
rijs cõmotos: sed a Ioue hortatu litigij: cœlo
pulsos: & cũ oĩa in diuersa traherent a Ioue
æolo subiectos fuisse æolus: æolo Hellenis
Deucalionis frater. Mimas filius fuit. Ex hoc
& Menalippa natus est hippotes: Hic alium
dicim' æolũ genuit q carmẽ suscepit: ex qua
neptunus boetũ genuit. Verũ pater illam ex
neptuno grauidam nõ credens hospiti meta
puntio adducenda tradidit: at illa æolum &
boetũ peperit: quos metapõtius est oraculo:
adoptauit ipsi aũt viri facti metapõti tyrãni
dem occuparunt: Metapontiq; vxoré auto
lidem: qa arnæ mari eorũ aduersabatur in
teremerũt. Quod cũ ægre ferret Metaponti
us: sumpta arma matre abierunt: & æolus q
dem ad eas insulas tyrrheni maris: quas a se
æolias nominauit emigrauit. Hæc Diodo.
alij scribunt hunc æolum regẽ ventorũ fuis
se fi. Iouis ex Sergesta hippote. Troiani filiæ:
& habuit scdm Home. vj. filios totidemq; fi
lias quos matrimonio illis copulauit: Hoc in
terpretant: quia. xij. venti sunt quoꝝ sex ter
ram disponunt: vt vires suas emittat & sex
illam ad suscipiendam ꝑparant. ¶ Tempe
rat: nõ penitus tollit quæ naturalia sunt Ci
ce. ad Qu. fratrẽ: neq; ego hoc cõtendo quod
fortasse tum in omni natura tum in nr̃a æta
te difficile est mutare animum: & si quid est
penitus insitum subito euellere. ¶ Atris: ob
scuris. ¶ Laxas remissas: per. x. scribitur: las
sus autem defessus: sed lapsus a labor laberis
est. ¶ Habenas lora sunt freno alligata quæ
manibus habemus: vt equum rogamus. Er
go ab habendo.

Et mulcere[a] dedit fluctus: & tollere vento.)
Gens[b] inimica mihi Tyrrhenũ[c] nauigat[d] æquor
Ilium[e] in Italiam portans, victósq;[f] Penates.
Incute[g] vim vẽtis, submersásq; obrue puppes[h],
Aut age diuersas, & disijce[i] corpora ponto.
Sunt[k] mihi bis septẽ ꝑstãti[l] corpore Nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio[m] iungã stabili, propriámq; dicabo.
Omnes vt tecum meritis[n] pro talibus, annos
Exigat, & pulchra[o] faciat te prole parentem.
Aeolus[p] hæc contra, tuus O Regina[q] qd optes
Explorare labor. mihi[r] iussa capessere fas est.

SER. a ¶ ET mul
cere dedit flu
ctus & tollere
vẽto aliud pẽ
det ex alio. nã
qui mulcẽ po
test: põt & tol
lere. i. erigẽ in
tempestatem.
b ¶ Gens ini
mica mihi ser
mo hic & na
tionem signifi
cat: & familiã:
sed nunc ad
vtrũq; põt re
ferri: nam aut
ad familiã Ae
neæ: aut ad troianã gẽtem refertur. c ¶ Tyr
rhenũ tyrrhenũ mare dictũ est: vel q thusci
am alluit. i. tyrrheniã: vel a tyrrhenis nautis:
qui se in hoc mare deiecerunt: nãq; hoc hẽt
fabula. Dormientẽ in litore liberũ patrẽ pueꝝ
nautas abstulisse tyrrhenos: qui quũ eẽt expe
rectus in naui: quo duceret interrogauit: re
spondeꝝunt illi: quo volueris. Liber ait ad na
xum insulã sibi sacratã: sed cũ alio vela de
flecterent: iratũ numẽ tigrides sibi sacratas vi
sibus coꝝ obiecit: quo terrore se illi in fluctus
dedere præcipites. d ¶ Nauigat æquor τὴν
θάλασσαν πλεῖ figura græca est: nos enĩ
per æquor na
uigat. similiter
etiã alio loco
terrã: mare: sy
dera iuro quũ
latinitas exi
gat: vt addat ꝑ
positio: & non
vacat: q tyr
rhenũ addidit
videt enĩ dice
re iam eis Ita
liã esse vicinã.
e ¶ Ilium in
Italiaz port: ie
res ilienses: &
inuidiose dicit
iliũ quasi ipsã
cernat ciuitatem: quũ troianos aspexerit.
f ¶ Victósq; penates ne timeat æolus pena
tes lædere tacitæ occurrit quæstioni: portat
quidẽ deos: sed victos & cõtẽnendos. g ¶ In
cute vim ventis: duplex sensus est. incute. n.
inijce significat. vẽtis datiuis est casus: si autẽ
fac: septimus casus est & erit sensus: fac vim
troianis per ventos. h ¶ Sũmersásq; obrue
puppes. Ordo est in sensu ↄfusus: ante enĩ est:
vt obruant fluctibus: & sic summergant. To
ta aũt Iunonis petitio in sequẽtibus explana
tur. i ¶ Disijce corpora ponto: tam virorum
q̃ nauiũ: vt ipse alio loco: quũ de nauibus lo

quereret: Et toto discendit corpore pestis. Sciendum sane est artē hanc eē petitionis: vt minora impetrare cupiētes maiora poscamus: qđ etiā nūc Iuno facit. scit nāq; se fatis obstare non posse: sed hoc ait: vt eos arceat ab Italia. k Sunt mihi bis septē: non sine rōne Iuno dī nymphas in sua ptāte retinere: ipsa enim est aer de quo nubes creant: vt est: Atq; in humem cogit aer: ex nubibus aquæ: quas nymphas eē non dubiū est: ideo aūt nymphā Aeolo pollicetur: qa ventorum rex est: qui aquæ motu creātur. bene ergo ei aqua iungitur origo ventorum. Sane notat Virgiliū criticus: qui marito promittit vxorē: qđ excusat regia licentia: iuxta Salustium: qui ait Denas alii alii plures habent: sed reges eo amplius. l Præstanti corpore nymphæ: bene etiam istas laudat: vt maior sit in Deiopeia pulchritudinis gloria. laudabilius enī est superare laudatos: vt ipse ad maiorē Aeneæ gloriā laudat & Turnum: harū aūt quatuordecim noīa: vt qdas volūt in Georgicis inuenimus. m Connubio iūgam stabili: propriāq; dicabo: Connubiū est ius legitimū matrimonii: Et bene ꝯnubio iungam dicit: vt hanc ab aliis segregaret quæ a regibus sine lege habent: solent enim reges inter plures vni præcipuū dare nomen vxoris: & ꝯnubio: nu. breuem posuit: quū naturaliter lōga sit. Nubo enim vū hēt originē longa: sed est tropus systole: qui fit quotiens longa corripitur syllaba propter metri necessitatem statius quoq; corripuit Cōnubialia pandunt antra sinus Ipse alio loco longam posuit: vt est Hectoris andromache pyrrhin' cōnubia seruas? Itē. Cuiq; loci leges dedimus ꝯnubia nostra Reppulit: & Per ꝯnubia nr̃a: Et Numadumq; petā ꝯnubia supplex. Sciendus tamē est ꝙ plerunq; in cōpositione vel deriuatiōe principalitatis natura corrumpitur. Connubio iungam stabili: Multa in vnū ꝯtulit versum: quæ Iuno promittit. dicendo enī cōnubio ondit legitimā: dicendo stabili longā promittit concordiā. i. quæ diuortio careat: dicēdo propriā: adulterii remouet suspitiones: qđ autē adiecit dicabo: obsequentē eam fore demonstrat. In vsu enī est vt dicamus: sacerdos dicatus est numini: hoc est ad obsequium datus est igiē totus cū dictione pronunciandus est. n Meritis: præstitis: vt alibi: Nec te regina negabo promeritā. i. pstitisse: & alterū pendet ex altero. meritum enī nō nisi ex præstantis beneficio descēdit. o Pulchra prole: vbi cōnubii finem ondit notanda figura. Frequenter enī hac vtit: nam qđ nos per genitiuum singularem dicimus: antiq per septimum dicebant: vt hoc loco: parentē pulchra prole. i. pulchræ prolis. Et simpliciter itelligēdum est. errant n. iq; qui dicunt ideo pulchra dixisse ꝑpter Canacē & Macareū in se inuicem turpissimos fratres. illi enī alterius Aeoli filii fuisse narrantur. p Aeolus hæc contra: subaudi dixit: quod ex posterioribus ītelligitur: vt supra notauimus. q Regina: inferioris psonæ reuerentia est maiorē meritis appellare: nō noie ꝓprio maioris est: minores tātū noīe vocare: qui ordo nō nisi per indignationes corrūpit: vt in duodecimo: Sages in extremis rebus Turnū nō regem vocat: vt Ruitq; ipsorū noīe Turnum: & alibi de Aristæo: Et te crudelem noīe dicit. Explorare labor: superius nāq; ante multa poposcerat Iuno: hoc ergo dicit tuū est deliberare qđ velis. r Mihi iussa capessere fas est: figura est liptote: quæ fit quotiēscunq; minus dicimus: plus significamus per ꝯtrariū itelligētes: vt hō loco: non ait licet mihi implere quæ præcipis: sed nefas est non implere quæ iusseris. Itē Munera nec sperno. i. libenter accipio.

GENS ini. hic nō noluit Aeneas ne rñderet æolus nō audeo in nepotē Iouis a quo imperiū sumpsi. Speciale igiē subtraxit, generale posuit. Inimica: non dicit se genti inimicā: sed gentē sibi quasi inferiores potiores ꝓuocētē: quæ res etiam æolo idignationē mouerat: vt Iunoni auxiliaret. Mihi. q. d. reginæ: & Iouis sorori: & coniugi qđ ne arrogans videret subtraxit. Tyrrhenū: qđ & facilius ꝯcitatur & Italiæ vicinius est. Ilium quasi dicat oēs opes suas si amisisset non eēt facultas recuperandi. Ne aūt excusaret æolus deorum causam addidit. Victosq; penates: Nam ꝙuis dii sint tamē: qa victi contēnendi. Incute vim ventis: expressit pathos ꝑpter qđ non explicat rem ordine. Dixit ergo quæ cupiebat sed propter ꝑturbationes sine ordine: qui erat. Incute vim ventis, submersasq; obrue puppes: & disiice corpora ꝑto qđ necesse erat fieri nauib' submersis. Deinde ponere, aut age diuersas. Vt si non possit prouenire primum proueniat secūdū: quoniam sparsi neqq; audere: nec ad Italiā peruenire poterant. Sunt mihi addit munus: vt explicet ardor cupiditatis ei'. Ex obliquo āt pulsat veneris munus in paridem quæ dedit mulierem: quæ non erat in potestate sua vnde contra Iuno dicit. Sunt mihi nec poterat Helena esse propria vxor nec inde creari legitima soboles: ergo acute dixit sunt mihi. Et connubio iungam stabili. propriamq; dicabo. Omnes vt tecum meritis pro talibus annos. Ex. &. p. f. t. p. p. quarum rerum nulla fuit in Helena. nō enī erat Veneris ergo nō potuit dare stabilem: nec legitime collocare. Faciat te prole pa. nam ex legittimo: & stabili cōnubio hæc ꝑles erat speranda. Extollit etiam munus primū a numero bis septē: deinde a qlitate ꝑstātī corporis: oēs pulchræ sunt: qđ difficile est: ipsa aūt olum pulcherrima: in paride aūt nō erant talia: qa ex adulterio nō pōt dici pr̄ nec legitima est ꝑles: ergo nō

DON.

pulchra. Nam pulchritudinē hāc nō in corpo
re ponit: sed in honestate nataliū: sic alibi. Na
scet pulchra troianus origine Cæsar. Ostēdit
aūt poeta debē nos dare ea quæ magna sūt
apud nos: vt voto potiamur. ¶ Aeolus hæc
c. nō ꝯtra voluntatē Iunonis: sed ꝯtra verba:
non enī ad ꝑmia rūdet: nec videatur moue
ri libidine: vt paris. Reddit beniuolā cum di
cit discernēdo officia tuū est iubere: Meum
cōpiere iussa. ¶ Fas est: licebit facere etiā si il
licita iusseris. Rūdet ꝯtra veluti si dicat etias
si victi non sint penates licebit facere. Nam
cū qui ptātē habet iubet illicita, fiūt licita in
ferio:i. Vel dixit ꝯtra qa Iuno dixit illiū habe
re imperiū a Ioue hic rūdet hēre ab ipsa Iu
none: & vt videatur memo: beneficio:ū ad
dit tu sceptra iouemq;.

CHRI ¶ GENS: ita ad nationē refert: vt etiam in
brutis dicamus gentē. Vñ alibi de apib⁹. Cus
gentis adultos educūt fœtus imitatus Home.
q de musis gētes dixit: vt illō μυρία ἔθνεα
πολλά Thyrrenū eni. æ. Figurata locutio:
vt oñdit Quin. dicimus enī nauigo in æquo
re: est aūt hæc orō æoli: & superio: Iunonis
gñe deliberatiuo. Cuius finis est vtilitas. Quæ
habet honestū: & tutū. i. vtile: & in eo quærit
quid facile fieri potest. Captat igitur beniuo
lentiā Iuno a nomine ꝑprio: quia illa oñdit
notā familiaritatē. Item ex eo ꝙ extollit illi
us imperiū: atq; ex eadē re captat attentionē
quia nō nisi ꝑpter aliqd magnū id nemo ra
re videtur. Præterea id facile fieri posse quid
petit. Esse vtile sibi ꝑpter ꝑmium qō ꝑpo
nitur. Et honestū: qa vlciscatur inimicitias tā
tæ deæ. Obseruat autez hoc maro. vt anteq̄;
petitionē ponat: id facile: & honestū ostēdat:
Erat igit ordo. ¶ Aeole incute vim ventis.
Sed interposuit facilitatē dicēs. Nāq; ti. d. p. a.
h. r. Itez honestatē cū addit. Gens. i. m. t. n. æ.

¶ Ilium. q. d. Sacra: & profana ita in Italias
transfert. Vt ītegrā ciuitatē restauraturus sit.

Penates ¶ Penates: de his varia apud antiquos opi
nio fuit. Nam Nigidi. reqrit an sint Troiano
rum. ſ. Apollo & Neptunus: qui mœnia illis
ædificarunt: & non in Italiam eos æneas ve
xerit. Idem affirmat Corne. labeo hanc opi.
tangit poeta ibi taurū neptuno: taurum tibi
pulcher Apollo Var. aūt refert penates. Dar
danū ex samothracia in phrygiā: ex phrygia
vero in Italiam æneā portasse. Sed cum eos
qui sint nō dicac: sunt qui affirment penates
esse per quos penitus spiramus per quos ha
bemus corpus per quos rationez animi. Erit
ergo medius æther. i. Iuppiter: & supremus. i.
Minerua: & imus aer cum terra idest Iuno.
huius indicium est ꝙ Tarquinius priscus samo
thracū sacris ibutus hæc tria numina sub eo
dez tecto tēploq; posuit: Cassius Emina dicit
hos esse quos appellāt magnos: Vñ poeta ali
bi cū socijs natoq; penatibus: & magnis dijs.
Higi. addit eos eē deos primos: hinc poeta: pa
triq; penates. ¶ Incute uim: infer vis: & re
cte incute. Nā vis vento: est ipsa incussio: &
cōmotio. ¶ Bis septē: de his meminit in Ge
o:. vt multi putāt. Sed nos in nr̄is disputatiōi
bus in qbus allegoricū sensuz huius poete ex
pressimus: hūc locū physice interꝑtati sumus
nam phœbi auroræq; filius. xiiij. fuisse dicūt
easq; Iunoni nymphas attributas. Iuno aer
est. Aeri aūt septē attribuūtur: septē itidez gi
gnunt quæ oīa solis operandū in nr̄o hemis
perio est ꝑueniūt. Et igit aeris: vt leuis sit: vt
mobilis: aut calidus: vt humidus: serenus q̄q;
taciturnus: spirabilis ista ḡ septē aeri attribuū
tur: in aere aūt gignunt in primis iris: cui tres
adsunt ministræ pluuia: grādo: nix: in hac cō
tigit: vt nubes soli opponunt sed nubius cor
pus: ita est vt alia sui parte dēsum alia densi⁹:
alia densissimū sit: a prima subrubeus: a secū
da ceruleus: a tertia niger est colo:. Cōtra ve
ro partes quæ in eo puræ sunt croceum: quæ
priores viridē: quæ purissimæ albū ꝑducunt:
hæc ḡ prima ex alijs septes nympha est post
eam pythō cometa. Fulmen exhalatio toni
truum ac terræmotus. Verum hæc vt dixi in
nostris chalmadulensibus disputationibus la
tius inuenies. ¶ Explorare: Vide in Georgi
cis. Explorat toboia fumo. ¶ Capescere:
p:op:ie est suscipere: vt tuteris aut perficias.
Salu. Expgiscimini: & capescite rēpublicā.

SER. a ¶ TV MIhi
qōcunq; h re
gni: redit ad
physicā rōnē:
nā motus aer
idest Iunonis,
vētos creat q
bus Aeolus ꝑ
est dicēdo aūt
qōcūq; aut ve
recunde agit:
ne videat ar
rogans: aut la
tēter pene io
cat poeta. qs

Tu[a] mihi (qōcūq; hoc regni.) tu sceptra Iouēq;[b]
Concílias. tu[c] das epulis accumbere diuum:
Nimbo:úmq; facis, tēpestatúmq; potentem.
Hæc[d] vbi dicta: cauum conuersa cuspide mōtē
Impulit in latus. ac venti velut agmine[e] facto
Qua data po:ta[f] ruunt: & terras turbine[g] ꝑflāt:
Incubuere mari. totúmq; a sedibus imis
Vná[h] Eurúsq; Notúsq; ruūt, crebérq; p:ocellis[i]
Aphricus, & vastos voluunt ad litto:a fluctus.
Insequitur[k] clamó:q; virū stridó:q;[l] rudentū.

enim possit vē
tos. i. rem ina
nem tenere?
b ¶ Iouemq;
cōcilias: hyste
ron ꝑteron in
sensu. non enī
Iupiter ꝯcilia
tur Aeolo: sed
Aeolus Ioui.
q. superio:i cō
ciliat. Cōciliā
tur autē noui:
recōciliantur
antiq. Tu das

Eripiunt subito nubes coelúmq; diémq;
Teucrorū[m] ex oculis: ponto nox[n] incubat atra.
Intonuere Poli[o], & crebris micat ignib[9] Aether[p]
Præsentémq; viris intentant[q] omnia mortem.
Ex templo[r] Aeneæ[s] soluuntur frigore[ſ] mēbra.
Ingemuit[t], & duplices[v] tēdēs ad sydera palmas
Talia voce refert: ó térq;[x] quatérq; beati;
Quís[y] ante ora patrū Troiæ sub mœnibus[z] altís
Contigit oppetere[ꝛ]. ó Danaum fortissime[ɔ] gētis

epulis accum bere diuum: si est tu me deus facis. duplici enī rōne diui nos honores meremur: dea rum coniugio & deoꝝ cōui uio: vñ & ī bu colicis legim[9]: Nec de[9] hunc mēsa: dea nec dignata cubi li. d ☞ Hæc vbi dictata Iunone & ab Æo lo. Cauum: ordo est conuersa cuspide cauum montē in latus īpulit: & alibi: In latus inq; fe ri curuā cōpagibus aluū Cōtorsit. q. in rem q̄ facile cedit ictui. e ☞ Agmine: vel impetu vel multitudine. agmē enī sermo polysenus est. i. πολλὰ σημαίνων. Nam significat ī petū: vt illi agmine facto Lacoonta petūt: & multitudinē: vt Vocat agmina sæua sororum etiā exercitū incedentē agmen vocamus. f ☞ Porta ois exitus porta dr. q. qua pōt vel īportari vel exportari aliqd. g ☞ Turbine: vi uētoꝝ. Sciēdū qñ appellatiuū est facit turbi nis: si nomē ꝓpriū turbonis facit: Vt Oratius Turbonis in armis. h ☞ Eurusq; notusq;: cardinales quatuor vēti sunt: de quibus nūc tres ponit: paulo post vnū: quē omiserat red didit: Vt stridens aqlone procella. i ☞ Pro cellis: procella est vis ventoꝝ cum pluuia: ab eo φ oia percellat. i. ɔcutiat. k ☞ Insequit̄ cla morq; virū: qa pcesserat ventoꝝ sonus: quē & ipsum clamorē possumus dicere. l ☞ Stri dorq; rudētū: ꝓprie enī in funibus stridor est. m ☞ Teucroꝝ ex oculis: nunq̄;. n. totū cœlū nubibus tegitur: sed illa pars ɔtra quā flaue rint venti: quod aūt dixit diem eripi: ad vidē tium oculos retulit: nō ad naturā: nā dies ad huc erat n ☞ Nox icubat: nox dicta qa ocu lis noceat: Incubat aūt ideo dixit: φ alienum tēpus inuasit. Nam incubare ꝓprie dicit̄ per vim rem alienam velle retinere. o ☞ Poli: axes. i. extremæ partes cœli. super qbus cœ lum vertit̄. i. πολεῖται vñ & vertices lati ne græce πόλοι dicūt̄. p ☞ Æther: ætherem hoc loco pro aere posuit: nubes enī vnde & fulmina aeris sunt nō ætheris & frequenter Vir. duo ista ɔfundit. q ☞ Intentant: mināt̄ tur. oia aūt ad superiora retulit. r ☞ Extem plo: ilico: & est auguꝝ sermo. Templū enī di cit̄ locus auguris manu designatus in aere: post quē factum ilico captantur auguria. ſ ☞ Æneæ: seruauit τὸ πρέπον vt Æneam vltimū territū dicat ex Homero ē de Vlysse. καὶ τότ᾽ ὀδυσσῆος λῦτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ Ὀχθήσας δ᾽ ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. ſ ☞ Frigo re: timore & ē reciproca trā slatio Nam & timor pro fri gore: & frigus ꝓ timore po nitur: vt in Te rētio: Vxores tuas pauitare aiūt: nō time re: sed labora re frigoribus: vtrūq; enim in vnū exitum ca dit: sic de calore & frigore vrē dicimus: vt'ē Aut boreæ penetrabile frig[9] adurat. t. ☞ In gemuit: nō pp mortē: sequit̄ enī O terq; q̄terq; beati: sed ꝓpter mortis genus. graue est enim secundū Homerum perire naufragio: qa ani ma ignea est: & extingui videt̄ in mari. i. ele mento contrario: vt igneus est ollis vigor. u ☞ Duplices: duas secūdū morē antiquum. Nam duplices duas dicebāt: vt hoc loco: & binos duos: & vtrosq; pro vtrūq;: vt Cice. Bi nos habebā: iubeo ꝓmi vtrosq;. Item Salu stius cū de duobus loqueret̄. Hi vtriq; ad vr bem iperatores erāt. x ☞ O terq; q̄terq; bti idest sæpius. finit[9] numerus ꝓ ifinito ex Ho mero est de vlisse τρισμάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἳ τότ᾽ ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ χάριν Ἀτρεΐδῃσι φέροντες. y ☞ Quis: & qs & qbus sm artē dicimus: ab eo enī qđ est a qui in bus mittit: ab eo qđ est a quo in is mittit: sed a tertia declinatiōe in vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales: licet antiq oibus vsi sint casibus. deniq; Cato in originibus ait: Ques sunt populi: & declina uit ques quiū: sicut puppes pupplū. z ☞ Mœ nibus altis ꝓpter pgama: quæ altissima fue runt: ex quibus oia alta ædificia pgama vo cant̄: sic Aeschylus dicit. ꝛ ☞ Oppetere: ore terrā petere. i. mori etymologia est nō aūt cō positio possumus aūt sicuti hoc sermone: vt & p se plenus siti & recipiat adiectionē: ergo dicimus & oppetit: & mortem oppetit: sicut & expirat: & aīam expirat. ɔ ☞ Fortissime gentis: atq vt in artibus legimus suplatiuum gradū nō nisi genitiuo plurali iūgi ɔstat qui dem: sed gens nomē est enūciatiōe singula re: itellectu plurale. bene ergo iunxit: in gēte enī plures sunt: vt alibi: Ipse ditissimus agri. Phœnicū. nō enī vn[9] ē ager phœnicū. sic Sa lustius: Romani gñis disertissimus. Sane q̄ rit̄ q̄re Diomedē fortissimū dixerit: quū post Achillē & Aiacē ipse sit tertius: vñ & Salusti us ait primū græcoꝝ Achillē. multi dicunt ideo fortissimū: qa iuxta Homeꝝ & Venerem vulnerauit & Martē. alii ad gentē referunt: φ Achilles thessalus fuit: Aiax græc[9]: Diome des danaus: multi ad excusationem Aeneæ

volunt fortiſſimum dictum:a quo cum con
ſtat eſſe percuſſum.
DON. ℂ TV MIHI quod vult eſſe Iunonis ꝙ Iu
no illum a Ioue accepiſſe memorauit.
¶ Das epulis ſuperius beneficium humani
tatis accumulatur:ſi conuiuium cum potio
re miſceatur. Tertio ſi cum potioribus pluri
mis. Quarto ſi inferior perſona non ſedeat:
vt fieri ſolet:ſed accumbit: poſuit inſine hoc
quod deſideras tuum eſt. Perſonarum igitur
in vtraq; oratione rationem habuit ſcilicet
Iunonis:æoli:troianorum:penatium victo
rum, veneris Helenæ Paridis & Deipeiæ.
Item loci propter nobilitatẽ tyrrheni ma
ris:& proximitatem Italiæ. Item temporis:
nam & Iuno breuiter orauit:& æolus bre
uius rñdit ne lõgitudine tpſ nocẽdi ſubtrahe
ret. ¶ Hæc vbi:Poſt vtriuſq; orõnes: cœpit
æolus iuſſa cõplere. Emiſit plurimos ac ↄtra
rios ventos:vt ↄſurgentibus inter ſe fluctibus
regẽdis nauibus ↄſiliũ nõ ſuppeteret:& defi
ciente induſtria facilius mergerent:& merſis
nauibus corpa diſijcerent & vt cõplerentur
iuſſa Iunonis acceſſit ad violẽtiã maris alio
rum quoq; elemẽtoꝝ ꝑturbatio nam nox eri
puit cœlũ ac lucẽ:vt eẽt eadẽ facies maris: &
terræ ne contra mala ↄſiliũ ſuſcipi poſſet ne
neſcirẽt gubernatores in quã partẽ niterent.
Mittebant tonitrua:& fulgura:vt multiplici
metu:Troiani deſperãtes nihil aliud q̃; mor
tem expectarẽt. ¶ Extẽplo æneæ:exprimit
q̃le & ai & corpis ſenſerit pathos. ¶ Frigo
re:nõ pro timore poſuit:nã derogaretur eius
virtuti:ergo frigus dixit ꝓprie ꝙ oriebat nõ
ex caſu euidẽtiſſime mortis:ſed ex tot aduer
ſis quæ corpis calorẽ extinxerũt:qa cruciaba
tur aius viri fortis qui maluiſſet glorioſius in
cãpo occũbere q̃; ignobiliter in fluctibus in
terire. ¶ O terq;.q.i.multifariã. ¶ Quis ante
o.de polyte ex iis quæ in.ij.dñr ĩtelligimus:q
cede Pyrrhi in ↄſpectu prĩs occubuit. ¶ Altj
q.d.integra adhuc ciuitate.ipſe enĩ æneas nõ
Troiã altã ſed cãpos vbi Troia fuit reliqt:&
in fluctibus periclitaturus eſt. O danaũ fortiſ
ſime gentis:Ex illo ad aliud raptus eſt:exiſti
mans ſe infœlicẽ qui:& hũc exitũ vitæ ſocia
tur:& ignobili morte periturus.
CHRI ℂ SCEPTRVM.græcum eſt baculus quo
Sceptrũ vtebant reges Hom.σκῆπτρον βάλε γαίῃ
Epulæ inde σκηπτοῦχοι reges dicuntur. ¶ Epulis:
pro dapibus ſi vera eſt differentia ꝙ epulæ
priuatorum ſint dapes regum:& deorum:il
lud autem veriſſimum eſt epulum in ſingu
lari.n.g.eſſe ſignificare conuiuium quod pu
Procella blice populo datur. ¶ Procellis. Plini. verba
ſunt eſſe ventos repentinos exhalante terra
editos qui vagi ruentes torrentium more to
nitrua:& fulgura edant maioriq; illatos pon
dere curſuq; ſi ſiccam rapiunt nubes procel
lam gignunt. Hanc autem tempeſtatẽ:& que

rela Veneris ad Iouem & quæ Iuppiter re
ſpõdet ex neuio de primo bello punico cœ
pit. ¶ Poli extremitates ſperæ ſunt duæ qui
circa axem vertuntur ſic dicti. Quia πο
λέω verto ſignificat. Vnde alibi ipſe a ver
tendo vertices polos appellat: vt hic vertex
nobis ſemper ſublimis ad illum: Sub pedi
bus nox atra videt. Statius:atq; omnia mun
di clauſtra tonãt multiſq; polos inclinat ori
on. ¶ Vaſtos:proprie vaſtum eſt quod adeo Vaſtus
excreuit. vt forma qua eſt velut perierit ali
ud eſſe videatur. Hic dicimus vaſtum homi
nem:cuius geſtus non appareant hominis:
& vaſtam vocem qua formã humanæ vo
cis amiſit:hinc vaſtare agros dicimus. Ergo
vaſtos fluctus adeo magnos: vt montes aut
aliquid hmõi potius q̃; fluctus viderentur.
¶ Oculos:oculi ab oculẽdo dicti:nã in ↄca
uis latẽt:vt eminẽtia vndiq; eos defendãt:ꝓ
pterea melius cernunt ex obſcuriori loco.
¶ Et crebri.m.ig.recte qa eodẽ tpſ ſunt ful
getre:& tonitrua. ¶ Præſentẽ:ineuitabile ſi Pñſẽs
nã q pñtia ſunt iaʒ venere:& vitari non poſ
ſunt:aliquando fauens:vt idem in Buco. Nã
tam preſentes alibi cognoſcere diuos: nam
ſola preſentia ſua fauent dij: aliquando po
tens:Horati. ¶ O diua gratum quæ regis an
tium preſens vel imo tollere de gradu mor
tale corpus. ¶ Frigore:cum aliquid horren
dum venit in mentem timet interitum na
tura:& cum diffidat totum corpus veluti ip
ſam vrbem tueri poſſe ſaltem conatur cor
ideſt totius vitæ arcem tutari.atq; omnẽ ſan
guinem:& preſens vbi calor eſt:vt munimẽ
ſic illuc cogit. Hinc membra externa a calo
re deſerta frigeſcunt:& abſentia ſanguis in
quo calor eſt paleſcunt:& nerui amiſſo calo
re debilitati diſſoluuntur:& tremiſcunt.
¶ Viris:ita horrenda erant:vt etiam for
tes homines mortẽ timere cogerent. ¶ In Igemit
gemit:recte:nam legerat apud Cicero in ſe
cunda tuſca.ingemiſcere nonnunq̃; viro cõ
ceſſum eſt. Idq; raro. ¶ Eiulatus autẽ ne mu
lieri quidem. ¶ O terq;:quaterq;:ait. Macro
bius.animam conſtare ex ſymphonijs muſi
cis:& primum hemiolium ternarium:& pri
mum epitritum q̃; ternarium eſſe dicit: & ex
his duobus conſtare diateſſeron:& diapente:
ex quibus diapaſon ſymphonia generatur.
Vnde Virgilius nullius doctrinæ expers ple
ne:& per omnia beatos exprimere volẽs ait.
O terq; quaterq; beati. ¶ Ante ora patrum:
nam pulchrum fuit:& ſuaue pugnantes pro
patria ſpectantibus partibus ſatiſfacere.
¶ Oppetere:ore terram petere. Nam qui vi
riliter occumbebant:ne quam vocem indi
gnam viro forti emitterent Mordicus ter
ram petebant. Quod ſic expreſſit Homerus:
πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο
γαῖαν.

Tydide[a], mé ne iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuáq; aíaȝ hác[b] effũdere[c] dextra?
Sæu[e][d] vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi igẽs
Sarpedõ[e]ne, vbi tot Simóis[f] correpta sub[g] vndis
Scuta virũ, galeásq; & fortia[h] corpora voluit.
Talia[i] iactanti stridens Aquilone[k] procella
Velũ aduersa[l] ferit, fluctúsq; ad sydera tollit.
Frangunt[m] remi, tum prora auertit[n], & vndis
Dat[o] latus, insequit cumulo[p] præruptus[q] aq̃ mõs
Hi sũmo in fluctu pẽdẽt, his vnda dehiscens[r]
Terrã iter fluctus aperit[s], furit æstus harenis[t].
Treis[v] Notus arreptas in saxa[x] latentia torquet:
Saxa[y] vocát itali medijs quæ in fluctibus aras:
Dorsum[z] imane mari[&] sũmo, tris Eurus ab alto
In[ꝯ] breuia, & syrteis[ꝝ] vrget (miserabile visu:)
Illiditq; vadis, atq; aggere cingit harenæ:
Vnaȝ, quæ Lycios[a] fidumq;[b] vehebat Orontẽ:
Ipsius[c] ante oculos, ingens[d] á vertice[e] Pontus

6FR. a ℭ TYDIDE: vocatiuus græcus est. si eniȝ latine diceret: o Tytida debuit ponere. Omnia eni patronymica quæ in des exeũt apud latinos primæ sunt declinationis: vt Sæuus vbi æacidæ telo iacet Hector. b ꝑ Animaȝ hanc. q. cũ dolore hanc animam dixit. q̃. si diceret: quæ ad labores nata est. c ꝑ Effundere: scd̃m eos qui dicunt sanguineȝ esse animaȝ: & ipse alibi Purpuream vomit ille animã. Naȝ alio loco aliorum opinionem sequitur: qui dicũt spiritum esse aĩaȝ: vnde est: Atq; in ventos vita recessit. d ꝑ Sæu[e] magnus: vt superius dictum est: Et bene elegit cũ quibus perijsse debuerit. Ipse eniȝ & fortis est: & numinum proles. Recte ergo his iungitur: in q̃bus talia fuerunt. e ꝑ Sarpedõn: & in vltima possumus accentuȝ ponere: & in penultima. Nam Homerus & Sarpédonis declinauit: & Sarpedõntis: vnde & varius accẽtus est. Sarpédonis aũt in antepenultima habet accentuȝ: Sarpendõntis penultima: sed sarpedõtis vsurpauit. naturalis eni declinatio est Sarpédonis: vt Mẽnon Mẽmnonis: Sinon sinonis. Si aũt genitiuũ in dontis miserit: a circunflexo venit: q est i vltima syllaba nominatiui: vt Demophõn Demophõntis laocoõn laocoõntis: sic ergo & sarpedõntis. Est aũt Sarpedõ filius Iouis: & Laodamiæ occisus a Patroclo. f ꝑ Simóis. hoc nomen integruȝ ad nos transijt: vnde suo est accentu proferendum. Nam si esset latinũ: antepenultima haberet accentum: qa secunda a fine breuis est. g ꝑ Sub vndis: & sub vndis legimus & sub vndas. sed si sub vndas correpta intellige: si sub vndis voluit: varia ergo distinctio est. h ꝑ Fortia corpora: hoc est virorum fortiũ corpora. nulla enim est in mortuis fortitudo. Et ex Homero tractũ est καὶ σιμόεισ, τι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι κάππεσον ἐν κονίῃσιν καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν. i ꝑ Talia iactanti: inaniter loquẽti: vt alibi: Atq; irrita iurgia iactat: & Voces dum iactat inanes. k ꝑ Aquilone: ab aquilone. l ꝑ Aduersa: contraria: quia ad Italiã nauigantibus aquilo cõtrarius est. m Franguntur remi: vel gubernacula: vel quod melius est re vera remi. Antiqui enim velis remisq; nauigabant: vt Velisq; incumbẽ remis: Obliquatq; sinus in ventos. n ꝑ Auertit: p auertit: & est figura creberrima: põt nanq; pro actiui verbi significatione passiuũ poni: vt est & pictis bellantur amazones armis: pro bellant. nec nos debet monere q bellor facit. natura eni hoc prohibuit: Nam compone hoc verbũ: & inuenit actiuuȝ: facit eniȝ debello & debellor: & contra pro passiui verbi significatione actiuũ ponitur: vt est hoc loco auertit pro auertitur: & Insinuat pauor: p insinuatur: & Nox humida cœlo Præcipitat: pro pcipitatur: sed hæc verba tantũmodo p se inulcem ponuntur: quæ & actiua esse possunt: & passiua: vt est auerto & auertor: præcipito & præcipitor: ergo nõ possumus dicere qđ q̃das artigraphus declinatiões actiui verbi & passiui pro se inuicẽ poni. Nã & naturalis verbi declinatio actiua est: & cõmunis deponentis ue passiua. & aliud est esse actiuus verbum: & aliud actiui verbi declinationem. o ꝑ Dat latus: iclinat. p ꝑ Cumulo: altitudine. q ꝑ Præruptus: in altũ eleuatus. r ꝑ Dehiscẽs. i. valde hiscẽs. De eniȝ augentis ẽ: vt i Terẽtio: Deamo te Syre. s ꝑ Aperit: oñdit: vt Salustius: Caput aperire solitus: idest nudare oñdere. t ꝑ Arenis: & ab harenis: & cũ arenis. i. vel ab imo mouebat mare: vel cum ipsis arenis: vt in tempestate solet. v ꝑ Treis: latinũ ẽ. Genitiuus. n. pluralis quotiẽs in ium exit: accusatiuũ pluralẽ i is mittit: vt puppium puppis. quotiẽs in um exit in es mittit: vt patrũ patres. x ꝑ In saxa latẽtia: po tẽpestatem. hæc aũt saxa ĩter africam & sardiniã sunt: quæ saxa ob hoc itali aras vocant: q ibi afri: & romani fœdus inierũt: vnde & Dido Littora littoribus contraria: fluctũ

bus vndas Imprecor:quæ aræ a Sisenna p̄piciæ vocātur. y ¶ Saxa vocant itali in medijs quæ in fluctibus aras:Ordo est:quæ saxa in medijs fluctib' itali aras vocāt. z ¶ Dorsum immane:eminens altum scd̄m Homerum. & ¶ Mari summo: vel in summo. ? ¶ In breuia & syrtes.i.in breuia syrtium: vt Molēq; & montes.breuia aūt vadosa dicit:per quæ pedib' possum' vadere. ɥ ¶ Syrtes:syrtium sinus duo sunt pares natura:impares magnitudine:vt Salustius dicit. a ¶ Lycios:hi troiæ ad auxilium conuenerant:qui mortuo rege Pandaro Æneam secuti sunt:vnde & in secundo ait:Comitū affluxisse nouo₂ inuenio. b ¶ Fidum fidelē vtrūq; nomē idem significat. c ¶ Ipsius ante oculos:ad maiorem dolorem:vnde alibi:Quæq; ipse miserrima vidi. Itē Qui nati coram me cernere letum fecisti. d ¶ Ingens pōtus:magna pars ponti.& est tropus synecdoche.vt Salustius in iugurthino vbi signa & scuta erant præsidium hostium p̄ scuta intelligendus cætera arma & ideo Terectū scutatiōes, p armati. e ¶ A vertice:aut a puppi q̄ vertex nauis ē:aut ab aqlone:q flat a mundi vertice: hoc ē a septētrione.vt ipse alibi:Hic vertex nobis semper sublimis.

DON. ¶ ME NE iliacis.ex his se infœlicem existimans qui hunc exitum vitæ non habuerit: sed vir fortis in pelago esset moriturus.Non potuit autem explere rationem interueniēte fluctu.Esset autem vitium poetæ:si finitis quereliis fluctus interueniesset.Semper ergo imperfectas reliquit querelas: vt Hæc dum dardanio Æneæ miranda videntur:& alibi: Talia fundebat lachrymans. ¶ Iactanti:ad huc loquenti interuenit vis fluctus:Nec permisit explicare.Fœlices:qui in Troia perierunt:Se infœlicem qui in fluctibus sit periturus. ¶ Hi summo in fluctu: fluctibus vario motu venientibus aliæ erigebantur tumore fluctuum: Aliæ deprimebantur. ¶ Ab alto:peritus locorum : Eurum dixit ducere in syrtes ab alto.i.a pelago.Alter enim non pōtest cum flatus habeat ab orientis parti bus in quibus sunt syrtes eo nauigia cogere vnde potuit reuocare.Sex igitur naues alienatæ sunt a cæteris. Vna turbata premitur vbi erat Æneas.Nunc casus octauæ describitur. ¶ Apparent.r.n.vt compleatur: id submersusq; obrue.p.Perijt ergo amicus: & fidus:& in eius conspectu excusatur. ¶ Orōtes:qui nō ip̄rudētia.s; vi tēpestatus periert.

CHRI ¶ TVA .q.d.adeo forti. Hanc.quasi infœlicem.i.Pronomina enim efficaciam summā habent.Ergo mirum ꝙ a tam forti tam miser non perierit:nisi ad maiorem miseriam reseruabatur. ¶ Non potuisse:Cum nunq̄ pugnare destiterim:& semper me periculis obiecerim. ¶ Hector:sit p̄ȳt Hector fortissimus troianorū ego quoq; perijssem nisi fortuna ad maiorem miserias me reseruasset. ¶ Vbi:vt ostendat se in eadem acie vbi ille pugnabit pugnasse. Vbi repetitionem facit ex qua oratio vehementior est. ¶ Simois: fluit ex ida sub ilio currens : & prope mare Xantho mixtus:facta palude: apud sygeum promontorium in mare cadit:Vnus est ex fluminibus teste Herodo.defecerunt potūte Xersis exercitu.Apud hunc ex anchise Venus Æneam concepit. ¶ Scuta:equitum dicunt quia minora.Clypeos vero peditum:& maiores a græco vocabulo quia totum corpus furetur clypeus .i. abscondat. κλέπτειν enim furari est. ¶ Iactanti:inaniter loquēti:iacto a iaceo est frequentatiuum:& qui iacit amittit:ergo inaniter loquitur qui verba amittit:item iactat gloriatur:quia multa frustra loquitur Iuue.ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ:hinc iactura est detrimentum proprie quod accipimus cum tempestate e naui res in mare proijcimus: vt exonerata nauis facilius fluctibus resistat.Sed per translationem pro omni damno capitur. Scuta Clype

¶ Aquilone:quia ab alto idest a septentrione veniat. ¶ Fluctusq; ad sy.hyperbole est: quam latini superlationes nominant. Hæc non fit:vt id credatur quod dicimus sed vt ex eo quod incredibile est credatur aliqd pene incredibile.Non postulat ergo vt credat fluctum sydera tetigisse:sed aut incredibiles pene altitudinem se erexisse. In hac virtus est augendi & minuendi. Fit autem cum aut plus facto dicimus:vt hic & Cicero.Vomens frustris esculentis gremium suum: & totum tribunal impleuit.Aut per similitudines:vt credas innare reuulsas cycladas.Aut per cōparationem:vt Et fulminis ocior alis:aut signis quibusdam : vt illa vel intactæ segetis per summa volaret gramina:nec teneras pedibus læsisset aristas. ¶ Prora prior pars nauis quia.Quia proruat aquas. Hui' extrema acuta:& ferro munita pars rostrum dicitur. Prora Rostrū

¶ Pendent:suspensi sunt pendere.enim pōderare est. Et quia antiquitus pecunia quæ ænea erat ponderabatur:& non numerabatur:pendere & expēdere pecunias dicuntur:tes pendere pœnas qa oēs pœnæ pecuniariæ erāt:Dicim' pēdere corpora q̄ supne alligata nullo iferiori fundamēto herēt.Itē aio pēdere dicim' cū ita ambigui sum':vt nulli certæ rei hæream' vñ ifra suspēsi Eurypilū sciatū oracula phœbi mittim'. ¶ Aperit:ostēdit qa res prius clausæ si aperiunt ostēdunt. Itē apire vulnerare:qa vuln'qd latebat ostēdit Iuuenalis fuste aperire caput, cādelā apponere valuis. Item detegere.Statius sic & tus aperto.Ense vocat socios. ¶ Syrtes:duo sunt sin'africani maris dispari magnitudine s; pari piculo dictæ sūt παρὰ τοῦ σύρειν.

traho. Vēto.n.trahunt harenæ. Vnde ides lo cus modo vadosius fit accedente cumulo ha renarū modo profundior illis alio depulsis. Est aūt & minor syrtis: & maior. Minor lo tum cibū suauem producit. Inde lotophagi tis appellatur: de his Salu.nā prope duo sunt sinus in extrema africa impares magnitu dine pari natura quorum loca proxima ter re pre alta sunt. Cætera interiora: vbi sors tu lit alta alia: alia in tempestate vadosa: Nam in tēpestate fluctus quasi limū harenā: & sa xa trahūt: & hinc facies locoꝝ mutat. Ipsius ante ocu.citat pathos. Grauiora enī quæ vi dent q̄ quæ audiunt. Cice.ad Brutū: Nam & si quocunq; in loco quisq; sit idē est ei sensus & eadem acerbitas interitu rerū suarū: & pu blicarū: oculi tamen augent dolorē. Mouet ergo pathos attestatio rei visæ: vt ipse caput niuei fultum pallātis: & ora & vidi leuiq; pa tens in Pectore vulnus.

Loto phagitj

SER.

In puppim ferit· excutitur, pronúsq; magister[a]
Voluitur in caput· ast illā ter[b] fluctus ibídem[c]
Torqt agēs circū: & rapid[9] vorat æquore vortex
Apparēt[d] rari[e] nantes[f] in gurgite[g] vasto:
Arma[h] virū, tabulæq;: & troia[i] gaza[k] per vndas.
Iam[l] validā Ilionei[m] nauē: iam fortis Achatæ.
Et quā vectus[n] Abas: & q̄ grādæuus Alethes,
Vicit[o] hyems· laxis laterū cōpagibus omnes
Accipiunt inimicū ibrem:[p] rimísq; fatiscūt[q].
Interea magno misceri murmure Pontum,
Emissámq; hyemē sensit Neptunus: & imis[r]
Stagna[s] refusa vadis: grauiter cōmotus, & alto[t]
Prospiciēs, sūma placidū[v] caput extulit vnda.
Disiectā Aeneæ toto videt æquore classem.
Fluctibus oppressos Troas: cœlíq;[x] ruina.
Nec latuere[y] doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurū[z] ad se Zephyrúmq; vocat: dehīc talia fat.
Tantā ne vos generis[&] tenuit fiducia vestri?

a ⁋ MAGISTER: Leucaspis vt in.vj.libro Leucaspis & lyciæ ductorē classis orōtes. b ⁋ Ter: sæpius: finitus numerus pro in finito. crebros enim fluctus facit aqlo: vt Salust[9]: Crebritate fluctuum vt aqlo solet. c ⁋ Ibidē: ibidem & vbi nā: multi dubitāt vbi debeat eē accentus: qa vbi: & ibi naturaliter breues sūt: sed ratiōe finalitatis plerūq; producunt in versu nesciētes hanc eē rōnē: qa pnunciationis cā ꝯtra vsum latinū syllabis vltimis: qbus particulæ adiungunt, accentus tribuit: vt miu saq;: illēne: huiusce: sic ergo & ibidē. d ⁋ Apparent: aliud est parere, & aliud apparere. Parere.n.est obedire: vt Paret amor dictis. Apparere aūt videri: vt Apparet liqdo sublimis in aere Nisus: & hæc obseruatio diligēter custodiri debet: licet cā auctores metricā clausulæ ve plerunq; cornipāt. e ⁋ Rari: vel ꝓpter maris magnitudinē: Vel qa vna perierat nauis. f ⁋ Nantes: prima verbi positio est no nas nat: vñ est Nare per æstatē liqdam: & pria syllaba nāliter lōga est: licet natare na breuis sit in eadē significatiōe. g ⁋ In gurgite vasto: Tapinosis est.i.rei magnæ humilis expositio. prudenter tñ Vir. humilitatem sermonis epitheto subleuat: vt hoc loco vasto addidit. Item cū de equo loqueret ait cauernas ingētis. h ⁋ Arma virum: bene addidit virū. Arma enī dicunt cunctarū artiū instrumenta: vt Cerealiaq; arma. Item colligere arma iubet. Item alio loco dicendus: Et quæ sunt duris agrestibus arma. i ⁋ Troia: differentia in sermone ē & in sensu: & i syllabis. Nam cum prouinciani dicim[9] & principale est nomen: & breuis est tro: quādo autem nō est principale: & deriuatio ē: & lōga ē tro: vt Troius æneas. k ⁋ Gaza: persicus sermo ē: significat diuitias. est autem generis fœminini: vt gaza lætus agresti: quo exemplo apparet quoq; superfluo quæri a multis quē admodum potuerit aurum natare: nescientes gazas idest opes dici omne quod possidemus & opes. l ⁋ Iam validam: zeugma est ab inferioribus: quod fit & a superioribus & a medio: plerunq; & ad vtrunq; respondet: vt Troiugena interpres diuum: qui numina Phœbi: Qui tripodas Clarij laur[9]: qui sydera sentis. ecce hoc loco sentis: & antedicta & sequentia cō cludit. m ⁋ Ilionei: antiptosis est: pro genitiuo enim datiuum posuit. constat enim huiuscemodi græca nomina datiuum singularem in ei diphthongum mittere: vt Orphei. Nam illa solutio est: quum Orphei dicimus: nec modo Ilionei possumus dicere: adstrictum esse genitiuum vt ipse sit qui & datiuus: quod & si forte ꝯtingat: nō regula mutat: sed antiptosis fit: qua plerūq; vtunt poetæ: vt vrbē quā statuo vestra est: pro vrbs: & Hæret pede pes: pro pedi. n ⁋ Vectus: qua vehebatur significat: & pro presenti participio quod non habemus præteritum posuit. In latino enim sermone a passiuo verbo præsens participium non est: neq; ab actiuo preritum. sed quod vno sermone explicare nō

possumus: aut circulocutione ostendimus: aut si hoc nolumus participium pro participio ponimus: sed vsurpatiue: vt hoc loco factum est. o ¶ Vicit hyems: hyems duas res significat: aut tempus: aut vim venti: & sic hoc loco intelligendum est. p ¶ Imbrem: imber dicitur humor omnis: vt Lucretius Ex igni terraq; animalia nascũtur & imbri: idest humore. q ¶ Fatiscunt: abundanter: aperiuntur. Fatim autem abundanter dicimus: vnde & affatim. hiscere autem aperire. r ¶ Imis: bene in imo voluit esse Neptunũ: vt iam factam cognosceret tempestates vt non incipientem vetaret. s ¶ Stagna: stagnum dicitur aqua stans: sed nunc profunda maris significat: ab eo ꝙ non nisi nimia tẽpestate turbantur: ergo stagna & imis uadis refusa: aliud pendet ex altero: quia imobilis aqua in imo maris tantummodo est.

t ¶ Et alto prospiciens: aut e mari erigens caput: aut mari prouidens. v ¶ Placidum caput: quærunt multi quemadmodum placidum si grauiter cõmotus: quasi non possit fieri: vt irascatur ventis: propitius sit troianis: vno autem epitheto more suo habitum futuræ orationis ostendit: vt alibi vno sermone: Tunc quassans caput. x ¶ Cœliq; ruina. i. tonitribus: quorum sonus similis est ruinis. y ¶ Nec latuere doli fratrẽ Iunonis & iræ: Aut doli Iunonis: aut fratrem Iunonis: gemina igitur distinctio est. z ¶ Eurũ ad se zephyrũq; vocat: per hos enim omnes intellige. isti enim sunt cardinales. & ¶ Generis fiducia vestri: Astreus enim vnus de titanibus qui contra deos arma sumpserũt cũ Aurora cõcubuit: vnde nati sunt venti sc̃dm Hesiodum.

Ἀστραίῳ δ' ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους,
Ἀργέστην, ζέφυρον, βορέην λαιψηροκέλευθον·
καὶ νότον ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα.

& hoc loco fiduciã pro confidentia posuit: quũ fiducia i reb᷒ bonis sit: ꝯfidẽtia in malis.

DON. ¶ IN PVPPIM ferit. hos specialiter cũ corporibus ponit: qui in ijs potiores nauigabant: & vno casu ferebantur. Oẽs accipiunt ini. i. vna oium cã ac similis fortuna fuit: sed neptuni datur occasio: ne penitus Iunonis iussa implerẽtur. ¶ Nec latuere: fratrem sororis studia non latebant. Ergo vocatis vẽtis: orationem habuit patheticam: vtpote cõmoti animi. ¶ Abscissam. i. nec cõtinuã: nec cõpositã. ¶ Fuit breuis: quia subueniẽtis in hoc casu non erat multa loqui. ¶ Tanta ne: hoc genus iniectionis nõ habet principiũ: & crimẽ exaggerat: ostendens illos non tm̃ suas: sed hereditari. i. sectari temeritatẽ: qd̃ vitius: quia naturale est non potest emendari. Sunt enim venti a gigantibus qui bellũ diis iferre ausi sunt: sed pœnas reddere: Ostẽdit igit̃ eorũ esse crimẽ quod amiserant, esse etiam originale sanguinis.

¶ FERIT. hoc verbum præterito caret teste Prisciano: sed a percutio mutuatur & facit percussi: sic in multis. Nã Sisto statui habet, a statuo. Fero tuli. Nam antiqui dicebant tulo. Cerno creui a cresco. ¶ Excutit̃: eijcitur. Dicimus enim excutere cum dum aliquid quatitur: id quod inest vel superest deijcitur. Vñ equitem ab equo excuti dicimus. ¶ Voluitur in caput: nam caput quod stante illo superius erat. cadẽdo quia voluit homo fit iferius. ¶ Torquet: in gyrũ vertit: hinc torques ornamenta militaria quia circuli sunt: item torquere. i. iaculari: quia vt impetus sit: torquemus res prius q̃; emittamus: inde tormẽta machinæ quibus missilia iacimus. itẽ cruciari: vnde tormẽta cruciatus quoq; dicim᷒.

¶ Vortex: fit cum aqua in gyrum acta absorbetur. ¶ Vasto immẽso: proprie eni; vastum dicimus id quod ita modum excedit. vt destruat formam suam. Hinc vastam vocem dicimus: quæ nimia sit: ꝛ non seruet decorum: inde vastare agros idest populari: q̃a formam suam amittant. ¶ Inimicum: tẽporaneum epithetum: & non perpetuũ: Non enim absolute ita dicitur inimicus imber: & palidi morbi: & turpis egestas: quia potest esse amicus. ¶ Fatiscunt: hio est: & non deberet esse hiasco: sed fit hisco. i. fatisco valde hisco: Nam statim & affatim valde est. ¶ Rimis: rimæ hiatus sunt angustiores: & fissuræ in re: quæ rumpi incipit: inde rimari dicitur quærere: tractum a suibus qui pascentes intra rimas terræ sibi cibum quærunt. Est autem ab eo qđ est ῥηγνύω idest scindo. ¶ Pontũ: græcus ẽ pot᷒: Dion. πόντον, τ' ὠκεανόν τε ῥέα καὶ τάρταρα γαίης. ¶ Hyemem: & prolixe: & constanti ordine ita exprimimus allegorias: siue morales sensus huius poetæ: vt quod semel in vna significatione positu; sit in eadem deinceps semper ponatur. Tendit igitur Æneas in Italiam. i. laude; dignus vir tendit ad summũ bonũ quod est positum in contemplatione rerum diuinarũ teste Platone quem ipse sequitur: Huic implacabilis inimica est Iuno: Nam dea regnorum fingitur ab antiquis ergo erit cupiditas regendi administrãdiq; in vita ciuili rempu. Hæc eni; virum excellentem ab italia Carthaginem: idest a vita contemplatiua ad actiuam traducere conatur. Sed cum ille a proposito nõ flectatur ipsa per æolũ tempestatẽ citat. i. p̄ rationem inferiorem quæ cum circa particularia versetur: facile fallitur: quia perturbationibus commouetur: sed Neptunus. i. ratio superior: ꝛ intellectus non corrumpitur a iunone: sed sedat tempestatem. Quæ omnia

CHRI
Excutẽ
Vastũ
Vastaſ
Rimæ
rimari

quæso te lector: vt diligenter in illis libris nostris chalmadulensibus legas. Puto enim fore: vt te minime pœniteat. ¶ Commotis: contra ventos. ¶ Placidum: erga troianos.

¶ Fratrem Iunonis: Saturni filios fabulantur antiqui Iouem: Iunonem: neptunum: & Plutonem: Adduntq; ipsum cæteros oēs qui sibi nascebantur filios vorasse Saturnum .n. pro tempore ponunt: Vnde græce subtracta aspiratiōe cronos dicitur a chrono quod est tempus: Tēpus enim omnia creat. atq; creata adultaq; consumit: preter quatuor elemēta ea enim suus Iuppiter .i. ignis: Iuno aer: Neptunus aqua & pluto terra: ergo frater Iunonis est Neptunus: Hic cum aqua sit a nando Neptunus dicitur græce autem appellatur ποσιδῶν: quia potum prebet. πόσις enim potus est & δίδωμι do ipse: quādoq; Amphitrite dicitur. A quarum dulcium particularis vis naides sunt. Marinarum verō nereides: Sed vt alijs videt Amphitrite vxoris nomen est. Fundamēta illi sacra sunt quia eius opera terra mouetur: obidq; enosigæus: idest terram quatiens dicitur. Physici aquæ effectiuam vim oceanum ponunt: Symbolum autem tethyn. Vis aquæ potabilis achelous est, marinæ Neptunus. Quæ inquantū gignere potest. Amphitrite dicitur mouens terram: quia aquæ terræmotus causa videntur. Consolidat terram illam a se excludendo. ¶ Hinc illum ἀσφαλίωνα: idest terram stabilientem appellant. ¶ Tantane vos. Optimus orationis patheticæ: genus quia abruptum: & concisum est: & ab interrogatione incipit: & quū proprium gygantum fuerit aduersus deos bellum gerere. Vnde, vēti in regnum Neptuni irrumpere nisi a temeritate paterna ausi essent.

Iam[a] cœlum, terrámq;, meo sine numine Vēti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos[b] ego: sz motos[c] præstat[d] cōponere fluctus:
Post[e] mihi non simili pœna commissa luetis[f].
Maturate[g] fugam: regiq; hæc dicite vestro:
Non illi imperium Pelagi: sæuúmq;[h] Tridētem
Sed mihi sorte[i] datum: tenet ille imania[k] saxa
Vestras[l] Eure domos illa se iactet in aula[m]
Aeolus: & clauso[n] ventorum carcere[o] regnet.
Sic ait: & dicto[p] citius tumida æquora placat[q].
Collectásq;[r] fugat nubes: solémq; reducit.
Cymothoe[s] simul: & Triton[t] annixus[v], acuto
Detrudunt naueis scopulo: leuat[x] ipse tridenti
Et vastas aperit syrteis: & temperat æquor:
Atq; rotis summas leuibus plabitur[y] vndas.
Ac[z] veluti magno in populo cū sæpe coorta est

SER. a ¶ IAM cœlum terramq; ordo est: ausi estis sine meo numine tātas moles tollere: & cœlum terrasq; turbare: aut certe illud est: q tria hæc numina: licet diuisa imperia teneat: videntur tamen regni toti⁹ habere ptātem: sicut & ipsa elemēta quæ retinent physica iter se quadam rōne iungūtur: quod & ipsorū numinu sceptra significant. Iuppiter enī trifido vtit fulmine: Plutō Cerbero: Neptunus tridēte. Multi.n. q̄runt cur de alienis pquerat clentis. b ¶ Quos ego: deficit hī loco smo: & pgrue q̄si iratæ & turbatæ mentis: vt alibi: Me me. ad sum. item alibi: Incipit effari: mediaq; in voce resistit. Terētius: Quem quidem ego si sensero. his enim affectibus tantum sermonis defectio congruit. c ¶ Sed motos præstat: prudenter agit, plus enim est innocentibus succurrere: quā nocentium delicta punire.
d ¶ Præstat melius est. vt Præstat trinacrij metas lustrare pachynni: & notandus sermo nam & per se plenus est & tam accusatiuo iūgitur quam septimo. dicimus enim præstat illum: & prestat illo.

e ¶ Post mihi non simili pœna commissa luetis: aut non simili pœna idest nō ea: qua troianos affecistis aut certe mihi non simili: idest vehemēter irato.
f ¶ Luetis: persoluetis. & hic sermo a pecunia descendit antiquorū. n. omnes pœnæ pecuniariæ fuerunt.
g ¶ Maturate fugam cus maturitate .i. cum tranquillitate disce ndite. Quo modo dicimus matura iracundiam tuam: idest mitiga: perniciosum enim est troianis si maturent fugam: hoc est si accelerent.
h ¶ Sæuumq;: vel magnum: vel vere sæuum in ventos: quia minatur.
i ¶ Sorte: ac si diceret potuisse se etiā cœlum tenere: Aeolum vero beneficio & carceris regna meruisse.
k ¶ Immania: aspera. Manum enim antiqui bonum dicebant: & inde mane dicitur: quid enim melius? & per antiphrasin manes inferi: quia non sunt boni. l ¶ Vestras eure domos: irascentium est vti proprio nomine vt Terentius: Ego in pistrinum te Daue dedam. Aut quasi contra principem tempe-

statis irascitur: quē primū cōstat egressūʒ esse. Quod autem dixit saxa imania: de pseudulo Plauti tractum est: vbi ait: Nisi carcerem aliquando effregeritis vestram domum.

m ¶ Aula: irrisio est. sequitur enim carcere: & nihil tam contrarium si simpliciter intelligimus. n ¶ Clauso: quia dimittere vētos non ipsius est: sed iubentis. o ¶ Carcere regnet: licet carcer sit: tamen regnum est Æoli. hæc enim pro affectu possidentis intelligenda sunt: vt alibi quum de rure loqueretur: Post aliquot mea regna videns. & alibi: Regum æquabat opes animo. p ¶ Dicto citius: non ante q̄; diceret. dixit enīʒ hæc ait: Sed citius q̄; dici potest. q ¶ Placat: sub poetica licentia physicam quoq; tangit rationē. Mare enim dicitur esse Neptunus: quem superius dixit grauiter esse commotum: quia tempestas erat: nunc autem ait placat: quia iam sedari cœperāt maria. r ¶ Collectas: aut nunc collegit & fugauit: Aut ante a ventis collectas fugauit: idest resoluit. s ¶ Cymothoe: nomina deorum plerūq; de causis sunt facta ab elementis: quæ numina dici voluere maiores: vt Cymothoe: idest cursus fluctuum ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα.

t ¶ Triton: deus marinus: Neptuni & Salatiæ deæ maris filius ab aqua salsa dictæ.

v ¶ Annixus: antiquum est: vt connixus: quibus hodie non vtimur. Dicimus enīʒ adnisus & connisus: sed & multa alia vsus contra antiquitatem vindicauit. Illi enim parsi dicebant: nos peperci. Item nos dicimus suscepi: illi autem succepi: Vt succepitq; ignes folijs. x ¶ Leuat: leues ac nauigabiles facit: vt Nostrumq; leues quæcūq; laborem. & scire debemus prudenter poetas pro causis vel tendere vel corripere orationem: vt hoc loco periclitantibus troianis tota celeritate dicit esse subuentum. Contra in quinto libro: vbi nullū periculū est: lati⁹ describit placātes maria: Neptunum: Item in secundo quando īminet periculū vno versu ait: Quo res summa loco panthu: quā prendimus arces? y ¶ Perlabitur vndas: figura est. quod enīʒ nos modo dicimus per præpositionem nomini copulatam sequēte verbo: antiqui verso ordine per præpositionem detractam nomini iūgebāt verbo: ita tamen vt esset vna pars orationis: & faciebant honestam elocutionem. Nos dicimus per vndas labitur: illi dicebant perlabitur vndas: Item per forum curro: & percurro forum. Notandum plane ꝙ plerūq; accusatiuum regit casuʒ: plerūq; ad ablatiuum transit. z ¶ Ac veluti magno in populo: Virgilius tempestati populi motum comparat: Tullius populo tempestatem. pro Milone equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus contionum. Ideo autem magno addidit: quia vbi frequens populus: ibi crebra seditio.

¶ GENERIS. Non maculant filios paterna scelera: polluuntur tamen si illa sectantur. ¶ Iam cœlum: obscura breuisq; oratio: & quia iratus erat: & ad succurrendum properabat. Deniq; transit ab aliorum elementorum iniuria a quibus erat alienum: & venit ad propriam. ¶ Meo. q. d. me contempto. ¶ venti: abiecte pronunciandum: vt conuitium sit non nomen. ¶ Tantas moles: mira probatio criminis: vt non solum asserat verbis sed ipsis aspectibus subdat. DON.

¶ Quos ego: duo pronomina cum pondere maximo. Quos. scilicet sceleratos: & ex pessimis ortos: & quæ similiter intelligi possunt. Ego: scilicet imperator loci: & de potioribus dijs non vlciscitur: sed nō dimittit eos sine metu futuræ pœnæ. ne se inualidus demonstraret. ¶ Sed motos præstat: addit causam dilatæ pœnæ. ¶ Post mihi: si quid deinceps ausi fueritis re non verbis puniam.

¶ Maturate: celerius remeate. ¶ Regi mittit: & regi conuitia deformans regni ipsius potestatem: & personam asserens non habere regnum sed saxa non aulam sed esse custodem carceris. ¶ Dicto citius: effectus statim apparet oblurgationis: & dilatæ pœnæ: vt dicto citius placidū fiat mare: & oius elementorum remouet iniuriam. ¶ Ac veluti: hac cōparatione datur occasio: vt ostendat cuius meriti: & grauitatis debet esse qui in ciuitate sua princeps est. Nam cum ventum est ad furorem si virum præstantiē meritis audiunt: eius dictis acquiescunt.

¶ IAM cœlum terram. conqueritur prius de alienis elementis: ne si de suo tantum minus credibile: & nimis sibi indulgere videat. CHRI Auxesis est. Nam maius quid est moles q̄; fluctus: & mira variatio: vt modo fluctus ad sydera tollunt: modo præruptus aquæ mōs: modo tantas moles dicat. ¶ Quos ego: mouet pathos Aposiopesis: quam Cicero reticentiam: Celsus obticentiam nonnulli: vt Quintiliano placet interruptionem nominant sic alibi: Quāquam. o. sed superent quibus hoc Neptune dedisti: Et nouimus: & qui te transuersa tuentibus hirquis. ¶ Sed motos: obseruat prepon. Nam sapientem deum ratione duci potius q̄; ira rapi oportebat. Ergo prius periclitantibus subuenit quā noxios puniat. ¶ Præstat: idest ante stat: ergo melius est: naʒ cum plura se offerūt: illud ante stat quod prius est eligenduʒ: idest quod est melius. Sic alibi: præstat trinacrij metas superare pachinni. Eadem ratione dicimus præstare quasi promptos paratosq; esse: vt quæ tenemur faciamus: Cicero pueris albini omnia recepi: & præstabo: vnde est præsto nomen quasi promptus: & paratus:

Hinc dicimus seruos praestolari dominos.i. promptos paratosq; se praebere ne in mora sit: cum illi eorum opera vti voluint. Terenti. quem praestolare: Est etiam praestare ante sta re: idest excellere. Cicero in rheto. cótra Her magoram: At mihi videntur homines cum multis rebus humiliores: & inferiores sint hac re maxime bestijs praestare ꝙ loqui possint.

Presto
cópo-
nere

¶ Cóponere: simul ponere ne alius aliú ex- cedat: ergo placare: & adaequare sic dicimus componere lites: Nam quod Marcellus ait: recreare: & reficere: vt: vix defesa senis pas- sus componere membra ab eadem ratione est: Sic ꝙ significet comparare: & disponere: & ornare ꝙ colligere: & reliqua huiuscemo- di hinc originem habent. ¶ Post: deinceps cum vacauero a componendis fluctibus.

¶ Non simili poena: ná erit tunc re qua núc est minis: vel non simili mihi quia tunc ero ociosius: vt possim vlcisci: non autem impe- ditus negocijs: vt nunc cómissa peccata: sic alibi quid meus aeneas in te cómittere tantú.

¶ Maturate fugam: maturare sm Nigidiú est: cum neq; citius neq; serius: sed conueni- enti tépore fit. Vnde poma matura dicimus quae neq; acerba: & immitia sunt neq; nimis caduca: & decocta: sed téperate adulta Hanc temperationem Augustus sic graece expri- mebat σπεῦδε βραδέως: sic igitur mone- bat: vt ad rem agendam: & industriae celeri- tas: & diligentiae tarditas adhiberetur: ex qui- bus contrarijs fit maturitas: vnde noster poe ta alibi maturare: & properare: vt contraria ponit Frigidus agricolam si quádo continet imber Multa forent quae mox coelo prope- ráda sereno maturare datur. ¶ Vestro: igno miniose dixit quasi dicat vilissime rei reges.

¶ Non illi imperius pelagi: quae res magna ac lata est. ¶ Triton: de hoc dicetur in sexto.

¶ Ac veluti: cóparat tépestaté populo. Con tra Statius populum tempestati: vt sic vbi di uersis maria euertere procellis: Hinc boreas eurusq; illinc niger imbribus auster pulsat dies regnátq; hyemes venit aequoris alti Rex sub limis eqs: geminusq; ad spumea triton Frae- na natans late pelago dat signa cadenti.

SER.

Seditio: saeuitq; animis[a] ignobile vulgus[b]:
Iáq; faces & saxa volant: furor[c] arma ministrat.
Tum pietate graué[d] ac meritis: si forte virú qué
Conspexere: silét: arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet:
Sic cúctus pelagi cecidit fragor: aequora postq̃
Prospiciens genitor[e]: coelóq;[f] inuectus apto
Flectit equos: curruq;[g] volás dat lora secúdo[h]:
Defessi[i] aeneadae quae proxima littora cursu[k]
Contendunt petere: & libyae vertunt[l] ad oras.
Est in[m] secessu[n] longo locus[o]: insula portum
Efficit obiectu laterú: quibus omnis ab alto
Frangit: inq;[p] sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc atq; hinc vastae rupes: geminiq; minant[q]
In coelum scopuli: quorum sub vertice[r] late
Aequora tuta silent: tuz[s] siluis scaena[t] coruscis
Desuper horrétiq;[v] atrú[x] nemus iminet vmbra:
Fronte sub aduersa scopulis pédétibus antrú:
Intus aquae dulces: viuoq;[y] sedilia saxo
Nympharú[z] domus: hic fessas nó vincula naues

a ¶ ANImis ignobile vul- gus.i. stultú: vt contra nobilé alum pruden- tem dicimus: vñ etiá paulo post ait: arre- ctis auribus sumpsit enim trans lationé ab ani malibus: vt Te rentius: Arri- ge aures Pam phile. b ¶ Vul gus: & mascu- lini & neutri lectú est gene- ris. neutri hoc loco. alibi ma sculini: vt In vulgus ambi- guas. Et hoc é artis vt mascu lino vtamur: quia oia lati- na noia in us exeútia: si neu tra fuerint: ter tiae sunt declinatiõis: vt pecus pecoris: si auté secúdae declinatiõis fuerint: masculina sunt. vulgi autem facit: nó vulgeris: vt docti, clari. vsurpatú tñ est: vt neutrú genus sit, ppẽ vnus graecú nomen: idest pelagus: q̃uis enim pela gi faciat: neutri tñ est gñis. c ¶ Furor arma ministrat: sic alibi: Rimandi telú ita facit. d ¶ Grauẽ: venerabilé: vñ & cótéptibiles le ues dicimus: & sane seruat cir ca hác rhetori cá diffinitiões cui dat & iusti ciá & peritias dicédi: vt Tus pietate graues & Ille regit di ctis aios. Ora- tor eni ita dif- finit: vir bonus dicédi peritus. qué.i. aliqué. ar rectisq; auribus astát de imperi- to & stulto po pulo smones facit recte arre ctis auribus. Di cit & est ppriú aialiú. e ¶ Ge nitor: venera- bilis: vt Tybri pater: ergo H nomen & ad venium perti- net patrem: & ad honores re fertur. f ¶ Coeloq; inuectus aperto: nó per coelum vectus: sed coelo iam sereno vectus per maria. g ¶ Curru: non vt quidam pu- tant pro currui posuit: nec est apocope: sed ra tio artis antiquae: quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuum singularem: & iso- syllabus esse debet: vt musae huius musae: hi docti huius docti. Item a genitiuo sin-

pulari datiuis regitur singularis: vt isosyllabus fit: vt huius docti huic docto: vnde est Curruq; abscisa duorum Suspendit capita. Et libra die: ne si diei fecisset: maior esset nominatiuo plurali. h ¶ Secundo: troianis obsequenti. & tractus est sermo a sequentibus seruis. i. pedissequis secundis: vt secundam fortunam dicimus: quæ est secundum nos: idest prope nos: vel a similitudine venti tractum est propitij qui fiet a tergo vt pro sequitur surgens a puppi ventus euntes. i ¶ Defessi æneadæ: nunc troiani: aliquando romani: vt Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. k ¶ Cursu: aut secundum quod superius diximus proxima cursu: idest cursui: aut contendunt cursu petere: & est septimus casus. l ¶ Vertuntur: scilicet a proposito itinere: hoc est ab Italia. m ¶ Est in secessu longo: est topothesia: idest fictus secundum poeticam licentiam locus. ne autem videretur penitus a veritate discedere: hispaniensis carthaginis portum descripsit: cæterum hunc locum in africa nusquam esse constat: nec incongrue propter nominis similitudines posuit: Nam topographia est rei veræ descriptio. Hoc tamen ad homeri imitationem fecisse virgi. videtur. qui portum ithacæ sic descripsit.

φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέ
ροντος,
Εν δήμῳ ἰθάκης δύο δὲ προβλῆτες
ἐν αὐτῷ
Ακταὶ ἀποῤῥῶγες λιμένος ποτι πε
πτηκυῖαι
Αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέ
γα κῦμα
Εκτοθεν, ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῖο μέ
νουσι
Νῆες ἐΰσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον
ἵκωνται.
Αυτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλ
λος ἐλαίη
Αγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον
ἠεροειδές
Ιρὸν νυμφάων αἳ νηϊάδες καλέονται
ν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔα
σιν
Λαΐνοι. ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσου
σι μέλισσαι.

n ¶ Secessu: sinu secreto. o ¶ Locus: subaudi quem: vt superius Vrbs antiqua fuit. Et est sciendum quotiens præmittimus nomen cuiuslibet generis & interposito primo nomine sequitur nomen alterius generis: medium illud pronomen proprij nominis genus sequitur. vt Salustius in Catilinario: Est in carcere locus: quod tullianum appellatur. ecce proprio iunxit non appellatiuo: Tullianum enim proprium nomen est: carcer appellatiuum: si autem vtraq; nomina appellatiua fuerint: licet cui volumus respondemus. p ¶ Inq; sinus scindit sese vnda reductos: idest replicabiles. q ¶ Gemini: pares sibi: interdum & duos significat: vt gemini fratres. q ¶ Minantur: eminent: vt minasq; murorum ingentes: & illa vsq; minatur. r ¶ Sub vertice: hoc est circa radices montis: quæ ad rectas lineam suspiciunt cacumen: idest verticem.
s ¶ Tum siluis scæna coruscis: hoc est siluarum coruscarum: idest crispantium: vt Iuuenalis: Longa coruscat Sarraco veniente abies. & posuit septimum pro genitiuo: vt superius pulchra prole. t ¶ Scæna: idest inumbratio & dicta scæna ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatralis scæna parietem non habebat: sed de frondibus vmbracula quærebant: postea tabulata componere cœperunt in modum parietis. v ¶ Horrenti: horror plerunq; ad odium pertinet: plerunq; ad venerationem: vt hoc loco. sic Lucanus: Arboribus suus horror est, & horridus in iaculis.
x ¶ Atrum nemus: tropus est per atrum nigrum ostendit. per nigrum vmbrosum: per vmbrosum densum: idest frondibus plenum. y ¶ Viuo: naturali: vt Viuo præter uehor hostia saxo. z ¶ Nympharum domus: aut verum dicit: & est historia: aut ad laudem pertinet loci. Talis inquit locus est: vt domus credatur esse nympharum.
& ¶ Hic: pro illic more suo.
¶ SEDITIO. vt populus furens motus grauitate viri quiescit: sic mare auctoritate rectoris quieuit. ¶ Cœlo aperto: quia dixerat eripiunt subito nubes cœlum. Liberauit igitur a tempestate troianos Neptunus: sed euentus aliud attulit. Nam illos in libyen terram inimicæ Iunonis detulit. Ergo in casum deteriorem deuecti sunt. ¶ Defessi: licet fessi nitebantur proximam terram attingere: ne interea aliquis casus emergeret. ¶ Contendunt: ostendit cursus difficultatem quem fessi cóplere nitebantur maxime quia in aqua difficilior gressus est properantibus cursum. DON.
¶ Est in secessu: loci hæc descriptio negocio necessaria est. Placiditas enim fuerat pelagi procuranda propter corruptas naues.
¶ Hanc præbebat obiectus laterum. Secretum vero proficiebat: quia cauendum erat propter regiones incognitas. Hoc dabat longitudo secessus: Nympharum domus aquarum copiam præstat: Sunt & defensacula aduersus solem antrum & nemus. Tantaq; erat opportunitas loci: vt naues anchoris non essent retinendæ. ¶ Ab alto: a mari mira igitur breuitas quæ contineat omnia necessaria: Cum autem locus contineatur quatuor partibus ponit duo latera & ingressum. Quartas deinde partem posuit. ¶ Fronte sub aduersa: Semper autem loca sic poeta describit: vt ingrediens: sic facit Salusti. Quæ omnia mur

tabunturq vt recedens scribat. Addit autem descriptioni duos altos scopulos: vt sit vnde latus prospectus in pelagus appareat ad inquirendas naues ab Aenea separatas. Opacitas autem vt minus ab extremis conspiciatur facit.

CHRI ¶ SEDITIO: Ciuilis discordia a seorsus eundo. ¶ Vulgus: Nam imperita multitudo per turbationem potius rapitur q̄ ratione ducitur.

Alius anima ¶ Animis: Animus est quo sapimus: anima qua viuimus. Ergo bruta animā habent Iuuenalis principio indulsit cōmunis cōditor illis tantū animas nobis animū quoq;. Verum animos in plurali etiam accipimus pro vehementia & perturbatione ipsius animi: sic illud pone animos & pulsus abi: & Iuuena. Nos animorum impulsu caeca: cupidine ducti. Ergo animis furoribus & perturbationibus. Item animosos dicimus vehementi animo preditos. ¶ Iamq; fa. & sa. uo. Ponit rem ante oculos: vt pingere eam videatur. ¶ Furor: Explicat quid sit saeuit animis. ¶ Tum

Pietas pietate: pietas iusticiae pars est qua diligēs officium tribuimus patriae & iis qui nobis propinquitate coniuncti sunt. Huius partes sunt amicitia & liberalitas. Pietate ergo huius viri coguntur reliqui: vt eos pudeat furoris: & grauitate vero: vt pudeat leuitatis. Virum hominem his virtutibus excellentem. ¶ Conspexere: Cum orator sit vir bonus dicendi peritus ex ipsa bonitate fidem sibi conciliat & ex ea silentium: Ergo silent & attentionē praebent. Vnde arrectis auribus astant. Dictis .i. sua eloquētia. ¶ Regit animos: Qui sine rectore in omne facinus cadunt: & profecto: vt ait Cicero. Oratoris est posse dicendo genus hominū tenere: mentes allicere: voluntates impellere quo velit: vnde autē vellit deducere. ¶ Prospiciēs genitor: Grauis est in hoc loco & digna quae a bonis viris audiatur allegoria sed hanc vide in disputatiōibus nostris chamaldulensibus. ¶ Regit Ne tunc ruant.

¶ Mulcet: vt discedant a proposito Aeneadae quasi dicat tales qui a tāto haeroe cognominandi sint. Nam quamuis defessi non propterea obmiserunt quin strenue aliquē portum tenerent. ¶ Contendunt: omnibus viribus incūbunt. ¶ Est in secessu. Descriptio istius portus a poeta conficta est: in qua nonnulla sumit a portu hispanicae carthaginis. Imitatur autem Homer: qui ithacēses portus describens eum aliter quā hic ponat. Syllius quoq; sic describit. Carthago impēso naturae adiuta fauore: Excelsos tollit pelago circūflua muros arctatas ponit fauces modica insula Claudit: Qua titan ortu terras aspexit eoo. Rupes abrupta montium sunt. Ripae vero margines fluuiorum: vt littora sunt maris. ¶ Coruscis: Coruscare proprie splēdere est. Et quoniam splendor crispatur & tremulo motu mouetur Iccirco pro crispare capitur quēadmodum micare. ¶ Nemus: dicitur ab eo q̄ νέμειν idest pascere: hoc Ethrusci appellant boscum ab eadem ratione. Nā βόσκω pasco est: vt Theocritus βόσκεται αἶγας. In illo enī armēta pascunt. ¶ Nympharum: aquarū dulcium particulares vires Nymphae symbolum sunt: vt marinarū nereides. Verū etiam montium Nymphae dicuntur oreades: quia ὄρος mons est syluarū Dryades δρυμὸς enim graece sylua est. Hamadryades dicūtur. Quae cū arboribus & nascūtur & intereūt. Napeae: florū & valliū sunt νάπη enī cōuallis est. Naides postremo fontium dicuntur vt multi tradiderunt.

Abrupta ripa

Littora

Coruscare

Illa tenent: vnco non alligat anchora[a] morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus, omni
Ex numero subit: ac magno telluris[b] amore
Egressi optata potiuntur Troes harena[c]:
Et sale[d] tabentes artus in littore ponunt:
Ac primū[e] silicis scintillam excudit Achates[f]:
Succepitq;[g] ignem folijs. atq; arida circum
Nutrimenta dedit: rapuitq;[h] in fomite flāmam:
Tunc Cererem corruptā[i] vndis: cerealiáq;[k] arma
Expediunt fessi[l] rerū: frugésq;[m] receptas[n]
Et torrere[o] parant flāmis: & frangere saxo.
Aeneas[p] scopulum[q] interea conscendit, & oēm
Prospectū late[r] pelago[s] petit Antea[t] si quem[v]
Iactatum vento videat: phrygiásq; biremes[x]

SER. a ¶ ANCHORA morsu: hoc nomē cum in graeco vñ originē ducit ἄγκυρα aspirationē nō habeat in latino aspirat: qd est contrariū. Nā magis graecorum est aspiratio: s3 hoc in paucis nobis inuenit. morsu aūt de anchoris bene dixit: quū alio loco inueniamus: Tum dēte tenaci Anchora fūdabat naues. b ¶ Telluris amore: cūdiseūq; post pericula: vñ & superius dixit. Quae prima littora cursu contendunt. & paulo post infert: Optata potiūtur troes harena. Tellurē aūt p terra posuit: quū Tellurē dea dicam: terrā elem vt plerūq; vulcanū ponim p igni: Cererē pro frumento Liberū p vino c ¶ Arena: q̄ rit hēat nec nomē h aspirationē: & Varro sic diffinit: Arena ab ariditate dicitur nō habet si abhaerendo: vt in fabricis videmus: habet. melior tamen est superior etymologia.

a Sale tahētes: madefactos aspergine.
e Ac primum silicis scintillam excudit: bene adiecit species: quia in certis lapidibus inuenitur ignis. excudit autem est feriendo elicit: quia cudere est ferire: vnde & incus dici tur: quod illic aliquid cudamus: idest feria mus. f Achates: allusit ad nomē. Nam achates lapidis species est. bene ergo ipsum dicit ignem excudisse: vnde etiā Achatē eiꝰ comitem dixit. lectum est enim in naturali historia Plinij: q si quis hunc lapidem in ānu lo habuerit: gratiosior eē videatur ideo acha tes æneæ comes dicit qa sollicitudo comes est regibus ἄχος. n. cura dicitur & sollicitudo. g Suscepit: pro suscepit: vt diximꝰ supra. h Rapuitq; in fomite flāmas: pene soloe cophanes est: nam cum mutationem verbū significet: ablatiuo vsus est: sed hoc soluit aut antiqua circa cōmunes præpositiones licen tia: vt est Conditus in nubem contra: Et no ta conduntur in aluo. Item Sæua sedens sup arma: Et gemina super arbore sidunt. Cice. Quod ille in capite ab hostium duce accepe rat. Item in principio libri tertij verrinarum: Et si fortes fueritis in eo quem nemo sit au sus defendere. Aut rapuit: raptim fecit flam mam in fomite: idest celeriter. i Corru ptas vndis: aqua emollitā. k Cerealiaq; arma: fugiens vilia ad generalitatem trāsijt propter carminis dignitatem: & rem vilē au xit honestate sermonis: vt alibi ne lucernam diceret: ait Testa cum ardente videret Scin tillare oleum. Et sciendum est iudice eupho nia dici cerealia: vel cerialia: Typhoea: vel typhoia: Cæsareanus: vel cæsarianus: In his ergo licentia deriuationis est. l Fessi rerū: hoc est penuria fatigati. & fessus generale est. Dicimus enim & fessus animo: vt Ter fessus valle resedit: & fessus corpore: Quod magis est proprium. Et fessus rerus a fortuna venié tium: vt hoc loco: epitheta enim nunq; va cant. Sed aut ad augmentum: aut ad dimi nutionem: aut ad discretionem ponuntur. m Fruges: generaliter omnes fruges vocā tur. & errant qui discernunt frumenta a fru gibus. Nam Cicero ait olei & frugum minu tarum: quū de leguminibus diceret: vt oste deret frumenta & fruges vocari. frugū autes nomen tractum est a frumine. i. ab eminen te sub mento gutturis parte. n Receptas: liberatas: vt Medioq; ex hoste recepit.
o Et torrere parant flammis & frangere sa xo: multi hysteron proteron putant non re spicientes superiora: quia dixit vndis Cererē esse corruptam: quā necesse fuerat ante sicca ri: qui tamen etiam contra hoc illo se tuenē exemplo: Nunc torrere igni fruges nūc fran gite saxo. & volunt etiam hysteron proteron esse: quod falsum est. Nam & hodie siccari an te fruges & sic frangi videmus: & quia apud maiores nostros molarum nō erat vsus: fru menta torrebant: & ea in pilas missa pinse bant: & hoc erat genus molendi: vnde & pin sores dicti sunt: qui nunc pistores vocantur. Pinsere autem dici Persius probat: vt o Iane A tergo quem nulla ciconia pinsit.
p Æneas: merita personarum vilibus of ficijs interesse non debent: quod bene obser uat vbiq; Virgiliꝰ: vt in hoc loco: Itē i sexto: cum diuersis officijs troianos diceret occu patos: ait: At pius Æneas arces quibus altus Apollo Præsidet: nisi cum causa pietatis in teruenit: vt ad sepeliendum sociū de Ænea dixit: Nec non Æneas opera inter talia pri mus Hortatur socios: paribusq; accingitur armis. q Scopulum. i. speculū: & quādo speculationes significamus. g. est fœminini: vt Specula misenus ab alta: speculum autes in quo nos intuemur generis est neutri. vt Iu ue. Speculum ciuilis sarcina belli. qđ græce ἔνοπτρον. r Late petit: in quātū pōt. s Pelago: i pelagꝰ: vt Inferetq; deos latio. t Antea si quem: ordo est Ascendit sco pulum requisiturus antea capyn. Caicum. v Si quem videat. & vsus est hoc genere elocutionis: quo & Terē. qui dixit: Quod ple riq; oēs faciūt adolescētuli. Atq nil ptrarius. oēs. n. gñale pleriq; spāle: ordo ergo ē: qđ oēs faciunt adolescentuli vt animum ad aliquod studium adiungant: pleriq; equos alere: ple riq; canes. Aut certe ques vacat: vt superius diximus istas frequenter vacare particulas. vt alibi Virgiliꝰ nec be diu res siqua diu mor talibus vlla est: nemo dicit: si qua vlla: sed si vlla. vacat ergo qua: item in Lucillio: Ecquē Pamphilum quæris: quem vacat: nā de vno loquebatur. x Biremis: naues habentes remorum ordinem geminum: vt alibi Tri plici pubes quā dardana versu impellunt.
¶ SEPTEM. Vna in qua ipse erat: tres de sa xis: tres de syrtibus ereptæ. Optata: qa cō trariā in pturbatiōe pelagi viderāt: cū naui gia ad imum vsq; deprimerent. Taben tes sale: a contrario. Sal enim conseruat. Sed inuentus est casus: vt tabescat sale quod ser uari conuenit. A qua enim maris quāuis sal sa admittit corruptionem. Achates: ignē fieri curabat: vt madidas fruges torreret: vt sic siccatæ frangi possent. Non ergo est pre postera ordinatio: Neq; dixit coquere: sed tor rere: Nam meminerat dixisse. Omnes acci piunt inimicum imbrem reliq igitur seipsos curabant Æneas autem anxius de salute so ciorum labori non pepercit: sed altitudinem scopuli ascendit non ergo tm pertinet ad p spectum descripta altitudo scopuli quātum ad laudem Æneæ. Qui autem non pspexit vim pelagi aut de refectione corporis nō cu rauit: & vt salutē sociorum pcuraret nullo vi ctus labore tantam altitudinem ascendit. DON.

CHRI ¶ VNCO morsu. Vnco dente quo terram mordet. ¶ Anchora: græce ἄγκυρα dicitur.
¶ Telluris: deos terræ habuerunt antiqui Tellurem dictas a vi fœmina qua semina re
cipit. Item tellumonem a vi masculina qua semina terra emittit: Appellant etiam al
torem quod omnia ex terra aluntur. Item rursorem quod rursus eodem cuncta reuoluuntur. Er
go ista sunt nola deorũ terræ Terra autem est ipsum elementum. ¶ Sale tabentes: pa
thos mouet hæc declamatio a contrario. Nam miserum est membra ea re tabescere qua
carnes seruari solent. ¶ Ponunt in littore ponunt artus tanquam effœti omnibus viri
bus. ¶ Silicis: Plinius de silice sic scribit: nigri silices optimi quibusdam in locis: & rubẽ
tes nonnunquam: & albi sicut in tarquinensi: & anitianis lapidicinis circa lacum volsien
sem & in statoniensi sunt qbus nec ignis nocet. Idẽ: & in monumenta sculpti contra ve
tustatem incorrupti permanent: ex iis formæ fiunt in quibus æra funduntur. ¶ Achates:
species lapidis est olim teste Plinius in magna fuit auctoritate nunc nulla· reperta primus
in sicilia iuxta Achatem fluuium: postea in pluribus locis excedens amplitudine: & varie
tatibus diuersis mutantibus cognomina eius species quædam est in ipsis: quæ contra ara
neorum: & scorpionum ictus valeat hæc in Creta reperitur sed idem siculas posse credi
derim quoniam primo afflatu illius prouinciæ scorpionum pestis extinguitur: India in
uentæ quæ idem faciunt: & aliis miraculis pollent. Reddunt enim species nemorum flu
minum: & iumentorum: & heredæ: & equorum ornamenta: Spectasse etiam prodest ocu
lis. Sitim sed autem in os aditæ sunt: & in ipsis quarum suffitu tempestates auertantur: &
fulmina sistantur. Argumentum est si inferuens ahenum coniectæ refrigerent. Est & quæ
dam vnius coloris quæ inuictos athletas illam gestantes facit: Argumentum quod in ola
olei plena cocta cum diuersis pigmentis: & intra duas oras sub feruefacta vnum colo
rem ex omnibus faciat minii. ¶ Hæc pauca e multis: quæ apud Plinius scripta sunt ex
cerpsi. Nusquam tamen illic est quod gestata fauorem conciliet: Sed vel gestabat: vt esset in
uincibilis: vel potius referamus achatem ad id quod est ἄχος idest cura: nam cura: & sol
licitudo semper comitatur principes: Scintillam recte: nam scintilla ardens est: Fauilla
vero extincta vnde in sexto. Relliquias vino: & nigram lauere fauillã. ¶ Excudit: sm scītilla
Diome. Caris. & focam presentis temporis est dicunt enim cudo cusi. Alii tamen volunt fauilla
esse præteriti quod melius videtur quia sequitur suscepit.

Aut Capyn: aut celsis in puppibus[a] arma Caici
Nauem in conspectu nullã: tris littore ceruos[b].

SER. a ¶ PVPPI
bus: arma cai
ci: quia naui
gantium mi
litum est pup
pibus arma re
ligare: vt ali
bi Pacem ora
re manu & præfigere puppibus arma.
¶ Eerrantes: pascentes vt ipse alibi. Mil
le meæ siculis errant in mõtibus agnæ. Re
vera enim dum pascuntur: vagantur: & in se
ptimo de ceruo Errabat siluis: & alibi cum
de columbis diceret: Pascentes illæ tantum
prodire volando. b ¶ Ceruos: cerui dicti
sunt ἀπὸ τῶν κεράτων idest a cornibus.
Sciendum est etiam latina nomina græcas
plerunque ætymologiam recipere: sed cerui
non sunt in prouincia proconsulari: ad quas
venit Aeneas. aut ergo fictum est secundus
poeticum morem: aut ob hoc dictum qa he
roicis temporibus vbique omnia nascebant:
vt ipse Omnis feret omnia tellus.

CHRI ¶ CERVOS: Animal timidum. sed longis
simæ vitæ. Scribit Aristoteles quod pruden
tia reliqua bruta anteit: & iuxta viam parit
metu hominum: vt feras ab inuadendis na
tis arceat. In volucrum partus excedit: in
de herbam sesilim petit mox redit ad pro
lem: inulum ducens ad lustrũ assuefacit quo
fugere discat: vno aditu est lustrum quem a
feris tuetur.
mas fructu
um tempo
re pinguior fa
ctus secedit sen
tiens se facili
us capi posse.
Cornua in lo
cis vbi difficilius inueniri possint: deponit: vn
de est prouerbium qua cerui cornua: Non
vult enim inermis reperiri: Sinistrum cor
nu a nemine adhuc repertum est. Id enĩ me
dicamento præditum est: Binis cornua ori
untur simplicia: & recta ad subularum simi
litudinem: Vnde & ipsi subulones dicuntur.
Singulis annis mẽsæ aprili cornua amittũt:
& donec renascantur noctu pascũtur: A ve
nenata fera morsi cãcros edunt: qđ & hoi p
desse credit: Sibilo: & cãtu demulcent a ve
natoribus q̃ allecti facile capiunt. Ita vnus
venator cãtat alt sibilat· tertius atergo ferit:
sz si aures arrectas hẽat ita sentit: vt insidiæ il
lum nõ lateãt. Hæc Aristo. Pli. aũt ait de his
multa. xi. li. Tragelaphus in nulla re distat a
ceruo nisi quod barbatus est: & armorum villis ar
martus: Placet aũt qđ ait Serui. quod nõ sint
in prouincia aphricæ: Nã ait Herodotus, cer
uis: & apris ois libya caret cũ habeat leones
elephantes vrsos serpẽtes & asinos cornua
hñtes. Item capite canino. Item sine capite
oculos in pectore habentes.

P:ospicit errantes: hos tota[a] armenta sequūtur·
A tergo & longū per valles pascitur agmen[b].
Constitit[c] hic: arcúmq; manu: celeresq; sagittas
Co:ripuit[d]: fidus quæ tela gerebat[e] Achates.
Ducto:ésq; ipsos p:imū capita alta ferentes
Co:nibus[f] arbo:eis sternit: tum vulgus[g], ⁊ oém
Miscet[h] agens telis nemo:a inter frōdea[i] turbā:
Nec p:ius absistit: q̄; septē[k] ingentia victor[l]
Co:po:a fūdat[m] hūi: ⁊ numerū cū nauib[o][n] æq̄t:
Hinc[o] po:tū petit: ⁊ socios pártitur[p] in omnis.

SER. a ¶ BALTHEVM: baltheus dicit non tantum quo cingitur: sed etiã a quo arma depẽdent. b ¶ Contentus abito: quasi de paruo munere. c ¶ Corripiũt spatia: raptim eunt: vt Corripit æneas exẽplo auidusq; refrigit. d ¶ Limenq; relinquũt: aut regulam: aut signũ de creta factũ: qđ a carceribus fit. e ¶ Simul vltima signãt: intuẽtur vltima spacia auiditate vincendi: vt notat & designat oculis: Aut signãt vlcia: idest cumulorũ summitatẽ signãt vestigijs: vt alibi: Vix sũma vestigia signat arena. f ¶ Prim᷑ abit: sicut de nauibus: post generalitatẽ transit ad specialitatẽ: & bene quia tribus statuta sunt præmia: quinq; cõmemorat duobus casuris. g ¶ Alis: velocitate: quia tã vẽtos q̃; fulmina fingunt alata poetæ: vt Alitis austri. h ¶ Proximus: huic sc̃dm hunc locum: proximum dicimus etiam longe positum nullo interueniente. i ¶ Quo deinde sub ipso: idest post ipsum. k ¶ Calcẽ calce terit: calcem dicimus: vnde terram calcamus: ergo non proprie dixit: calcem calce terit. Planta enim calcẽ potuit terere: vnde a parte totum accipiẽdum: idest calcem pede terebat. l ¶ Incumbens humero: aut flexo humero: aut currentis est gestus. m ¶ Elapsus prior: ideo labitur: idest celeriter currit: vt prior fiat: & satis licenter est dictum. n ¶ Ambiguumq; relinquat: minus firmũ ad celeritatem. o ¶ Sub ipsam finem: bis subaudi finem: sub ipsam finem fessi aduentabant ad finem. p ¶ Labitur infelix: quia parata victoria caruit. q ¶ Cæsis vt forte iuuencis: bene rem notam per transitum tetigit. Agonalis enim moris fuerat post sacrificia ad certamen venire. r ¶ Fusus humum: ordo est superfusus. s ¶ Titubata: participium sine verbi origine. non enim dicitur titubor titubaris: liceret quædam neutra sint quæ tria habẽt participia præsentis: præteriti & futuri: vt placẽs placitus: & placiturus: & prandeo similiter. t ¶ In ipso concidit: ablatiuum posuit: non enim dixit in ipsum concidit fimũ: quia non ẽ mutatio: nam motum non significat. v ¶ Oblitus amorum: amorum pro amoris: nec superadictis congruit: ait enim amore pio pueri: nunc amorũ. quia pluraliter non nisi turpitudinem significat.

¶ NON ILLE oblitus amorum: propter hãc causas posuit in superioribus tantũ inter illos amorem. DON. amores

¶ GEMMA: Vlpianus iurisc õsultus ait inter se gemmas et lapillos et margaritas differre: & gẽmas esse pellucidæ materiæ vt smaragdi & chrysolitĩ & huiusmodi. Lapillos autem esse cõtrariæ naturæ: vt Absiani. Margaritas nec in gẽmis nec in lapillis esse vult Sabi. sed hanc differentiam nec ratio nec mos approbare videtur Proximus huic sed longo proximus interuallo ex Cice. in bruto. Duobus igitur summis Crasso & Antonio. L. Philippus proximus accedebat: sed longo interuallo tamen proximus. Sta. a contrario imitatur. Tiodamanta volunt qui cum ipse arcana deorũ partiri & visas vni sociare solebat amphiaraus aues: tantẽq; haud fuldus artis gaudebat dici similem: iuxtaq; secundum. ¶ Ambiguum: magis placet vt dicamus mente dubium. Nã vix credebat se eẽ superatum q hactenus superasset. ¶ Amorũ: nõ puto amores ĩ plurali dici solũ impudicos. Nã Cice. in libro de officijs: formam quidem ipsam & tanq̃; honesti faciem vides: q si oculis decerneretur mirabiles amores: vt ait Plato excitaret sapientiæ. CHRI.

¶ SPISSA

SER. a ¶SPISSA arena: tenui: q̃to eni quid mi nutius tanto est densius. b ¶ Prima tenet: τὰ πρῶτα. c ¶ Fremituq; secũdo: bene secũdo addit: quia est ꝛ ira torũ. d ¶ Hic tẽporis aduerbiũ. Per caueã autẽ plebẽ significat.

¶ Plausu: strepitu ꝛ pulsatiõe cuiuscũq; rei fit plausus. i. sonit⁹ q̃ alicui⁹ factũ dictũm ue ꝓbamus: id. n. ẽ plaudere. Cõtra explodere ẽ: cuȝ eodẽ sonitu ꝛ pulsu ĩprobam⁹ qđ fcm̃ dictũm ue sit: ide dicim⁹ ẽt explodere apte ꝛ cũ irrisiõne ꝯfutare. Plausus Explodere

Naȝ sese opposuit Sálio per lubrica surgens.
Ille autem spissa[a] iacuit reuolutus Arena.
Emicat Euryalus, ꝛ munere victor amici
Prima[b] tenet, plausuq; volat, fremitúq; [c] secundo.
Post Helymus subit ꝛ nũc tertia palma Diores,
Hic[d] totum caueæ consessum ingentis, ꝛ ora[e]
Prima, patrũ magnis Salius clamoribus implet,
Ereptúmq; dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lachrymæq;[f] decoræ,
Gratior ꝛ pulchro veniens[g] in corpore Virtus
Adiuuat, ꝛ magna proclamat voce Diores.
Qui subijt palmæ, frustráq; ad premia venit
Vltima, si primi Salio redduntur honores.
Tum pater Aeneas, vestra inquit munera vobis
Certa[h] manẽt pueri; ꝛ palmã mouet ordine nẽo,
Me liceat[i] casum[k] miserari insontis amici.
Sic fatus tergum[l] Getúli immane Leonis
Dat Salio, villis onerosuȝ[m], atq; vnguib⁹ aureis.
Hic Nisus; si tanta inquit sunt premia victis,
Et te lapsorum miseret, quæ munera Niso
Digna dabis? primã merui qui laude[n] coronã?
Ni me, quæ Salium, Fortuna[o] inimica tulisset,
Et simul his dictis faciem ostẽtabat; ꝛ vdo

Nam cauea cõsessus ẽ populi. e ¶ Ora pma patruȝ: hoc est qđ Iu. ait: Oibus ad podium spectantibus. f ¶ Lachrymæq; decoræ: aut ipse etiã fletus habebat aliqd venustatis ortus a gaudio: vt Ter. Oblachrymo præ gaudio: quod ꝛ cõgruit puero propter victoriã inopinatã: aut certe ad miserationeȝ cõmouendã contra eũ q se asserebat eẽ victorem. g ¶ Veniẽs: crescens: vt Hic segetes: illic veniunt felicius vuæ: vere anni dicũtur i adolescentib⁹ sicut in finibus recedẽ ora: multa ferũt anni veniẽtes cõmoda secũ: Multa recedẽtes adimũt. h ¶ Certa manẽt pueri: vt supra dixim⁹: iõ qa ἄνδρες καὶ παῖδες dicunt. i ¶ Me liceat: liceat me miserari: nã nõ me lȝ: sȝ mihi licet dicim⁹. k ¶ Casum: alludit a cadendo. l ¶ Tergũ: mutauit more suo: nã tergus debuit dicere: cũ tergũ hȝ carnis appellationẽ: tergus vero sit pellis: vt terg. d.c. m ¶ Onerosuȝ: plus ẽ q̃; si oneratũ diceret sicut sceleratũ ꝛ scelerosuȝ. n ¶ Qui laude: virtute a sequente qđ præcedit: nã ex virtute præcedenti sequitur laus. o ¶ Fortuna: bene dolum suũ excusat.

Cice. in prĩo offi- cioꝝ: qm̃ Aristonis pyrrõis ꝛ Erylli iã pdeȝ explosa snia ẽ. Fremere ãt est ꝯfusãore vocẽ emittẽ: ꝛ qa: h̃ nõ solũ plaudẽtis sȝ irascẽtis quoq; idignantisq; est iccirco dixit fo q̃si fauẽte. ¶ Caueæ: Omnẽ locus ĩ quo feras iclu dim⁹ ne effugiant siue aues sint siue q̃drupedes: vt sũt vrsi ꝛ leões caueã appellam⁹: ẽ ẽt cauea ĩ theatro loc⁹: vbi pplus spectat: q̃ diuidit ĩ suos cuneos. Caueã posuit alibi ꝯsexu caueæ magnis circẽsib⁹ actis: ꝛ đ cuneis i geor. dcm̃ ẽ. Hĩ q̃ pacto sese ĩ theatro hñe debeãt optĩe describit Vitruui⁹. ¶ Priaq; ora. p. podiũ itelligit ĩ q̃ nobiliores ludos spectabãt. Hic Iuue. Oib⁹ ad podiũ spectãtib⁹. De h̃ Vitruui⁹ podij altitudo ab liberamẽto pulpiti cũ corona. Supra podiũ colũnæ cũ capitulis ꝛ spiris. ¶ Reddi: veluti rẽ sibi debitã dari. ¶ Lachrymæq;. d. sic Sta. ĩpe re gesta pthenopeus hũo vultũq; oculosq; madẽtes Obruit: accessitq; lachrymaȝ grã formæ. ¶ Decore: Quãta ẽ erat pulchritudo: cũ læt⁹ eẽt: sic ꝛ Venerẽ laudauit Tristior ꝛ lachrymis oclos suffusa nitẽtes. ¶ Vẽlẽs: crescẽs: vt h̃ segetes illic veniũt fœlici⁹ vuæ. ¶ Gratior: Nã vulgo sic euẽit: vt vt⁹ i pulchritudie corpis sint maioris pcij: ꝛ Arist. ait: pulchritudinẽ pl⁹ oib⁹ epl̃s ad cõmẽdatõeȝ valẽ: ꝛ ĩ æthicis nõ eẽ habilẽ ad fœlicitates capessendã hoĩeȝ penit⁹ deformẽ. Recte tñ Augustin⁹ Asserit nõ oportere esse gratiosiorẽ virtutẽ in vno q̃; ĩ alio corpore. Sed poeta nõ q̃rit qđ sit fm̃ verũ: sed qđ appareat hominibus nõ rectam habentibus opinionem. Fremerẽ Cauea

DON. ¶CAVEA: Iccirco theatrũ cauea dicitur q̄ inclusos continet spectatores.

CHRI. ¶LVBRICA: Et quod nõ potest teneri vt anguilla est: lubricum dicitur: ꝛ similiter locus ĩ quo cõsistere nõ possumus appellat lubricus: ꝛ p trãslationẽ referimus ad res icorporeas ꝛ dicimus lubricũ id p qđ facile labimur i errorẽ aut vitiũ. ¶ Iacuit: ita lapsus ẽ: vt penitus hũi prostraretẽ: nec posset surgere. Lubricus

Turpia membra fimo risit pater Optimus[a] olli,
Et Clypeum efferri iussit Didymaonis[b] artes,
Neptuni[c] sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregiũ præstanti munere donat.
Post vbi confecti cursus, & dona peregit,
Nunc si cui Virtus, animúsq; in pectore pr̄sens[d],
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminũ pugnæ proponit honorem.
Victori velatum[e] auro, victisq; Iuuencum,
Ensem, atq; isignẽ Galeam solatia victõ.
Nec mora, continuo vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnóq; virũm[f] se murmure tollit.
Solus[g] q Paridem solitus contendere contra.
Idéq; ad tumulũ quò maxim⁹ occubat Hector
Victorem Buten imani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci[h] de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundũ[k] extendit arena.
Talis[l] prima Dares caput altũ in prælia tollit,
Ostenditq;[m] humeros latos, alternáq; iactat
Brachia protẽdens, & verberat ictibus auras.

SER. a Optimus olli: aut ei arrisit aut illi iussit afferri. Sane congrue arma dat iuueni. b Didymaonis artes: laus ab artifice: vt Diuinũ op⁹ alcimedõtis. c Neptũi sacro danais de poste: a danais: & itelligimus hoc ad Aeneã trãsisse per Helenum: ne videatur ex sacrilegio quæsitum. d Præsens: fortis: ac si diceret: si adsit quis plenus animi. e Velatum: coronatum: auro autem quia solẽt laminas quasdã habere: vt Et statuam ante aras aurata fronte iuuẽcum. f Virũm se murmure tollit: cũ suffragio plurimorum. g Solus qui paridem solitus contendere contra: simile dixit Hom. de Euryalo ad sepulcrum patrocli in ludo cæstuum.
ἐυρύαλος δ' οἱ οἶος ἀνίστατο ἰσόθεος φῶς
μηκιστέος υἱὸς ταλαονίδαο ἄνακτος
ὅς ποτε θήβας δ' ἦλθε δεδουπότος οἰδι-
πόδαο
ἐς τάφον, ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα καδ-
μείωνας
& volunt si proprium sit in dos exire: q̃tum si appellatiuum in os tamen τὰ βαρύτονα faciunt in a & in ιν. vt χάρις τῆς χάριτος τὴν χάριτα, καὶ χάριν πάρις πάριδος τὸν πάριδα, καὶ πάριν. Multi hoc a poeta volũt dici: melius tamen verba sunt populi: vnde Et virũ se murmure tollit. Parides: vo venit ab eo qđ ẽ paridis vel paridos. Q. ꝺ aũt legimus Parin creat vrbe paterna: venit ἀπὸ τοῦ πάρις, τοῦ πάριος, τῷ πάρι τὸν πάριν. Sanẽ hic Paris fm̃ troica Neronis fortissimus fuit: adeo vt in troia agonali certamine superaret oẽs: ipsum etiam Hectorem: qui cũ iratus in eũ stringeret gladium: dixit se esse germanum: qđ allatis crepũdijs pbauit: qa habitu rustici adhuc latebat. hos autẽ ludos trãsfert Vir. ad hectoris tumulũ: q sunt facti: cũ ludi funebres celebrarent cadaueri Hectoris ab Achille occisi. h Amyci. d. g. Amycus filius Neptuni fuit: & nymphæ Melies: qui a Polluce victus est pyctali certamine. i Bebrycia: ipsa est bithynia. Sal. Igitur introrsus asiæ patriã bithynia est multis antea nominibus appellata. Ipsa enĩ ẽ & maior phrygia. k Moribundum: morienti similem. l Talis: quales multitudo loquebatur. m Ostẽdit: melius dixisset ostentat.

CHRI. Animus pr̄sens: Fortis: Nã contra iis q metuũt animũ refugere dicim⁹. Vnde qbus aius nõ refugit sed pr̄sens est fortes sunt. Euictis: erat durus certamẽ cæstuũ: raroq; sine cede committebat. Nã ex ferro erant: & vt habili⁹ facilliusq; manibus gererent: pendebant ab illis lora: qbus non solum manus: sed brachia humerosq; alligabant: vt etiã remissis digitis palmæ tamẽ hærerent. Cæstus a cædendo dictus est. Cestũ autem sine diphthõgo cinculũ illud veneris appellabant: quo i legitimis solũ nuptijs vteret. Hinc incæstus appellatus oẽm q iure nõ licet cõcubitus: quasi sine cestu. Amyci: Bebryciorum rex bebrycia. n. bithynia est Solinus bithynia in põti exordio thraciam ab oriente tangit: pri⁹ bebrycia: inde migdonia postremo a rege Bithynio bithynia dicta. hic aduenis in nemore bebrycio insidiabatur: & cestibus iterficiebat. Ergo cũ pollux q illuc cũ argonautis accesserat ab eodem prouocaretur vicit eũ: et iterfecit. De hoc Pli. in eodẽ tractu port⁹ amici est bebryciæ rege interfecto clarus. Eius tumulus lauro tegitur quã insanam vocant: qm̃ siquid ex ea decerptũ manibus referatur iurgia fiunt: donec abijciat hæc de amico. Butes vero occiso pr̄e de amico drepanũ confugit in sicillã: & a lycaste nobili meretrice ob pulchritudinẽ adamatus est ex eaq; Erycem sustulit. Hæc mulier ob admirabilem formam venus dicta ab incolis est. Quapropt eryx filius Veneris est putatus.

Cæstus

Cæstus

Incestus

CALACRIS:

SER. a ¶ ALACRIS: quū acer vbiq; dicat: alacer tñ non dicit: licet inde nascat. Vitat enī confusionem vnde vtrunq; non vult dicere: Nam alacer nusq; acris nunq; dixit. Inde est ꝙ Papinius supprimit genus: qa dubitatur. manis ponderis more suo: vt Hamis auro q trilicem. q ¶ Quibus: quorum instructu. r ¶ Ferre manum: contendere: Nam vtraq; manus armatur. s ¶ Intendere brachia tergo: ligare: vt Intenditq; locum sertis.

Quæritur huic alius, nec quisq; ex agmine tāto
Audet adire virum, manibúsq; īducere Cæst[a].
Ergo alacris[a], cunctosq; putans excedere pugna
Aeneæ stetit ante pedes, nec plura moratus,
Tum leua Taurū cornu tenet, atq; ita fatur.
Nate Dea, si nemo[b] audet se credere pugnæ
Quæ finis standi? quó me decet vsq; teneri?
Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebāt,
Dardanidæ, reddiq;[c] Viro ꝓmissa iubebant.
Hic grauis[d] Entellū dictis castigat[e] Acestes,
Proximus vt viridante Toro[f] cōsederat herbæ.
Entelle Heroū quondam fortissime frustra[g],
Tantá ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? úbi nunc Deus nobis[h] ille magister
Nequiq; memoratus Eryx? úbi fama per omnē
Trinacriam, & spolia illa tuis pēdentia tectis?
Ille[i] sub hæc, non Laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu; sed eni[k] gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigéntq; effœtæ[l] i corpore vires.
Si mihi quæ quondā fuerat, quáq; improb[a][m] iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta[n]
Haud equidem pcio iduct[a], pulchróq; Iuuēco
Venissem, nec dona[o] moror. sic deinde locutus
In medium geminos immani[p] pondere Cæstus
Proiecit, quibus[q] acer Eryx in prælia suetus
Ferre[r] manū, duróq; intendere[s] brachia tergo.

b ¶ Si nemo audet: δ̓ρος βιαῖος: argumētat se oēs vicisse: ex eo quod ad certamen nullus accedit. c ¶ Reddi: q̄si debita: promissa: quia ait: victori velatum auro vittisq; iuuencū. d ¶ Hic grauis hic tūc: grauis aūt ætate vel obiurgatione. e ¶ Castigat: obiurgat f ¶ Toro: herbæ: verbuȝ de verbo. Nā torus a tortis dictus est herbis. g ¶ Frustra: ordo ē tāta ne dona frustra tolli sines tā patiēs? Sane sciendū hunc sm Iginum: qui de familiis troianis scripsit: vnum troianum fuisse: de quo Virgilius mutat historiā. h ¶ Nobis de° ille magister? nobis non vacat: vt ibi qui mihi accubantes in cōuiuiis: sed pro noster est positum vitandi omœoteleuton causa ne dicat Noster deus ille magister. i ¶ Ille sub hæc: aut statim: aut post hæc. k ¶ Sed enim gelidus tardante senecta Sanguis hebet: aliud pēdet ex alio: quare hebet? quia gelidus ē: quare gelidus: quia senis? l ¶ Effœtæ: exhaustæ: & est translatio a mulieribus: quas partus debiles reddit quasi post fœtum. m ¶ Improb° iste: improbus: idest nimis auidus: q sine certamine postulat præmium. n ¶ Illa iuuenta: aut magna: aut quæ quondam fuerat. o ¶ Nec dona moror: non expecto. hic enim sensus tam cū superioribus q̄ cum sequentib° congruit: & enim supra ait: se non præmii causa dimicare: sed gloriæ: & paulopost bouem victor interemit. p ¶ Immani pondere: immanis ponderis more suo: vt Hamis auro q trilicem.

DON. ¶ PVTANS. Iam ex hoc significat emersurum aliū qui vincat. ¶ Cūcti: vt p victore ab omnibus haberi ostēdat & simul est testimonium suoꝝ meritorum. ¶ Entelle he. obiurgatio nō iniuriosa: cui sit admixta laus. ¶ Frustra tanta ne tam. p. Singula verba cum pondere pronunciāda. ¶ Frustra: idest sine laboris merito. ¶ Tanta: tam preciosa tam pulchra sine gloria vincendi tolli dona patieris. Est autem sententia: quoniam i superioribus ille dixerat: si nemo audet videberis tu etiam timuisse.

CHRI. ¶ ERGO alacris: admonet neminem oportere tantum sibi arrogare: vt nullum sibi parem esse confidat q̄uis fortissimus sit: vt hic q leua sola taurum validissimum tenere posset: ostēdit autē q̄ sine negocio illum teneret cum etiam quiete eū tenēs loqueretur. ¶ Quo me decet vsq; Quousq; per temesim. i. vsq; ad ꝙ tēpus: & recte hæc impatientia arrogantiam exprimit. ¶ Cuncti dardanidæ: non populi iudiciū sæpe labit. ¶ Reddi: tanq; rem debit. i dari: vt & horrenti tunic. i nō reddere seruo. ¶ Fortissime frustra: nā oia ægregie gesta sua in hoc extremo actu deturpabant: vt videret illa frustra fecisse: & optime eum incitat & a præceptore quē habuit & a rebus gestis quibus gloriabatur et a phama: quæ omnia ostendit euanescere: si nunc sic cedat ille autem excusat senectutē: quæ a natura est.

Obstupuere animi[a] tantorũ ingentia septem
Terga boum Plumbo insuto, Ferróq; rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares; longéq;[b] recusat.
Magnanimúsq; Anchisiades; & pondus, & ipsa
Hũc, illuc vinclorũ immensa volumina vṡat[c].
Tum senior[d] tales referebat pectore voces,
Quid? si quis Cæstus[e], ipsius & Herculis arma
Vidisset? tristémq;[f] hoc ipso in littore pugnam?
Hæc[g] german[9] Eryx quõdã tuus arma gerebat.
Sanguie[h] cernis adhuc, sparsóq; infecta cerébro.
His magnũ Alciden cõtrà stetit, his ego suetus
Du3 melior vires sanguis dabat, æmula[i] nec dũ
Temporibus geminis[k] canebat sparsa Senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
Idq; Pio sedet Aeneæ, probat auctor[l] Acestes
Aequemus[m] pugnas, Erycis tibi[n] terga remitto.
Solue metus, & tu Troianos exue[o] Cæstus.
Hæc fatus, duplice3[p] ex humeris reiecit amictũ.

SER. a ANIMI tãtorũ: hoc ẽ virorũ fortiũ: vñ addidit: Añ oẽs stupet ipse dares. Stultũ ẽ autẽ ĩsentire tantorũ boum: quum septem dixerit. b Lõge: valde: vt Thyberinaq; lõge hostia. & Sal. Lõge alia mihi mẽs ẽ patres cõscripti. c Versat: cõsiderat: vt Sal. Exercitũ verte re. d Tũ senior: ſm Varronẽ Iunior et senior cõparatiui p ĩminutionẽ: hic ẽ Ia3 senior sed cruda & viridisq; senectus. Additũ enĩ hoc ẽ ad exprimendu3 qd sit senior. Item Ouidi': Inter iuuenẽq; senẽq;. Et re vera nõ puenit hũc satis senẽ accipi: q & vincere pt: & vno ictu taurũ occidere. ergo senior nõ satis senex: sicut iunior non satis iuuenis: Intra iuuenem: sicut pauperior intra pauperẽ: hoc autem dicit Varro in libris ad Ciceronẽ. e Cæstus & arma: endyadin: arma idest cæstus. f Tristẽq; hoc ipso ĩ littore pugnã: aut ĩ quo magister occisus ẽ: aut ĩ tristi littore i. ĩfœcũdo. Varro. n. dicit sub eryce mõte eẽ ĩ fœcũdũ c. ipsũ fere ĩ trib' iugerib': ĩ quo Eryx & Hercules dimicauerũt. g Hæc german': german' ſm Varronẽ ĩ libris de gradibus de eadẽ genitrice nat' ẽ: nõ vt multi dicũt de eodẽ germine: quos ille tñ frẽs vocat: secũdũ quẽ bñ nũc Erycẽ Veneris & Butæ filiũ Aeneæ dicit fuisse germanũ. h Sãguine cernis adhuc fractoq;: nõ Herculis qppe victoris s3 Erycis: q ĩfecerat se tegẽdo. i Aemula necdũ: aduersa virtuti. k Geminis: duobus. l Auctor acestes: huius certaminis. s. m Aequemus pugnas. i. arma: a sequẽti qd pcedit. n Tibi: p te: vt Tibi deserit hesperus œtã. o Exue: pisce: solue. p Duplice3 amictũ: idest abollã: q duplex ẽ: sic chiamys. Hora. Cõtra quẽ duplici pãno patiẽtia velat.

CHRI. VERSAT: ad laudẽ Aeneæ. Nã dũ reliq stupebãt: ipse manib' sine negocio huc & illuc vertebat. Immẽsa volumina: Nã cũ essent cæstus ĩmanis põderis oportebat ab illis esse lõgissima lora q totũ ambiret corpus vt facili' manib' tenerent. Tales: ostẽdit magnanimã orationẽ futurã. Pectore: vt ea diceret q sentiret: & nõ q fingeret. Cerébro: Hoc mẽbrũ frigidũ ẽ & humidũ: nã nisi sic eẽt ex assiduis suis motib' & iis q sensib' ĩ se recipiũt nimis ĩflãmaret. Prætérea cũ spirit' ĩ illũ duplici arteria calid' a corde pueniat: ex nimio calore nimis cõfusas suas actões redderet. Itaq; oportuit vt suo sibi ĩnato frigore spm tẽparet: hũidũ aũt illud efficit naturat ne mot' ips desiccet: & vt facile ĩ illũ ĩprimãtur figuræ & tutũ aĩalium. Humor aũt ĩ hmõi pigue h3 vt sua viscositate formas cõmodi' retineat: & vt nerui q ab ipso sũt sua viscositate facili' p varias corpis curuaturas flectãt & extẽdãt. Triplex ĩ eo ẽ sbã: cartilago: medulla & vẽtres. Oportuit. n. eẽ velamẽ: qd os ptegeret vbi radices sũt neruorũ: Post hĩ lacuna ẽ in quã venæ ab epate sãguinẽ fũdũt ibiq; decoquntur: & ĩ calore remittit: mox a vẽis nutriẽtib' cerebrũ fugit. Deĩde sũt duæ cartilagies: q cerebrũ tãgũt. Supior durior resistit craneo: & noxia a cerebro arcet: vñ pp duritiẽ & mr̃ nã custodiã dura mr̃ dr̃ ĩferior tenuis crebro adhærẽs q extẽdit: & phil psertiz ĩ clamore & cãtu & dr̃ pia mr̃: & ẽ ligamẽtũ arteriarũ & venarũ ad cerebrũ veniẽtiũ. Stetit: pugnauit nõ cessit. Sãguis melior: iunior: & si qtuor pstem' hũorib': Sãguis e q calidus atq; hũidus ẽ pituita q græce flegma dr̃ frigida atq; hũida: bili q colera dr̃ græce: & ẽ callida & sicca: & atra bilis ea n. ẽ melãcolia: tñ qa ex iis oib' melior maiorq; ps sãguis ẽ & eo maxĩe alimur. Capim' sanguinẽ: p tota illa humorũ cõpositione: Nã eius calore atq; humore ĩualescũt nerui: ĩ quibus cõsistit robur corporis & qm sanguis qui viuacior validiorq; fuerat in iuuenta pp vehementẽ calorẽ & deputatũ humorem in senectute redditur frigidior & amittit de succo naturali: vires minuuntur. Canebat: canities est ex defectu naturalis humoris. Ossa q magna sunt melius põdus & omne & cõtra impetum incõmodumq; perferunt.

CONstitit:

ɫɫR. a ℭ CONstitit: hic distinguendus pp visum: vt sit arrectus in digitos. Est autem locus hic totus translat' de Apollonio: primq; de Home. Home. ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἄμ' ἄμφω σὺν ῥ' ἔπεσον σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν nus. f ℙ Consurgunt studijs: in studijs.

ℭ LACERti: dt quos etiā toros: musculosq; CIIRI. appellam': carnes sūt vehementer neruosæ: cū nernior cartilagine inolutæ: qb' corpus velut qbusdā maculis itendit: ⁊ remittit: His ⁊ aduersus pōdera ptra nitimur: ⁊ oēs iper' mouemus: q̄propf q lacertos: ossaq; magna habent eos fortiores: valētioresq; eē pstat.

Et magnos mēbro℞ art^a, magna ossa, lacertósq;
Exuit, atq; ingens media consistit Arena.
Tu3 satus anchisa Cæstus pater extulit æquos,
Et paribus palmas ambo℞um innexuit armis.
Constitit^a in digitos extemplo arrectus vterq3.
Brachiáq3 ad superas interritus extulit Auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu,
Immiscéntq3 man^a māib^a, pugnámq3^b lacessūt.
Ille pedum melio℞ motu, fretúsq3 Iuuenta.
Hic membris^c, ⁊ mole valens: sed tarda tremēti
Genua^d labāt, vastos quatit æger anhelit^e artus.
Multa viri nequiq;^e inter se vulnera^f iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, ⁊ pecto℞e vastos
Dant sonitus, errántq3 aures, ⁊ tempo℞a circūm
Crebra māus, duro crepitāt sub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus, Nisúq3 immotus eōdem,
Corpo℞e tela^g modo atq3 oculis vigilātib^a exit^h.
Ille velut celsam oppugnat q molibus^i V℞be3;
Aut montana sedet^k circūm castella sub armis,
Nunc hos nunc illos aditus, omnémq3 pererrat
Arte locum, ⁊ varijs assultibus irritus vrget.
Ostendit^l dextram insurgens Entellus; ⁊ alte
Extulit, ille ictum venientem à vertice velox^m
Præuidit, celerísq3 elapsus corpo℞e cessit.
Entellus vires in Ventu3 effūdit, ⁊ vltro^n
Ipse grauis^o, grauitérq3 ad terrā pondere vasto
Cōcidit, vt quōdā caua^p pcidit aut Erymātho^q,
Aut Ida^r in magna radicibus eruta Pinus.
Consurgunt^s studijs Teucri, ⁊ Trinacria pubes.
It clamo℞ Cælo: primúsq3 accurrit Acestes,
Aequæuúmq3 ab humo miserās attollit amicū.
At non tardatus casu, neq3 territus Heros

Apollo.autem αὐτίκα νασχόμενοι φέ... θέων προπάροιθε βαρεῖας χεῖρας ἐπ' ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες.

b ℙ Pugnamq; la. puocāt: po'tius q̄ gerunt. c ℙ Mēbris ⁊ mole: endya dis. i. mole mēbro℞: vt Mole q; ⁊ montis. d ℙ Genua labāt: proceleusmatic' est: quē3 vt sup̄ dixim' sic ipponit: vt cogi possit i dactylū: vt Arietat in portas. e ℙ Nequiq;: Nō profutura victoriæ. f ℙ Vulnera iactant: ictus. g ℙ Tela: ict'. h ℙ Exit: vitat: declinat: vnde de Tarchonte. Vi3 virib' exit ⁊ bis tātus hoc vsus ē. i ℙ Qui mo. vt. amphibolon ē: aut celsas molib': aut q̄ molib' oppugnabaf. k ℙ Sedet. c. ca. tmesis est. i. circūsidet. l ℙ Ostendit. d. aut fiducia vtutis ē ostēdere q̄ minaf: aut certe puectus ætatis ostēdit: q̄ eni ex iprouiso ferire ñ sinit. m ℙ Velox: velociter: nomē pro aduerbio. n ℙ Vltro: ecōtrario. ille eni cadē debuerat. o ℙ Grauis: grauit: a silitudie figura. p ℙ Caua pin': bñ respexit ad ætatē. q ℙ Erymantho: erymāthus mons ē arcadiæ. r ℙ Ida in ... ma. modo nō cretæ: sed phrygiæ propter pi...

ℙ Abduxere. c. nā artis erat nō solū in aduersariū ferre ictus. S3 etiā se pserti3 caput custodire ab ictu hostili. ℙ Pugnāq; l. l. alt alter: ad pugnas irritat. ℙ Labāt: vacillant: qa nemi ⁊ ligamēta illius iuncturæ ex defectu sanguinis i ualidiora sunt. ℙ Aeger: hāc q̄si difficilis: nā pp multū motus vehemēter accendit cor: ⁊ in nimio calore opus ē maiore refrigeratiōe: ⁊ maiores aeris haustū ⁊ attrahūt ⁊ emittunt pulmones: vñ tātus anhelitus difficultates pbet anhelanti. ℙ Malæ: antiquitas fugiens vastioris lræ sonū malas ⁊ alas pro maxillis ⁊ axillis dixerunt. ℙ Exit: vitat: ait Ser. sed vt rem intelligas nō recedita sua ofone. Na3 ille qui ictū venientez vitare vult: exit ea3 lineam: p quā venturū videt telū: ⁊ sic exeundo vitat. ℙ Ostēdit: Dextrā erigit: psequens pro antecedenti. Nam qd in altum extollit: ab oibus videtur. Vel ostendit. s. ne dolo sed aperto Marte agat: vel denotat tarditatē senilem. Vel librat ictum: vt destinatus locum assequatur. ℙ Caua: Carie corrosa.

Rober
Vnde

SER. a ℂPRÆCIpitemq; da. celerē: vt Præcipites vigilate viri. b ℙ Nūc ll. fini. vacat ille: additū pp metrū. De ipso. n. dr: Creber vtraq; manu pulsat: v̄satq; dareta. c ℙ Quā m. g. n. Hypallage. Nā debuit dicē: q̄; mlto nimbo grādo pcipitat. d ℙ Versatq; da. Dares daris: vñ darē: ⁊ dares daretis: vñ dareta: sicut Chremes chremis ⁊ chremetis chremem ⁊ chremetem. e ℙ Infelix: cōsolatio ē: vnde nō dic̄ ībellis: vt fortunæ videat̄ esse qd̄ victꝰ est. f ℙ Dixitq;: vacatq; cā metri. ⁊ maluit pissologiā facē: q̄ vti cōi syllaba: q̄ frequēs vitiosa ē. Vñ Terētianꝰ: Nec tāta ī metris venia pcedit vir. Græci n. his vtunt̄ frequēter. g ℙ Ast illū fidi æq̄les: Homerus. φίλοι δ' ἀμφέσαν ἑταῖροι οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσι αἷμα παχὺ πτύοντα, κάρη βάλλον δ' ἑτέρωσε

Acrior ad pugnam redit; ⁊ vim suscitat ira.
Tum Pudor incendit vires; ⁊ conscia Virtus,
Præcipitémq;[a] Daren ardens agit æquore toto.
Nunc dextra ingeminās ictus, núc ille[b] sinistra.
Nec mora, nec reqes, quā3 mlta[c] grādine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus Heros
Creber vtraq; manu pulsat, versátq;[d] Dáreta.
Tum Pater Aeneas procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellu3 haud passus acerbis.
Sed finem imposuit pugnæ, fessúmq; Dáreta
Eripuit mulcens dictis, ac talia fatur.
Infelix[e], quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conuersáq3 Numina sentis?
Cede Deo. dixitq3[f], ⁊ prælia voce diremit.
Ast illum[g] fidi æquales genua ægra trahente3,
Iactantémq3 vtroq3[h] caput, crassúmq3 cruorem
Ore reiectantem, mixtósq3 in sanguine dentes
Ducunt ad naueis, galeámq3, ensémq3 uocati[i]
Accipiūt, Palmā Entello, Taurúmq3 reliquūt.
Hic victor superans animis, tauróq3 superbus.
Nate Dea, vosq3 hæc inqt cognoscite[k] Teucri,
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires,
Et qua seruetis reuocatum à morte Dáreta.
Dixit ⁊ aduersi contra stetit ora Iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ. durósq3 reducta
Librauit dextra media inter cornua Cæstus
Arduus, effractóq3[l] illisit ossa Cerebro.

nō sūt: s3 tñ idē operant̄: ıter q̄s est cū pudore ipellimur: vt forti aīo rē aggrediamur: ⁊ hæc ciuilis appellat̄. Affertq; auctoritatē ex Homero. De Hectore: q pudore cogebat̄: ne hostibus cederet. Dicebat. n. Polydamas me pmꝰ redarguet: pugnabat ḡ potiꝰ pudorē q̄; recta ratiōe motus. Quapp erit reste ipso Aristotele tertia spēs nō vere fortitudinis. ℙ Et cō. vir. Nā cū p̄sciꝰ sit q̄ v̄tute hactenꝰ fuerit: nō vult ab ea degn̄are. ℙ Nūc ille: Nō vacat: ille meo iudicio: s3 potiꝰ emphasim facit: id q; mi; ī poeta q̄ strepitu ⁊ tumultu: vt ita loquar: ⁊ vehemēti v̄boꝝ celeritate vehemētiā huiꝰ viri exprimit. ℙ Alias: quā hois eē p̄sueuerit. Mutata: in fauorē suū. Solaturus n. conat̄ oñdere nō ab illo: s3 a diis eē victū: ḡ cede deo. ℙ Iactātes: ⁊ reiectātes: Color ē sup cadēs. ℙ Librauit. q. d. collineauit: pprie dicimꝰ librare res cū illas ingenio ⁊ artificio nr̄o ita collocamus vt vel sua sponte sine vinculis stet vel cum volumus ⁊ quo volumus suo pondere nullo impellente declinet. Quod florentini dicūt congegnare: vt maxime apparet in instrumētis horologii. Dicimus etiā librare: cū id qd̄ pcussuri sumꝰ: ita collineamus vt nō nisi ppositū nobis locum feriat: ⁊ dicitur a libra: qm̄ maxima ratione ingenij tota res ponderat̄. i. diligenter pcogitatur. Ergo librauit. i. collineauit: vt medium inter cornua feriret. Dicimus ēt librare: cū aliqua moles ita p̄stituatur: vt vel pueri manu facile vel quouis inflectatur. Nos autem id dicimus bilicare Pli. Quarum in officina turbines ita librati pependerunt: vt puero circūagente tornarentur.

Librate

h ℙ Vtroq;: i. vtrāq; ptē: ⁊ aduerbiū ē. i ℙ Vocati acci. bñ eoꝝ oñdit pudorē. erāt pterea circa amicū occupati. k ℙ Cogscite. i. hēt rōnē psonæ: qa v̄tutē eius nouerāt siculi. l ℙ Effractoq; illisit ossa cerebro: hypallage. fregit ossa: ⁊ illisit in cerebrum.

DON. ℂINFElix: q audeas p̄ numia: est āt optīa cōsolatio: cū oñdat nō illū ab hoīe s3 a numine vici. ℙ Cede. d. errāt q putāt Entellū deum ab ænea vocari: s3 deū dicit fauēs illi numē. ℙ Aegra: qbus paulo ante tātope iuidebat. ℙ Caput: Quod paulo añ in celū pp supbiā. ℙ Palmā. i. r. expmit q̄;to cū dolorē h facerēt.

CHRI. ℂVIM su. i. s3 pipatheticos q alūt vti ferrū cote acutit̄: sic fortitudo ira. ℙ Tum. p. ponit Arist. qnq; spēs fortitudinis: q̄ ppe fortitudo

ℂHVMI

Sternitur, exanimísq; tremés pcũbit humi[a] Bos,
Ille super taleis effudit pectore voces.
Hanc tibi Eryx meliorez[b] aiaz p morte Daretis
Persoluo; hic victor cæstus[c], artemq; repono.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat qui forte velint, & præmia ponit;
Ingentiq;[d] manu Malum[e] de Naue Seresti
Erigit; & vólucrem traiecto[f] in fune Columbaz,
Quò[g] tendant ferrum malo suspendit ab alto.
Conuenere viri, deiectámq; aerea sortem
Accepit Galea; & primus clamore[h] secundo
Hyrtacidæ ante omnes exit loc[9] Hippocoontis,
Qué modo[i] nauali Mnestheùs certamíe victor
Cósequitur, viridi Mnestheùs euinctus Oliua.
Tertius Eurytíon tuus ò clarissime[k] frater
Pandare; qui quondaz iussus[l] pfundere fœdus
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus; galeáq; ima subsedit[m] Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tunc validis flexos[n] incuruant viribus arcus
Pro se[o] quisq; viri; & depromunt tela pharétris.
Primáq; per cælum neruo stridente Sagitta
Hyrtacidæ iuuenis vólucres diuerberat[p] auras,
Et venit, aduersíq; infigitur arbore[q] Mali.

SER. a CHVMI bos: pessimus versus in monosyllabum desinens. b Meliorem: aptiorē: Nam animalez hostiam dat. c Cæstus artemq; repono: & arma se dicit reponere: & arti renunciare protinus: certamen sagittandi proponit: quez locum ex Homero transtulit: ille enim sic ait. αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον d Ingentiq; manu. Ingenti multitudine: ille vo inquit. ἱστὸν δ' ἔστησεν νηὸς κυανοπρώροιο τηλοῦ ἐπὶ ψαμάθοιο. ἐκ δὲ τρήρωνα πέλειαν. d Ingentiq; manu: ingenti multitudine. e Malũ: malus arborē nauis generis masculini. Hora. Nec malus celeri saucius aphrico: & dictus est malus vel qa habet malos in star mali in sũmitate: vel qa quasi qbusdaz cingitur malis ligneis: quoruz volubilitate facilius vela eleuantur. f Traiecto: extento: vnde transenna dicitur extentus funis. Salustius: Transenna dimissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronā capiti impo nebat. Sic Home.
λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός.
g Quo: in quã: nas ponit aduerbia pro nominibus: vt Genus vnde latinũ: deiectamq; cerea sortem: sicut Home.
κλῆρος δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.
h Clamore secundo: vt supra dixit: Magnoq; virum se murmure tollit. i Quem modo: nuper: nam vt supra diximus victor fuit duorum. Vrbanus vo dicit modo propemodum. Pene: nam secundus fuit. Alij victor voti compos volunt: vt Rapidisq; rotis insistere victor. optauerat enim ne rediret extremus: vt Hoc vincite ciues. k Clarissime frater pãdare: notissimæ qui fuit Lycaonis filius. Pandarus autem sm Homerũ certamen Mineruæ persuasione singulare Menelai ac Paridis: cum in eo esset: vt Paris vinceretur factu teli diremit: quo Menelaũ vulnerauit. l Iussus: a Minerua. m Sbsedit. a. remãsit. nec. n. pferebat sors: quæ remansẽrat sola: aut certe delituit: vnde subsessores dicuntur: q occisuri aliquem delitescunt: de quo verbo plenius dicturi sum[9] illo versu: Deuicta asia sbsedit adulter. n Flexos incuruant: mutatione vsus est verboȝ: Nam curuos iflectũt debuit dicere. o Pro se qsq; viri: pro q̃lita te roboris sui. p Diuerberat auras: scindit. q Arbore mali: sic dixit: vt Lustrat auentini montem.

DON. NIHIL occurrit dignum qd scribatur.

CHRI. CHVMI bos: male desinunt versus in Monosyllabis sz hic de idustria posuit vt casu bouis: casu carminis añ oculos poneret. Meliorē: nõ excellentiorē. Naz melior est aĩa humana quæ rationabilis est q̃; ferina quæ caret ratione: sed aptiorez: vt & Bona bello cornus. i. apta. Pandare: iure in vota vocauit: nam Strabone teste apud pytiam maximaz ex lyciæ ciuitatibus pãdarus colitur. Hic Lycaonis filius fuit: & emissa sagitta vulnerauit Menelaum congressum Paridi. Depromunt. promere est rem reconditam ira educere vt ad manus parata sit: Vnde promptũ paratum dicimus. Neruo: chorda quæ ex neruis quandoq; fit. Volucres: quæ tactus celerrime effugiunt. Arbore ma. in malo qui arbor dicitur. Promere

Intremuit malus, timuitq; exterrita[a] pennis
Ales; & ingenti sonuerunt omnia plausu[b].
Post acer Mnestheùs adducto[c] constitit arcu
Alta petens, paritérq; oculos, telúmq; tetendit.
Ast ipsam miserandus[d] auem contingere ferro
Non valuit, nodos, & vincula linea rupit,
Quîs innexa[e] pedem Malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atq3 atra volans in nubila fugit.
Tum[f] rapidus iandudum arcu[g] cõtenta parato
Tela tenens fratrem Eurytíon in vota[h] vocauit
Iam vacuo lætam cælo speculatus, & alis
Plaudentem nigra[i] figit sub nube Columbaꝫ.
Decidit exanimis, vitámq3[k] reliquit in astris
Aerijs, fixámq3 refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes,
Qui tamen æthereas telum contorsit in Auras
Ostentans artem[l] paritérq3, arcúmq3 sonantem.
Hinc oculis subito obijcitur[m], magnóq3 futuꝛ
Augurio[n] monstrum; docuit post exitus ingẽs,

SER. a ℂEXTERRITA pennis: timorem suuꝫ pennis significans. Singula enĩ animalia habent signa: quibus indicant suum timorem: vnde & ipse de lupo: Caudamq; remulcens Subiecit pauitantem vtero. Idem de Caco: Turbatumq; oculis. Hominum enĩ timorem primi indicant oculi. b ℙ Omnia plausu: alij pennarum dicũt: sed melius est fauore spectantium. Illud est enim incredibile. c ℙ Adducto: arcu telum tetendit: hypallage est. Nam adducitur telum: & arcus intenditur. ast ipsam miserandus. a. c. f. h. v. Sic Home. ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε. μέγηρε γὰρ οἱ τὸν ἀπόλλω. d ℙ Miserandus: qui perfecta re difficiliore caruit victoria. Nodos & vĩcula linea rupit: Home. vo ait. ἀντικρὺ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός e ℙ Innexa pedem: innexus pedem habens: Illa notos atq; atra volãs ĩ nubila: Home. ait. αὐτὰρ ἡ ὄρνις ἀυχένα ἐπεκρέμασεν, σὺν δὲ πτερὰ τυκνὰ λίασθεν. f ℙ Tum: deinde: & est aduerbium ordinis: Nam tunc temporis est. g ℙ Arcu contenta parato: contento arcu tela tenens parata. h. ℙ In vota vocauit: quia Pandarus quasi heros apud lycios colitur. Tum vacuo lætã cælo sp. & a. p. sicut Homerus. ὕψι δ' ὑπαὶ νεφέων ἴδετο τρήρωνα πέλειαν l. ℙ Nigra nube. i. alta. Decidit exanimis. Ho. ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτᾶτο. k. ℙ Vitamq; reliquit in astris: vnde absumpserat vitam: vt Hinc hominuꝫ: pecudumq; genus: vitæq; volantum. Sane sciendũ hunc locum ab Homero esse sumptum: vnde inanis est vituperatio Aeneæ: ꝙ suspẽderit aueꝫ maternam: Nam & res est translata simpliciter: & quãcunq; auem suspendisset: in hanc incideret vituperationem. Nulla enim auis caret consecratione alicuius dei: quia singulæ aues numinibus sunt consecratæ: ꝗ̄q̄; Vrbanus dicat matrem citius potuisse placari. l ℙ Artemq; paritérq; arcumq́; sonantem: culpat in hoc Virgil. virgilio mastix. Artem enim in vacuo aere ostendere nõ poterat: ꝗ̄q̄; dicãt peri ti posse ex ipso sagittario, rum gestu artis peritiam indicari. m ℙ Obijcitur: superius de his particulis. ẽm Iubam tractauimus. a Sed dicsit monosyllabarum ratione: vel produci vel corripi. Sane sciendum naturam esse vt breues sint: Euphoniæ vel Iubæ ratione: vt in cõpositione producantur. Siquamen i sequitur: quæ licꝫ nõ sit consonans: potest tamen in declinatione pro consonante haberi: vt obijcit obiecit subijcit subiecit. n ℙ Augurio: monstrum augurium dictus quasi auigerium: ꝙ aues gerunt: & bene de sagitta dixit augurium: quæ habet pennas: quanq̃; omnia ad vnum congesserit locum monstrum: augurium: auspicium: oraculum.

CHRI. ℂINTREMVIT. m. suo ordine ponit primo mali tremorem. i. tremulã concussionem: & ex ea re timorẽ auis atq; ex ijs duob' plausus spectantiũ. ℙ Acer: acuto ingenio. ℙ Cõstitit: nam duꝫ ita tendimus arcũ: vt nulla sit manuum vacillatio: certissimus ictus est. ℙ Oculos & telũ: sic. n. collineamus sagittas: vt oculo per lineã illam quæ ad signũ fert sagittam dirigamus. ℙ Superabat: supat & neutrum in hac significatione est. Quando autẽ transit vincere significat. ℙ Docuit post exitus: nã ostendit illud infelix fuisse qđ felix eẽ æneas putauit: & per transitum ostendit poeta ꝗ̄; difficile futura augurijs monstris ue cõiectari possumus: cum sæpe etiam prudentissimi viri fallantur: vt in hoc loco Aeneas qui putauit fœlicia portendi cum infœlicia portenderentur.

ℂSERA:

Seráq;[a] terrifici cecinerunt omina Vates·
Nanq; volans liquidis[b] in nubibus arsit arũdo,
Signauitq; viam flãmis, tenuesq; recessit
Cõsumpta in Ventos: Cælo ceu[c] sæpe refixa
Trãscurrunt, crinémq; volantia Sidera ducũt.
Attonitis[d] hæsere animis, superósq; precati
Trinacrij, Teucriq; viri·nec maximus omen[e]
Abnuit Aeneas: sed lætũ amplexus Acestem
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur.
Sume[f] pater·nã te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspicijs exortem[g] ducere honorem.
Ipsius Anchisæ[h] longæui hoc munus habebis,
Cratera impressum[i] signis; quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumẽtũ, & pignus amoris.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro·
Et primũ[k] ante omneis victorẽ appellat Acestẽ,
Nec bonus Eurytiõn prælato inuidit honori
Quãuis solus autem cælo deiecit ab alto.
Proximus[l] ingreditur donis[m], qui vincula rupit·
Extremus[n] volucri qui fixit arundine Malu34
At pater Aeneas nondũ[o] certamine misso
Custodem[p] ad sese, comitémq; ĩpubis[q] Iuli
Epitiden vocat, & fidam sic fatur[r] ad aurem·
Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursúsq; instruxit Equorũ
Ducat Auo turmas, & sese ostẽdat in armis.
Sic ait·ipse omnẽ longo decedere Circo
Infusum populũ, & cãpos[s] iubet eẽ patenteis.

8IR. a ¶ SERA: grauia. Salustius: Serum bellũ in angustijs futurũ idest graue: & quod improbant vates: Aeneas amplectitur deceptus augurij similitudine: quod apud troiam pbauerat pater: vt Stella facem ducens. b ¶ Liquidis in nubibus: nubes pro aere posuit. Nubes enis liquidæ eẽ non possunt. c ¶ Ceu sæpe refixa: poetice dixit scdm publicam opinionem. Nam scdm Lucretium vẽtus altiora petens æthereum ignem secum torquet: q imitatur stellas cadẽtes. d ¶ Attonitis ais: stupefactis per tonitrua: quæ cælestibus ignib⁹ semp cohærẽt. e ¶ Omen abnuit æneas: amplexus est: & pbauit nõ scdm augurum disciplinas dixit ad se non pertinere: Nam nostri arbitrij est visa omina vel improbare: vel recipere. f ¶ Sume pater: percipe: Nam verbũs est iurisconsultorum: quo vtuntur quotiens legatum non ab hærede datur: sed ex accipientis arbitrio. g ¶ Exortem: sine sorte: ἄκληρον. h ¶ Anchisæ munus: quod Cisseus rex thraciæ: scdm Virgl. pater Hecubæ: vt Cisseis regina parin creat: Anchisæ aliquando donauerat. i ¶ Impressus signis: impressa signa habẽtẽ: idest emblemata. k ¶ Primum ante omnes: vnũ vacat. l ¶ Proximus: ponit Eurytionem. m ¶ Donis: ad dona. n ¶ Extremus: ostẽdit hos sua munera percepisse: Acestem vero sumpsisse præcipua. o ¶ Nondum certamine misso: de peractis nunc loquitur Virgl. rebus: vnde debuit dicere vocauit: & fatus est. Ergo aut tempus est pro tempore: aut sic refertur:

vt videatur non de præterito loqui: sed actus præsentis temporis ponere & referre. p ¶ Custodem ad sese: scdm Tullium qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes: quibus primo anno regantur: vnde ait de Pallante: Sub te tolerare magistro Militiã & grauie martis op⁹. q ¶ Impubis Iuli: ab eo qđ est hic pubis: nam quod ait Salu. Puberes oẽs interfici iubet: venit ab eo quod ẽ puber. & sunt ista communis generis: si referantur ad singulos. multitudo autem si dicatur: generis tantũ fœminini est hæc pubes. r ¶ Fat ad aurem: sequitur & dic ait: vnde sicut & in tertio diximus vnũ vacet necesse est. s ¶ Campos iubet esse patentis: discessu populi: sciis iubet fieri campos patentes. ¶ SIDERA refixa: nã cũ affixa cœlo sint sydera: refigi putantur ab imperitis sꝫ quo nunc vt poeta loqtur. Illi enĩ credũt vapores ignitos q sæpe p aerẽ ferunt stellas esse e cœlo cadentes: vñ etiam Ouid. Quæ si non cecidit potuit cecidisse videri. Si autem quod etiam puerile cogitatu est caderet: terram vniuersam tegeret cum singulæ stellæ magnitudine terram superent. ¶ Crinem: idem est quod dixit signauit viam flãmis. ¶ Exortem: qui tibi esset proprius neq; eum cum alijs sortireris. ¶ Et primum ante omnes. possunt esse duo: vt primum referatur ad tempus primum: idest q; primũ & statim vt res statim facta sint & ante omnes ad ordinem. ¶ Infusum: cõfuse & nullo ordine ingestum.

CHRI.

Incedunt[a] Pueri, pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in Equis, quos[b] omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit, Troiæq; iuuentus.
Omnibus in morem tonsa[c] coma pressa[d] corona
Cornea bina ferunt p̄fixa hastilia ferro,
Pars leues humero pharetras, & pectore[e] summo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Tres[f] equitū numero Turmæ, terniq;[g] vagant
Ductores[h], pueri bisseni quenq; secuti.
Agmine partito fulgent, paribusq;[i] magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quā paruus ouātem
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polite[k]
Progenies; auctura italos: quē[l] Thracius albis
Portat Equus bicolor maculis: vestigia[m] primi
Alba pedis, frontemq; ostentās arduus albam.
Alter Atys, genus[n] vnde Atyi duxere Latini.
Paruus Atys, pueroq; puer dilectus Iulo.
Extremus[o], formaq; ante omnes pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo: quē candida Dido
Esse sui dederat monumentū, & pignus amoris.
Cætera[p] Trinacrij pubes senioris Acestæ
Fertur equis.

SER. a INCEDVNT pueri: aut poetica licentia confundit ætates: vt modo pueros: modo iuuenes dicat. Nam ait vna acies iuuenū: aut certe scdm quosdam sequenti distinctione mutata magistros pueros dicit. Sequentes vero maturioris ætatis. b Quos omnis eūtis: quos euntes omnis turba fremit. i. cū fauore prosequit. c Tōsa coma. i. cōposita. d Pressa corona. i. galea: & sermone Homeri vsus est: nā galeam στέφανον dixit. Nā proprie coronæ non tonsi capilli: & re vera corona non potest eē: quis sequat? Galeā ante pedes proiecit inanē. alij dicunt potuisse eos habere galeas corōatas. Bebius tamen Macer dicit a Cæsare Augusto pueris qui luserūt troiam donatas eē galeas: & bina hastilia: ad quod Virgi. constat alludere. e It pectore sūmo: sic legendum est ne sit solœcismus: & rei inanimali dedit motum dicendo it. Summū autem pectus ait pectoris & colli cōfinium. f Tres equitū numero turmæ: rē romanæ militiæ suo īsecit carmini. Nam constat primo tres fuisse partes populi romani: vna tatiensium a Tito Tatio duce sabinorum iam amico post fœdera: altera ramnetum a Romulo. tertiam lucerum: quorum sm Liuiū & nomē & causa i occulto sunt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem cōtra Titum tatium a lucumonibus: hoc ē thuscis auxilia postulasse: vnde quidam venit cum exercitu: cui recepto iam Tatio pars vrbis est data: vnde in vrbe thuscus dictus est vicus. Horatius: Ac thusci turba impia vici. ergo a Lucumone luceres dicti sunt: ergo in tres partes diuisus erat populus: adeo vt qui etiam vni præerat parti tribunus dicebatur: vnde etiam sumptus dati: populo tributa nominantur. g Terni ductores: more suo; hoc est tres. h Ductores pueri: hic quidam distingunt vt diximus supra. i Paribusq; magistris: & hoc alludit: nam hodieq; equitum magistri dicuntur. k Politæ progenies: illum dicit quem supra a Pyrrho introducit. occisus. de quo Cato in originibus dicit: q ad Italiam venerit: & segregatus ab Aenea condiderit oppidum politorium a suo nomine. l Quē thracius albis: quū tres dixerit duces duorum equos cōmemorat. Sed aut prætermisit: qui vt consequeretur necesse erat: nec enim vnus pedes eē poterat: aut illo reddidit loco: vt Cætera pubes senioris acestæ Fertur equis: quāq; multi distinctione mutata tres equos cōmemorant: vt sit plane primus equus bicolor maculis: & de alio dicatur. m Vestigia primi alba pedis: idest primorum pedum vestigia: & frontem albam ostendat alter. n Genus vnde atyi duxere latini: propter Actiam dixit matrem Augusti: de qua dicit Antonius: Actiā Latini mater. Vult. n. eius etiam maternum genus esse antiquissimum. o Extremus: quantum ad numerum spectat. p Cætera trinacrijs: cætera pubes equis Acestæ fertur.

CHRI. ANTE ora. p. q̄ res magn. illis voluptatē pbebat. Frenatis: nā & in infrenes aliquādo i bello adhibebāt. Lucēt: pp arma & nihil memorat quod horrorē ab armis afferat: vt in bello solet sed oīa ondit voluptuosa: q̄lia in ludis esse decebat. Mirata fremit: nā illorū indoles specie futuræ fortitudinis afferebat. Priamus: filius fuit Politæ quē in conspectu patris a Pyrrho cæsum scripsit poeta q̄uis Cato illum in Italiam venisse: & politorū vrbē cōdidisse dicat. Alij dūt priamū ædificasse; & illam a patre denominasse.

PAVIDOS:

Excipiunt plausu pauidos[a], gaudéntq; tuentes
Dardanidæ, veterúmq; agnoscunt ora parentū.
Postq̄ omnē læti consessum, oculósq; suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epitides longe dedit, insonuítq; flagello[b].
Olli discurrere pares, atq; agmina terni
Diductis soluêre choris[c], rursúsq; vocati[d]
Conuertêre vias, infestáq; tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliósq; recursus.
Aduersis spatijs, alternósq; orbibus orbes
Impediūt, pugnǽq; cient simulacra sub armis.
Et nunc[e] terga fugæ nudant, nūc spicula vertūt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus[f] in alta
Parietibus[g] textum cæcis iter, ancipitémq;[h]
Mille vijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret[i] indeprensus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrûm nati vestigia cursu
Impediunt[k], Texúntq; fugas, & prælia ludo
Delphinū[l] similes, qui per maria[m] humida nādo
Carpathiū[n], Libycúmq; secāt, ludúntq; p ūdas.
Hūc morē, hos cursus, atq; hæc certamina prim[o]
Ascánius longam muris cū cingeret Albam

SER. a PAVIDOS: gloriæ cupiditate sollicitos: vt Corda pauor pulsans. b Flagello: virga: quæ sonat ī morē flagelli. c Choris: aciebus. d Vocati: ictu virgæ. e Et nunc terga nudāt: tria quæ ī bellis gerūtur cō memorat: fugā: pugnas: pacē. f Labyrinthus: locus apud cretā factus a Dædalo pplexis parietibus: vbi minotaurus īclusus est ex pasiphae & tauro genit⁹. g Parietib⁹ textum cæcis iter: hypallage ē cæcū iter textis parietib⁹. h Ancipitē: dolū: perplexū errore eūdi ac redeūdi. i Frāgeret: deciperet: falleret. Est aūt versus Catulli sic inquientis: Errabunda regēs tenui vestigia filo Ne labyrintheis e flexibus egredientē Tecti frustaret sobseruabilis error. k Impediūt: implicant: intexunt: quod est a vestibus tractum. l Delphinū: aut venit ab eo quod est delphin delphinis a delphine: aut delphinus pro delphinorū posuit a delphinus delphini. m Maria humida. Hom. ὑγρὰ κέλευθα. n Carpathium mare: inter ægyptum & rhodum ab insula carpatho illic posita. Nec mirandum duas eum posuisse cōparationes: quum & in secundo hoc fecerit: vt In segetem veluti cū flāma furentibus austris Incidit: aut rapido montano gurgite torrens: & in georgicis tres ponat cōparatiōes: Frigidus: vt quondam siluis īmurmurat auster: Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis: Aestuat vt clausis rapidus fornacib⁹ ignis. o Primus ascanius: generis ordinē docet: vt in primo diximus.

HRI. GAVDENT tuentes. d. fit enim natura: vt puerili ætate in qua aliqua sit indoles: gaudeamus & ipsa similitudine formæ paternæ illos a moribus ipsorum non degeneraturos putamus. Choris: maluit q̄ acie dicere quia ludus & non hostile certamē erat. Labyrinthus: hoc ædificij genus portentosissimum iure appellat: Plini. Est enim ingētissimi dispendij & nulli vsui necessarium. Ponit autem quatuor fuisse: Primum in heracleo polite: quē Hero. xij. regū qui ægypto simul sperarunt opus fuisse refert: & tria milia habitacula habuisse: mille quingenta supra terras & totidem subterranea. Demoteles regiā mocherudis fuisse dicit: lycias sepulchrum meridis plures: Soli sacrū esse extructum: Hinc Dædalus exēplar ī eo quem ī creta ædificauit sumpsit: sed illius cētesimā ā partē imitatus est: q̄ itinerum ābages occursusq; ac recursus inexplicabiles continet crebris forib⁹ inditis: ad fallēdū occursus redeundūq; in errores eosdē. Tertius fuit in lēno similis illis colūnis tm̄ cētum quinquaginta memorabilior: Quarū ī officina turbines ita librati pepēderūt: vt puero circūagēte tornarent. Quartū porsena clusij rex sibi fecit sepulchri causa sub vrbe clusio. de quo Var. sepultus est sub vrbe clusio: in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato: singula latera pedum lata tricenū. Alta quinquagenū in q̄bassis quadrata intus labyrinthū inextricabilē: quo si qs pperet sine globo lini exitum īuenire nequeat: Supra ad q̄dratū pyramides quinq; sunt: quatuor in angulis in medio vna in imo latæ pedū septuagenū qnū altæ centum quinquagenū ita fastigiatæ: vt in summo orbis æneus & pegasus vnus oībus sit īpositis ex quo pendeant excepta catenis tintinabula: q̄ vēto agitata longe resonāt: supra quem orbem aliæ q̄tuor pyramides extant alte pedes cētenū: supra quas vno solo quinq; pyramides quarū altitudinē Varronem piguit ponere. Fabulæ etruscæ candē dnt: quā

Labyrinthus

d ❡Poſtq̄; exempta fames & amor cōpreſſus edendi: poſtq̄; neceſſitati ſatiſfactū ē & voluptati. e ❡Nō hæc: variat in vno pnoīe. Nō hæc ſolēnia nobis Has ex more dapes hanc tāti numīs arā. f ❡Superſtitio: ē timor ſuꝑfluus & delirus: aut ab anicul' dicta ſupſtitio: q multis ſupſtites ꝑ ætatē delirāt & ſtultæ ſunt: aut ſm Lucre. ſupſtitio ē ſupſtātiū reꝝ. i. cæleſtiū & diuinaꝝ: q̄ ſuꝑ nos ſtāt inanis & ſuperfluus timor. g ❡Veterū ue ignara deoꝝ: dupl' diē nō iō Herculē colimus: aut qa omnē religionē verā pūtam⁹: aut qa deos ignoram⁹ antiquos. Cautū. n. fuerat & apud athenienſes & apud romanos: ne qs nouas ītroduceret religiones. Nā ideo et Socrates damnatus eſt & chaldæi & iudæi ſunt vrbe depulſi. h ❡Nouamus honores: detraxit re: nam renouam⁹ debuit dicere: quaꝫ particulam alibi addidit: vt Fata renarrabat diuum. i ❡Suſpenſam hāc aſpice rupem: Cacus ſcdm fabulaꝫ Vulcani filius fuit ore ignem ac fumum vomēs: qui vicina omnia populabat. Veritas tamē ſm philologos & hiſtoricos hoc habet: hunc fuiſſe Euādri nequiſſimum ſeruum ac fureꝫ: nouimus autē malum a græcis κακὸν dici: quem ita arcades illo appellabant tpe: poſtea trāſlato accentu Cacus dict⁹: vt ἑλένη Helena. Ignē aūt dictus eſt vomere q̄ agros igne populabat: hūc ſoror ſua eiuſdē nominis ꝓdidit. vnde etiam ſacellū meruit: in quo ei ꝑ virgines Veſtæ ſacrificabatur. k ❡Suſpenſam rupē; quaſi iam iāq; lapſurā. l ❡Semihominis: feritate corrupti.

DON. ❡VISCERA: nulla erat ambitio in veſtibus: caro portabatur copioſa. ſed bubula. Male autem accept⁹ fuiſſet ſi tollatur ſacrorum religio. ❡Poſtq; ex. f. non libenter audiuntur ſermones: niſi venter ſatur ſit. ❡Has dapes: originē ſacroꝝ narrat epulas etiam excuſat.

CHRL. ❡LVSTRALIBVS: placet Serui. vel dic luſtralibus expiatorijs: ideſt quibus purgarētur. ❡Exempta: vt in primo libro deſcribit Troianos multis rebus ſollicitos nihil voluptuoſum in epulis: quæſiuiſſe nec expleri voluiſſe: ſed famē pellere ſat fuiſſe. Eadē ratiōe & ī hoc loco ad neceſſitatē epulatos fuiſſe oñdit ne ī tāta ſollicitudine ac poti⁹ ꝑiculo voluptatem admittere videantur. ❡Non hæc ſolēnia: cōmendat ſe apud ignotos a religione: & oſtendit ſe gratum i acceptis beneficijs: quādo illa prædicat: maxime autem huiuſce modi digreſſione exornatur poema: nec tamen fit tēpore alieno: & quod non penitus q̄dret. ❡Vana ſuperſtitio: eſt eniꝫ religio deorum colendorum recta ſcientia: Superſtitio autem veram ſcientiam non habet. ❡Veterū ignara. d. nam ignoratio numinis perſæpe gignit ſuperſtitionem. ❡Suſpenſaꝫ hanc aſpice rupē: mirifice deſcribit ſpeluncæ ruinam cui īferiora ſuſtentacula ſubtracta ſint: partem ſuperiorem ſuſpenſam relinq oportet. ❡Caci: cacū Vulcano filiū fuiſſe ambulant: puto quia cū latrociniū exerceret multa incendio populatus eſt: hunc ait Solin⁹ locū habitaſſe: cui Salina nomē eēt vbi poſtea trigemina porta fuit. Gellius autem ſcri.

Religio
Superſtitio
Cacus

cum a Tarconte tyrrheno ad quẽ legatus venerat iuſſu Marſyæ regis ſocio Megalo phrygi cuſtodiæ eẽt datus vincula fruſtratus eſt: ⁊ cũ ſocio Megalo maioribus ꝑſidijs rediẽs regnũ circa vulturnũ: ⁊ campaniã occupauit: ⁊ cũ ea quoq; inuadere auderet: quæ in arcadu ʒ iura veniſſent: Arcades duce Hercule: qui tunc victor ex hiſpania redierat illum ſuperarũt: quo cæſo megalos in ſabinos quibus augurandi artem oſtendit ſeſe recepit. Diony. autẽ refert Herculem cum in hæc loca veniſſet boues in paſcua eduxiſſe: ⁊ ipſum labore feſſum obdormiſſe: latronem autem quendam nomine Cacum paucas ex iis ſurripuiſſe: ⁊ verſis veſtigijs ne furtum deprehenderetur per caudam in antrum traxiſſe. Ac mox perquirenti Herculi vidiſſe ſe negaſſe: neq; volentẽ ſcrutari antrum ingredi permiſiſſe: ſed potius aduerſus illu ʒ inſtantẽ vicinos imploraſſe: Herculẽ autem conſilij incertum armentum circa ſpeluncam duxiſſe: ad harumq; mugitũ quæ intus clauſæ erant remugiſſe: Cacum vero quauis in crimine deprehenſum vim cum latronibus conuocatis contra Herculem paraſſe: Hercules autem claua eum interemiſſe: ⁊ poſtea in flumine ſe ob cædẽ abluiſſe: ⁊ Ioui Inuentori arã: cõſecraſſe: ⁊ iuuencũ imolaſſe: Quod ſacrificium deinceps romani obſeruauerunt ritu græco in eos vtentes: vt ille inſtituerat: hæc Dionyſius: alij dicunt hunc ſororem Cacam habuiſſe: quæ furtum indicauerit: ob idq; meritum aras ⁊ ſacrificia meruiſſe: Verus Diodorus Siculus aliter tradidit. Scribit enim ꝙ ipſe in loca vbi Roma deinde fuit: peruenit vbi i palatio incolæ paruam vrbem habebant. Ciuium primores erant. Cacus ⁊ Pinarius: qui honorifico hoſpitio eum ſuſceperunt: eorumq; viroꝝ ſuo tempore monumenta extitiſſe narrat: nam pinariorum familia adhuc viget. Caci autẽ in palatio deſcenſus cum lapideis ſcalis oſtenditur propinquus domui quæ ab eo Cacia dicebatur. Hercules autem palatinis ꝑdixit ꝙ cum ipſe ad eos profectus eſſet: quiſquis illi decimam patrimonij ſui deuoueret: beate eſſet victurus. Quod in multis q decimas vouerũt verũ fuiſſe: expertum eſt.

SER. a ℂ INACCESSAM: participium ſine verbi origine. Accedor enim nõ dicimus: ſed tale eſt: vt placida nupta triũphata. b ℙ Huic monſtro: bene vitauit caſum in quo erat turpis ſignificatione ſi diceret huic Caco cacophoniam faceret. c ℙ Et nob. ſicut multis quibus Hercules profuit monſtra purgando. d ℙ Aetas: beneficium tẽporis: vt Voluẽda dies en attulit vltro. e ℙ Maximus vltor: non tantũ noſter: ſed ⁊ omnium: vnde Lucanus Terras monſtris æquorq; leuantem Magnanimus alciden libycas excitat in oras. f ℙ Tergemini nece geryonæ: hanc fabulam diximus illo loco. Poſtquã Laurẽtia victor Geryone extincto tirynthius attigit arua. g ℙ Spolijſq; ſuperbus: atqui boues abduxerat: ſed ſpolium eſt quicquid de hoſtibus tollitur: vt addit equos ⁊ tela quibus ſpoliauerat hoſtem. Item Poſtquam illu ʒ vita victor ſpoliauit Achilles. h ℙ At furijs caci mẽs:

Solis inacceſſam[a] radijs, ſemperq; recenti
Cæde tepebat humus, foribuſq; affixa ſuperbis
Ora virũm triſti pendebant pallida tabo.
Huic[b] monſtro Volcanus erat pater, illius atros
Ore vomens igneis, magna ſe mole ferebat.
Attulit ⁊ nobis[c] aliquando optantibus ætas[d]
Auxilium, aduentumq; dei: nã maxim[e] vltor
Tergemini[f] nece Geryonis, ſpolijſq;[g] ſuperbus
Alcides aderat, Tauroſq; hac victor agebat
Ingenteis, vallemq; Boues, amnemq; tenebãt.
At furijs[h] Caci mens effera, nequid inauſum
Aut intentatum ſceleris ue, doli ue fuiſſet,
Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore Tauros
Auertit[i], totidem forma ſuperante iuuencas.
Atq;[k] hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis
Cauda in ſpeluncã tractos, verſiſq;[l] viarum

Pro ingẽti ſcelere furis nomen poſuit: capitale enim crimen apd maiores fuerat ante pœnas quadrupli. i ℙ Auertit: erat proprium abegit: ſed reſpexit ad prædam: quæ auerti dicitur: vt Raptas ad littora vertere prædas. k ℙ Atq; hos: quoties maſculinum ⁊ fœmininum iunguntur hæc diſciplina eſt: vt etiam ſi poſterius eſt fœmininum: maſculino reſpondeamus. l ℙ Verſiſq; viarum Indicijs: ideſt contra naturam incedentibus errorem.

CHRI. ℂ NEQUID INAUSUM: nam quæ maior potuit eſſe audacia ꝙ; audere in Herculẽ: qui omnia monſtra domabat? ℙ Quattuor: indignatio a numero. Item a loco. cu ʒ dicat a ſtabulis: Item a forma cum dicat præſtanti corpore: item a ſpe gregis: nam ⁊ mari ⁊ fœmina ſperabat ex furto armentum: item a modo: qd non viribus ꝯtra heroa: ſed dolis egit.

ℂ INDICIIS:

Indicijs[a], raptos saxo occultabat opaco.
Quaerentem nulla ad speluncam signa ferebāt.
Interea cum iam stabulis saturata moueret
Amphitruoniades armēta, abitúmq; pararet,
Discessu mugire Boues, atq; omne querelis[b]
Impleri nemus, & colles[c] clamore relinqui.
Reddidit[d] una boum vocem, vastóq; sub antro
Mugijt[e], & Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidae furijs exarserat atro[f]
Felle dolor: rapit[g] arma manu; nodisq; grauatū
Robur, & aerij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem,
Turbatúmq;[h] oculis, fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncámq; petit: pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptísq; immane catenis,
Deiecit saxum ferro, quod & arte paterna[i]
Pendebat; fultósq; emunijt[k] obijce[l] postes.
Ecce furens ais aderat Tirynthius[m]; omnémq;
Accessum lustrans; hūc ora ferebat & illuc
Dentibus infrendens: ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini[n] montem; ter saxea tentat
Limina nequicq;, ter fessus[o] valle resedit.

SER. a INDICIIS: ipsa inqt decipiebant indicia: quae indicare psueuerūt. Nā indicium ab indicādo nomen accepit. b Querelis impleri nemus: nō vt multi dicūt: qa consortes pdiderant: sed qa vellebant a pascuis. Insita est enim bobus auiditas edendi: vñ est in bucolicis Ite domū saturi: si qs pudor: ite iuuenci. c Et colles clamore relinqu: cū clamore: vt Atq; ixioni vēto rota cōstitit orbis. i. cū vēto: & hoc est melius: nā multi dicunt relinquunt: colles ēt a clamore: hoc ē tantus recesserant a collibus boues: vt nec echo resultarēt. f. ad colles iā clamore non puenieēte: qđ nō pcedit: qa hoc sensu illđ excludit. d Reddidit vna bouis vocē: si enim tam longe fuerant: vt nulla ratiōe recedentiū bouum mugitus colles derelictos feriret: quemadmodū inclusi bouis clamor est auditus est ab Hercule. e Mugijt: more suo pro mugiuit: vt Audijt & triuiae longe lacus. f Atro felle dolor: quo ita irascimur s; physicos: vt splene ridemus: Persius: Sed sum petulāti splene cachīno. g Rapit arma manu: sagittas: & nō vacat q;: Nā si armorū epexegesis est Nodis grauatū robur: vacat q;: grauatū autem pro graue ponit. Nā graue est p naturā ponderosuz: grauatū qđ oneratr extrinsecus. h Turbatumq; oculis: ea parte turbatus: q̄ pditrix est mentis. Alij oculi legunt: & accipiunt a superiorib' videre turbatū oculi. i Arte paterna: pseuerat in fabula. k Emunijt: sicut mugijt. l Obijce postes: hāc obicē dicim': vt Ecce maris magna claudit nos obijce pontus. Dubitāt. n. multi verū masculinū sit an foemininū. m Tirynthius: a tyryntha in q̄ nutritus est ciuitate: vt sup dixinius. n Auētini montē: vt fontē timaui: Buthroti vrbē. i. auētinū montē. o Ter fessus valle resedit: egens psilij. Sal. Fessus in pāphiliā

se receperat. Nā corpore fatigatū dicim': aīo vo fessum: q̄uis hoc saepe pfundat auctoritas. DON.

DISCESSV mugire boues: nam & bruta quedā familiaritatis affectū habēt. Reddidit vna b. vo. nā & Brut. sua voce affectum exprimūt: vñ & I tertio dixit. Qui volucrum linguas sentis. Custodia: nihil pfuit custodia & astutia. Rapit: & nō coepit: nec passibus: sed cursu magis iniuriā q̄; damnum dolēs. Tum: vidēte: hi tria signa ostendunt. Oculi: q oēs aī motus idicat. Cursus celerior solito: & in speluncam nō in loca apta se contulit. Ruptis: nā & celeritas soluere prohibuit.

CHRI. SPEM custo. nā fefellit ī ea spe quā ipse posuerat in custodia. Furijs. a. Felle: ex ira maxima q̄ puenit excandescentia bilis cui' receptaculū fel ē. Pedibus timor. a. a. q. n. potuisset Herculē ita furētē effugē nisi summus timor ipelleret: Valet ē plus timor q̄; ira: nā ira ipellit ad aius saturādū. Timor ad salutē petēdā: timor igit celeritatē in Caco & idustriā augebāt: ira vo Herculis ad oīa difficilia ipellebat. Postea āt mirifice. Ecce aderat. q. d. vix se icluserat Cacus cū ille venit. Optime āt exp̄mit hoiez ex ira pperantē & oēs idustriā adhibētes. Venit ē furēs ais circuit locū & oculos ad oīa vtit. Infrēdit dentib': tentat si hostiū auellē pōt. Demū oībus reb' exploratis cum nihil succederet: resedit qđ dubitationē & psilij defectum significat: nā vt aius in rōcinando cū ad ambiguū locū puenit: subsistit: donec nodū illum soluat: sic & corpus ab illo quodāmodo sistit. Frendit est frēdere frāgere: vñ infrendes porci dicunt: q adhuc p aetatē fabā vel similia frāgere nō pñt: s; de hoc in Geor. Hinc ex q̄dā similitudine infrēdere dicunt: q vocem dentibus infringētes confusum sonitū emittunt qđ irati furiosiq; sunt.

Stabat[a] acuta Silex præcisis vndiq3 saxis
Speluncæ dorso insurgens altissima visu,
Dirarum[b] nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, vt prona iugo leuũ incũbebat ad amnẽ,
Dexter in aduersum nitens concussit[c], ꝛ imis
Auulsam soluit radicibus inde repente
Impulit, impulsu quo Maxim⁹ isonat Aether
Dissultant Ripæ, refluitq3[d] exterritus Amnis,
At specus, ꝛ Caci detecta apparuit ingens[e]
Regia, ꝛ vmbrosæ penitus[f] patuere Cauernæ.
Non secus, ac siqua[g] penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, ꝛ regna recludat
Pallida Dijs inuisa[h], superq3 immane Barathrũ
Cernatur, trepident[i] immisso lumine Manes.
Ergò insperata deprensum in luce repente,
Inclusumq3 cauo saxo, atq3 insueta[k] rudentez
Desuper Alcides telis[l] premit, omniaq3 arma
Aduocat, ꝛ ramis, vastisq3 molaribus[m] instat.
Ille autẽ (neq3 enĩ fuga ia3 sup vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitq3 domum caligine cæca
Prospectũ eripiẽs oculis; glomeratq3 sub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seq3 ipse per ignem[n]
Præcipiti iecit saltu, quà plurimus vndam
Fumus agit, nebulaq3 ingẽs Spec⁹ æstuat atra.
Hic Cacu3 in tenebris incẽdia[o] vana vomentez

SER. a ℂSTABAT acuta silex: pene oẽs hunc si/licẽ dixerunt. na3 ꝛ Varro ꝛ Lucre. ita dicũt: Iuue. Silicẽ qui cõtulit anũ. Tanta tñ est Virgilij auctoritas: vt persuadeat nobis ẽt hanc silicẽ dici. b ℞ Diraꝝ volucrum: modo di/raru3 nõ mali ominis dic: vt sunt bubones: sed quæ huma nis cadaueribꝰ vescebant: dixit. n. Foribisq; affixa superbis: Ora viru3 tristi pẽdebant pallida tabo. c ℞ Concussit: soluit: ĩpulit: satis signatis versus est verbis. d ℞ Refluitq3 exteritus amnis: re3 naturæ vertit in fabulam cu3 ruina rupis in se currere non possit ꝛ recurrere ĩ se faciat: necesse sit impetu3 fluminis. e ℞ Ingens Regia: regia sicut Cacus putabat: sic est ꝛ illud dictum: Illa se iactet in aula Aeolus. f ℞ Penitus patuere: admissus lumen est vsq; ad secreta speluncæ. cauernas aũt speluncæ per tapinosin dixit. g ℞ Siqua vi: terræ hiatus non nisi ex terræmotu fit: qui quoniã aut motu aquæ de inferioribus nascitur: aut crebris tonitribus: aut de concauis ẽris erũpentibus ventis. Ideo ait: siqua vi. qđ aute3 dicit Infernas reseret sedes. Notandũ est etiã de impossibilibus posse fieri cõparationem. h ℞ Dijs inuisa: superis. s. i ℞ Trepidentq; immisso lumine manes: Luca. Et subito feriere die. k ℞ Insueta rudentem: clamantem: ꝛ abusiue dictũ est sicut supra de leonibus: Et sera sub nocte rudentũ. Nam rudere ꝓprie asinorum est. Persius Findor vt arcadiæ pecuaria rudere credas. l ℞ Telis ꝓmit: omne qđ iaci potest telũ vocatur: dictum ἀπὸ τοῦ τηλόθεν: vnde Omniaq; arma aduocat addidit. m ℞ Molaribus: asperrimis saxis; non vnde molæ fiunt: ꝛ sm Homerum dixit, κόρυθες δ' ἀμφ' ἄνον ἀῦ τ' ἐν βαλλόμεναι μυλάκεσσι n ℞ Per ignẽ: p eam rẽ: vñ ille sperabat auxilius. o ℞ Incẽdia. u. quãtũ ad Herculẽ ptẽet.

DON. ℂ STABAT a. s. non solum virtus s3 ẽt prudẽtia Herculis ostendit. ℞ At specus: ĩ hoc loco spelunca significat lõgitudinem ꝛ ulteriores recessus. ℞ Regia: latitudine3. ℞ Cauernæ: coarctatas angustias: fuit spelũca: s3 pro qualitate psonæ dicta ẽ regia. Cauernas autem dixit patuisse. i. non solũ latas ptes: s3 ãgustas. ℞ Regia: qa sibi tyrannidem agitaret.

CHRI. ℂ BARAthru: græcũ est: latie vorago. i. imẽsa ꝛ inexplicabilis profunditas. ℞ Trepident: ob insuetudinẽ: cõparatio aũt ipsa in oĩbus correspõdet. ℞ Rudentes: optime: nã ex timore humanã vocem efferauerat: ꝛ more suo corripuit primã syllaba3: quã alij ꝓducunt. ℞ Oĩa arma aduocat. i. oĩa q ad manus veniunt in suum auxiliu3 trahit ꝛ veluti arma adhibet: nã aduocare in suu3 auxiliũ vocare est hinc aduocatum defensorẽ dicimus. ℞ Super vlla pericli est. i. superest p tmesim. ℞ Inuoluit i. implet fumo se inuoluentem. Noctẽ autem caliginẽ ꝛ fumum ꝛ tenebras pro eadẽ re posuit. ne dum ad idem verbum reuertitur fastidium inferat ꝛ est expolitio. ℞ Non tu. afs: iratus est qđ ita repugnaret: vnde ex accensione iræ in ignem periculo manifesto sese iecit. ℞ Quà plu. u. s. a. cum illum peteret: nec q; videre posse assequebat huiuscemodi cõiectura: vt ibi eẽ putaret: vbi plurimus fumus esset. Nebula pro fumo posuit. Aduocatus

ℂANGIT

Corripit in nodū complexus, & angit[a] inhærens
Elisos oculos, & siccum[b] sanguine guttur.
Panditur extéplo foribus domus atra reuulsis
Abstractǽq; Boues, abiuratǽq;[c] rapinæ
Cælo ostēdunt, pedibúsq; informe[d] cadauer
Protrahitur. nequeunt[e] expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villosáq; setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætiq;[f] minores
Seruauere diem, primúsq;[g] Potitius auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri.
Hanc aram luco[h] statuit, quæ maxima[i] semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite o iuuenes tātarū i munere laudū.
Cingite fronde comas, & pocula porgite[k] dextris.

SER. a ¶ ANGIT inhærens Elisos oculos & sic/cū sanguie guttur: angit guttur bene dicim°. Nam angit oculos non procedit. ergo angit: ad vnam rem pertinet: vt Disce puer virtutē ex me verūq; laborē: Fortunā ex alijs: nā fortuna nō discit: vnde multi eli dens legūt: & integer sensus ē: nam elisos σολοικοφανὴς facit. i. figuram: q̄ masculinus & neutrus: vel accusatiuū cum noiatiuo iungit: vt sit ita angit guttur: & elisos oculos facit. b ¶ Siccū sanguine: per hoc iam exanime cadauer ostē dit. c ¶ Abiuratæq; rapinæ: abiurare est res creditam negare piurio. Plau. in curcul. Qui abiurant si quid creditum est: Sed hoc isti loco nō cōgruit: vn mō abiuratas rapinas: cōtra ius detentas ītelligamus. d ¶ Informe cadauer: magnū: & cadauer est corpus nōdū sepultū: quod careat honore sepulturæ. e ¶ Nequeūt expleri corda tuēdo: nō poterant hoīes vidēdo cadauer sua corda satiare pp odiū ex acceptis iniurijs susceptū. f ¶ Lætiq; minores: noue & satis licenter dixit minores: quū ab ipso Euādro Herculē cōstet esse susceptū: & minores nō dicamus nisi quoties graduū deficit nomē: vtputa filius: nepos: pnepos: abnepos: atnepos: trinepos: vbi isti tres gradus defecerint: merito iā dicim° minores: sic etiā maiores dicimus post pris: aui: proaui: abaui: atauiq; vocabulū. Sed certe est inter nepos et trirauus. g ¶ Primusq; potitius auctor Et domus herculei custos pinaria sacri: Apud maiores raro aduenæ suscipiebantur nisi haberent ius hospitij. Incertū eni erat quo aīo venirent: vnde etiā Hercules primo ab Euādro non est suscept°: postea vero cū se & Iouis filium esse dixisset: & morte Caci virtutem suam probasset: est susceptus: & pro numine est habitus: deniq; ei ara maxima est cōstituta: quod Herculi delphicus Apollo in italia fore prædixerat: quū ergo de suo armento ad sua sacrificia boues dedisset. inuenti sunt duo senes Pinarius: et Potitius quibus qualiter se coli vellet: ostendit. s. vt mane & vespere ei sacrificaret. Perfecto itaq; matutino sacrificio: quum circa solis occasum essent sacra repetenda: Potitius prior aduenit: Pinarius postea extis iam redditis: vnde iratus Hercules statuit: vt Pinariorum familia tantū ministra esset epulātibus potitijs & complentibus sacra: vnde etiās pinarij dicti sunt ἀπὸ τῆς πίνας: idest a fame: nam senem illum Pinarium cōstat alio noīe esse nuncupatum: hinc est quod paulo post Potitij tantum facit cōmemorationem: vt Primusq; potitus ibat. Quod autem dicit domus herculei custos pinaria sacri non ē cōtrarium Nam custos est ministra: vt in decimo At triuiæ custos iandudum in montibus opis alta sedet: idest ministra. h ¶ Luco: templuz eni nondum habuerat Hercules: sed aram tantūmodo: vt diximus supra. i ¶ Maxima: ingens enim est ara Herculis: sicut videm° hodieq;. k ¶ Porgite dextras: præbete inuicem pocula: & est Homeri.

τοῦς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις
οἱ δ' ἀχαιῶν δείδεχατ' ἄλλοθεν ἄλλος

¶ EXPLERI corda: Satiari voluptatem quam capiebant ob eius mortem. ¶ Ignes extinctos: ar quo modo tuebantur: si erat extinctus: sed cuiuscūq; sensus est cognoscere ea quorū iudex est: atq; etiam priuationem illorum. Ergo oculis cognoscimus colores et etiam tenebras: auribus voces & silentium. CHRI

¶ Quæ maxi. romani bouem indomitum singulis annis herculi sacrificabant: dixerat pterea hercules quisquis illi sacrificaret diuitem futurum Ara maxima erat prope forum boarium: sed sub diuo. Templum herculis erat prope tybrim: erat autem obseruatio: vt ait Macro. vt in herculis sacris epularentur sedentes: & Corne. Bal. exegeticus ait: obseruatum ne apud aram maximam lectisternium fieret: in eodem loco omnes aperto capite sacrificabant: ne habitum dei imitaretur: qui illic operto capite sedet. Var. ait hūc græcum morem esse. C. Bassus refert aram maximam ante aduentum Aeneæ in italia constituta esse: qui hunc ritum velandi capitis inuenit.

Ara Maxīa

Cõmunémq;[a] vocate Deũ, ꝛ date vina volẽtes.
Dixerat, Herculea[b] bicolor cũ Populus vmbra
Velauitq; comas, foliisq; inexa pependit,
Et sacer[c] impleuit dextram Scyphus ocyus oẽs
In mensam læti libant, Diuósq; precantur.
Deuexo[d] interea propior fit Vesper Olympo.
Iámq; Sacerdotes, primúsq; Potitius ibant
Pellibus[e] in morem cincti, flãmásq; gerebant.
Instaurant epulas, ꝛ Mensæ[f] grata Secundæ
Dona ferũt, cumulántq;[g] oneratis lancib⁹ aras.
Tum Salij[h] ad cantus, incẽsa altaria circùm
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenũ chorus, ille Senũ q carmine laudes[i]
Herculeas, ꝛ facta ferũt; vt prima[k] Nouercæ
Mõstra mãu, geminósq; pmẽs eliserit Angues
Vt bello egregias idem disiecerit vrbes,
Troiámq;[m], œchaliáq;[n], vt duros mille labores,
Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit tu Nubigenas[o] iuicte Bimembres

SER. a ℭCOMMVNEMQ; vocate deũ: aut qa argiuus est Hercules: ꝛ supra dixit Aeneas tã græcos q; troianos de vno sanguis fonte descendere: aut cõmunẽ deũ dixit vtriusq; naturæ mediũ. i. iter mortalitatẽ ꝛ diuinitates: sunt numina aliqua tantũ cælestia: aliqua tãtũ terrestria: aliqua media: quos deos Apuleius medioximos vocat: alij cõem deũ ideo dictũ volũt qa scdm põtificalẽ ritus idẽ est Hercules: q ꝛ Mars. Nã stellas vnã habere dicuntur: ꝛ nouimus Martẽ cõem dici. Cicero: Martẽq; deũ cõmunẽ. Vir. Ipse ꝛ dijs cõibus. Itẽ paulo post Dat sallos Herculi: quos Martis esse dubiũ nõ est: ẽ ꝛ alia ratio Herculẽ deũ cõmunẽ vocari. Nã constat herculẽ hominũ cõmodis tutelæq; seruisse: vnde Lucã. Terras mõstris æquorq; leuantẽ Magnanimum alciden Libycas excluit in oras. b ℙ Herculea populus: Herculi cõsecrata: q cũ ad inferos descẽdẽs fatigaret labore: dicit de hac arbore corona scã caput velasse: vnde foliorũ pars tẽporibus cohærẽs ꝛ capiti albuit sudore: pars vero exterior ppter inferorũ colorẽ nigra pmansit: ꝛ honeste pepẽdit populus: idest corona de populo. c ℙ Et sacer ipleuit dextrã scyphus: legit in libris antiquis Herculẽ ad italiam igens ligneũ poculũ attulisse: quo vtebant in sacris: qd ne carie consumeret pice oblitũ cõseruabat: cuius magnitudinẽ significat dicendo ipleuit: dextrã scyphus. d ℙ Deuexo olympo: iclinato in noctem cælo. e ℙ Pellibus in morẽ cincti: aut in morẽ Herculis: aut certe sacerdotũ. f ℙ Et mensæ grata secũdæ: qa vt diximus vna pomorum: altera fuit carnis apud romanos. g ℙ Cumulantq; oneratis lancibus aras. i. red sunt exta. h ℙ Salij: q tripudiantes aras circumibant salientes. i ℙ Laudes Herculeas ꝛ facta: senes tantũ voce laudes Herculis exequebant: iuuenes ꝛ gestu corporis ei⁹ facta monstrabant. k ℙ Prima monstra: bene prima: nam ꝛ omnia alia Iunonis insidijs pertulit. Fabula autem hoc habet Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed quum Iuno duos serpentes immisisset Herculi: Iphiclus de cunis terrore lapsus suo vagitu excitauit parentes: qui quum surrexissent viderunt Herculem angentem manibus angues immissos ei nouercalib⁹ odijs. l ℙ Elliserit: præfocauerit. m ℙ Troiamq;: vt supra diximus troiam Hercules euertit propter negatos sibi a Laomedonte equos diuino semine pcreatos: ꝛ Hesionæ nuptias: quam a ceto liberauerat. Sane Critici frustra culpant Virgilius quod præsentibus troianis troiæ introduxerit excidium: non respicientes quod hoc fecit ratio hymnorum: quibus aliquid subtrahere sacrilegium est. n ℙ Oechaliamq;: Eurytus rex œchaliæ Iolem filiã denegauit Herculi ante promissam. Ideo qd enim fuerat filius dehortatus dicens ab Hercule ꝛ Megæram vxorem ꝛ ex ea filios interemptos: quod factum fuerat Iunonis instinctu: vnde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas euersa ciuitate interemit Eurytum: ꝛ Iolem sustulit. o ℙ Nubigenas: de Ixione ꝛ nube procreatos centauros: vt diximus supra.

DON. ℭCOMMVNEM: vt per coniunctionem fœderum se troianis commixtum ostendat: vel quia Troianis ꝛ Arcadibus idẽ erat genus. ℙ Secũda: prospera.

CHRI. ℭSCYPHVS: Herculis est poculum. Fingebant enĩ illum sculptores cum poculo: ꝛ nõnunq; ebriũ non solum qp his heros bibax perhiberetur: sed qp fabula antiqua ipsum poculo tanq; nauigio maria transisse referat: sed putat Macro. illũ nauigio: cui scypho nomẽ esse nauigasse. Sunt qui dicant illum in italiam poculum hoc ligneum vexisse: ac pro monumento reliquisse. Italia aũt ad defendendam vetustatem pice obduxisse.

ℭHYLÆVMQ;

Hylæúmq3[a], Pholúq3 manu: tu Cressia[b] mactas
Prodigia, & vastu3 Nemeæ[c] sub rupe Leonem.
Te Stygij[d] tremuere lacus, te Ianitor Orci,
Ossa super[e] recubans antro semesa[f] cruento.
Nec te[g] vllæ facies, non teruit ipse Typhoeus[h]
Arduus arma tenens: nó te rationis[i] egentem
Lernæus[k] turba capitum circũstetit Anguis.
Salue vera Iouis[l] proles, decus addite Diuis,
Et nos, & tua dexter[m] adi pede[n] sacra secundo.

SER a ℂHYLÆVMq; pholumq;: Hyleu3 Theseus interemit: Pholus vo Hercules suscepit hospitio eo tpe quo ad expugnandos centauros pfectus est. Luc. Hospes & alcidæ magni phole: vnde apparet p poetica licentiã nola esse pro nominibus posita. b ℙ Cressia mactas Prodigia: bene ad leone3 quẽ3 interemit refertur: nã cretensem tauru3 non ĩteremit: s3 incolumen ad Eurystheu3 perduxit. Vno tñ verbo vtrũq; sæpe concluditur: vt Disce puer virtutẽ ex me verũq; laborem: Fortunã ex alijs. c ℙ Nemeæ sub rupe: nemea silua est vicina thebis: in qua Hercules ĩteremit leonẽ. Nemeæ aũt anapæstus est. nã & ne & me breues sunt. æ autem longa diphthongo: interemit & alteꝝ leonem apud Cleonas vrbem: cuius pellẽ gestabat in tutamen: vnde Luca. Ille cleonæi proiecit terga leonis. d ℙ Stygij tremuere lacus: inferni: quo tpe descendit ad rapiendum Cerberu3. e ℙ Ossa super recubans: aut ad terrorem dictum est: aut certe illud est qd etiã supradiximus cerbeꝝ esse terra3: quæ corpora sepulta cósumit. Nam inde cerberus dictus est: quasi κρεοβόρος: Alij pueriliter volunt a cerbero Amphiarai ossa consumi: q hiatu terræ sm Statiũ viuus descẽdit ad inferos. f ℙ Semesa cruento: semẽsum nó dicimus: nec ẽsu3: nam esum facit & comesum. g ℙ Nec te vllæ facies. i. species more suo. h ℙ Ipse tiphoeus: & hoc poetice. Nam si interemit centauros: quẽadmodu3 etiã gigantũ interfuit plio: qui ante innumeros annos fuisse dicuntur. i ℙ Nó te rationis egẽtẽ: liptotes figura: nã minus dixit: & plus intelligimus. hoc enĩ dicit prudentissimũ non te circũuenit: & est talis figura q̃lis Munera nec sperno. k ℙ Lernæus anguis. i. hydra: Præter hæc quæ hoc loco Herculẽ fecisse commemorauit alia facta Herculis hæc sunt Supatus ẽ aper in erymantho post cerbeꝝ: itẽ stymphalides aues q alũnæ martis fuisse dicunt q hoc periculũ regionibus irrogabãt: qꝛ cũ essent plurimæ volantes: tantũ pluma3 stercorumq; de se emittebant: vt hoĩes & aĩalia necarẽt: agros & semina oĩa coopirent: inde ab Augea eliensiu3 rege rogatus ouilia: qꝛ stercore aĩaliu3 ɔgesto tã suis q; vicinis regionibus pestilentiã creauerant: ĩmisso Alpheo flumĩe purgauit: & regionibus salubritate reddita ipm regem negata sibi mercede interemit: inde equos Diomedis: q humanis carnibus vescebant abduxit: inde ad Hippolytæ cingulũ petendũ prexit: eamq; ablato cingulo superauit. Ad Geryonem aũt sicut ias supra dictu3 est: Naui ænea nauigauit: tergo leonis velificans: ibiq; pmũ cautẽ mathone filiũ interemit: deinde eurytiona pastores Martis filium: nouissime Geryonẽ cuius abduxit armẽta: itẽ ad Hesperidas perrexit: & Antæũ filius terræ victũ luctatione necauit: Inde sagypto Busiridẽ q aduenietes hostes ĩmolare cõsueuerat: post Prometheu3 Iouis imperio in Caucaso monte religatũ occisa sagittis aqla liberauit: Acheloũ ẽt fluuij deũ: q se pp Deianirã œnei filia3 certando cũ Hercule in varias formas cómutabat: mutatũ in Tauꝝ amisso ab illo cornu victoria cedere cõpulit: post Lycũ regem: q apud inferos se pstituto eius vxorẽ tentauerat reuersus pemit: pp cuius necem Iuno ei insaniã misit: vt vxorẽ necaret: & filios: q post recepta sanitate cũ expiationẽ parricidij ab Apolline petijsset. nec ab eo responsa meruisset: ira cõcitus cortinas ipsam & Tripodem Apollinis sustulit: ob quod iratus Iuppiter cũ Omphalæ seruire præcepit: cuius finis humanitatis talis fuit: cu3 Deianiram coniugem per fluuium in quo Nessus centaurus transuehebat: etiam Hercules trãsuehere vellet: ausus est nessus occulte Deianiram de stupro interpellare: quod Hercules cum cognouisset: Nessum peremit: sed Nessus moriens Deianiram monuit vt sanguinem suum exceptum seruaret: & si quãdo aduertisset Herculem altera delectari: sanguine ipso vestem illitam marito daret per quam vindicari posset. Sed Deianira cum audisset maritum: Iolem Euryti filiam amare: vestẽ Nessi tincta3 sanguine Lycæ seruo dedit ad eum perferendam qui cum Herculi in œta occurrisset: manibus vxoris datam tradidit quam cum ille Ioui sacrificaturus induisset: ĩto corporis ardore correptus est: vt Pyram construi iuberet: Donatiq; Philoctetæ sagittis peteret ab eo vt cremaretur: ne inueniretur: quo facto inter deos relatus est. l ℙ Vera Iouis proles: nullus enim humano sanguine procreatus tanta perficeret. m ℙ Dexter adi. i. propitius. n ℙ Pede secũdo. i. prospero omine.

DON. ℂNIHIL memoratu dignum excerpi potest ex Donato.

Talia carminibus celebrant. super[a] omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantémq; ignib⁹ ipsū·
Cōsonat omne nem⁹ strepitu, colléſq; resultāt.
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt·ibat Rex obsitus[b] æuo
Et comitem Aeneam iuxta, natúmq; tenebat
Ingrediens, varióq; viam sermone leuabat.
Miratur, faciléſq;[c] oculos fert omnia circùm
Aeneas, capitúrq;[d] locis, & singula lætus
Exquirit, auditq; virûm monumenta priorū.
Tum Rex Euandrus Romanæ[e] cōditor arcis,
Hæc nemōa[f] idigenæ fauni, nymphǽq; tenebāt
Génſq; virûm truncis[g], & duro robore nata·
Quîs neq; mos, neq; cult⁹ erat, nec iūgē tauros
Aut cōponere[h] opes norant, aut parcere[i] parto.
Sed rami[k], atq; asper victu venatus alebat.
Primus[l] ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus[m] indocile, ac dispersum mōtibus altis
Composuit, legéſq;[n] dedit, Latiúmq;[o] vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

SER. a ¶ SVPER omnia caci.i. hoc factum laudant vltra oīa: & sic est dictum: vt est Et te sup oīa dona Vnum oro: & bene quātū ad ipsos ptinet rem maiorem seruauere post oīa. b ¶ Obsitus æuo: ætate inuolutus: vt Teren. Annis pānisq; obsit⁹. c ¶ Facileſq; oculos fert oīa circū: physici dicunt ex vino mobiliores oclos fieri. Plau. Faciles oclos hēt. i. mobiles vino. d ¶ Capiturq; locis: delectat. e ¶ Romanæ cōditor arcis: cōditor palantei vbi nunc palatium est: qd nō re vera arx: sed tenet rep olū principatum. f ¶ Hæc nemora idigenæ fauni: inde geniti: & sciendū sm Hesiodi Theogoniā primos deos genitos: inde hemitheos: post heroas: inde hoīes innocentes: vltimo sceleratos: quē hic nunc ordinem seruat. g ¶ Truncis & duro robore nata: hoc figmentū ortū ex antiqua hoīum habitatione: q ante factas domos: aut in cauis arboribus: aut speluncis manebant: q cū exinde egrederent: vt suā educerent sobolē: dicti sunt inde pcreari. Neq; cultus erat. i. nullā sui curā habebant. h ¶ Cōponere opes. i. reseruare ordiare. i ¶ Parcere parto: de die in quit viuebant: nec inuēta seruabāt. k ¶ Rami atq; asper victu venatus alebat: cognato quod. i. modo victu alebant: aut venatu montiū: aut arbop ramis. l ¶ Primus ab æthereo venit saturnus olympo: hoc dicit sm poeticū morem. Nam Saturnus rex fuit Cretæ: quē Iupiter filius eius bello pepulit. hic fugiens ab Iano susceptus est: qui regnabat in Italia: quē cum docuisset vsum vineap & falcis: in partem est admissus imperij: & sibi oppidum fecit: postea suū repetiuit imperiū. m ¶ Is genus indocile: pro indoctum. Nam indocile est quod penitus non potest discere: indoctum qd nondum didicit. hos autem dicit esse cōpositos: vnde apparet quia indocile dixit pro indoctum. hoc est aūt qd dicit Cicero in primo rhetoricorum: Feros adhuc hoīes magni cuiusdam viri oratione compositos. n ¶ Legeſq; dedit: Atqui dixit Haud vinclis nec legibus æquam: sed intelligimus Saturnū dedisse leges: quibus adeo obtemperauerunt cū iā antea per naturas sine legibus viuerent. o ¶ Latiumq; vocari maluit: bñ maluit. Nam & Saturnia dicta ē: vt Et nomē posuit saturnia tellus: & Virgilius latium vult dici: qd illic Saturnus. latuit. Varro autē latiū dici putat qd latet Italia iter pcipitia alpium & appennini.

CHRI. ¶ CAPITVr locis: veluti psagio quodam mentis qp illic futurū esset caput īperij. ¶ Cōditor romanæ arcis: sic. n. nōnulli putarūt: sed varias de cōdita roma opiniones alio in loco diximus. ¶ Indigenæ: in eo loco nati: & quorū origo non sit aliunde: quos græci αὐτόχθονας vocant. ¶ Truncis: quasi qd a principio orbis inde originem traxerint: nā q ex antiqs philosophis mundū habuisse principiū volunt: referunt terrā ipsā post elementop diuisionem cenosā extitisse: eamq; a Sole paulatī densatā & suo calore fermentatā in plurimis locis tanq; vlcera qdam tenui folliculo operta produxisse: vt etiā nunc in ægypti paludibus videmus accidere: Cū ergo in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu quidē circūfluus aer humorem præstet: q inde sole consolidetā tandē putredines ille tepore ad partū productæ sunt: vnde effractis folliculis variap formap aīalia exierunt: interea & homines quā opinionem Eurypides Anaxagoræ discipulus in ea quā melanippē fabula scribit refert: Hi igitur a principio vagi inculti sine moribus aut legibus per syluas viuebant donec aliquis qui sapientia ac eloquentia pditus fuit paulatim a feritate ad humanitatem reducens in vnum eos coegit atq; illis & mœnia & leges posuit.

¶ SIC PLACIDA

Aureáq; (vt perhibent) illo sub rege fuere
Sæcula, sic placida[a] populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor[b] ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus[c] Ausonia, & gētes venere Sicanæ
Sæpius, & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, aspérq; immani[d] corpore Thybris,
A quo post Itali fluuium cognomine Thybrim
Diximus, amisit verum vetus Albula[e] nomē.
Me pulsuz[f] patria, Pelagíq;[g] extrema sequētē

SER. a ¶ SIC PLAcida populos in pace regebat: vt merito aurea sæcula crederentur. b ¶ Decolor ætas: vitiosa: In ol enim vitioso corpe inest pessimus color. & alludit ad naturā metalli quā cernimus discolorē. nec immerito: supra enim dixerat aurea sæcula: ideo nunc dixit Decolor ætas. c ¶ Tus man⁹ ausonia: oēs terræ habitatores aut indigenæ: aut aduenæ: aut cōuenæ: idigenæ sūt Ide geniti quos vocant aborigines latini: græci αὐτόχθονες: vt δ Faunis dixit: aduenæ de vno loco venientes: vt Saturnus: conuenæ de diuersis: vt ausones & sicani: Sicani autem sm nonnullos populi sunt hispaniæ a sicori fluulo dicti. Lucan⁹: Hesperios Inter sicoris non vltimus amnis. hi duce Siculo venerunt ad italiam: & eam tenuerunt exclusis aboriginibus: mox illi pulsi ab illis: quos ante pepulerant: insulam vicinaz italiæ occupauerunt: & eam sicanlam a gētis nomine: Siciliam vo a ducis nole dixerunt: q̄q; Thucydides de sicilia Italū dixit venisse: & ab eo italiam esse appellatam. d ¶ Immani corpore thybris: hic tuscorum rex fuit: qui iuxta hunc fluuium pugnans cecidit: & ei nomen imposuit. alij volunt istum: ipsum regem latrocinatum esse circa huius fluminis ripas: & transeuntibus crebras iniurias intulisse: vnde thybris quasi ὕβρις dictus est ἀπὸ τῆς ὕβρεως i. est ab iniuria. nāz amabant maiores vbi aspiratio erat s. ponere. vt ἑπτά septem: vel f. vt ἑλένη selena. Alij vt supradiximus volunt eos qui de sicilia venerunt thybrim dixisse ad similitudinem fossæ syracusanæ: quaz fecerunt per Iniuriam afri & athenienses iuxta ciuitatis murum. Nam quod Liuius dicit ab Albano rege tyberlo. Thybrlm dictum non procedit: ideo quia ēt ante albam thybris dictus inuenit. e ¶ Albula nomen: antiquum hoc nomen a colore habuit. f ¶ Me pulsuz patria: aut vt dixim⁹ supra propter paricidium: aut certe oraculorum necessitate compulsuz. g ¶ Pelagiq; extrema: per extrema pelagi actuz: aut vt dicit Donatus per pelagus extrema pelagi sequentem: aut pelagi aduerbium est.

DON. ¶ ME PVLSVM: non sua culpa patria caruisse: sed fatorum demonstrat: quæ vt ipse dicit sunt Insuperabilia.

CHRI. ¶ AVREAq; vt perhi. Regnabant teste Higinio: qui protarchum trallianum secutus est in hac regione Ianus atq; Cameses tanta cōcordia: vt regio camesene: oppidum ianiculum diceretur: verum cum iam ad solum ianum regnum peruenisset: ipse Saturnum creta ioue pulsus naui delatum hospitio accepit: atq; ab illo agriculturā edoctus eum regni socium fecit: & cū prim⁹ æra signasset in altera parte saturni effigiez in altera nauiz: q ad uectus fuerat Imprimendas curauit. Cum aūt Iter hæc Saturnus nusq; appareret: Ianus omnem terrā suæ dictionis parentem appellauit: & saturnalia illi instituit. Saturnia oppidum paruum fuit sub capitolio conditum aboriginibus In memoriam Saturni. In eo erat saturnia porta q̄ deinde pandana est nominata. Saturni⁹ mōs sequentibus temporibus dictus est tarpeius: Sunt qui dicant saturniam terram a fertilitate dictam: quia saturanus sit deus fertilitatis. Inde agros fertiles saturāios dixerūt. ¶ Ausonia: ausones eam partem italiæ habitauerunt: quæ est prope Rheginos ad meridiem in dorso apennini: sic dicti ab Ausone antiquissimo rege ex Arcadia huc profecto: q postea sparsi per italiam aborigenes sunt nominati. ¶ Sicāi: vide Ser. post sicanos in eadē insula: vt refert Diony. venerunt siculi: qui italiæ populi cum pelasgis: & aboriginibus pares esse non possent: italiam omnem inferiorem in notum peregrantes In proximaz insulam obseruato æstu transfretarūt. Occuparant autem prius sicani hispanuz genus qui Ligures fugerant: & sicaniam a se insulaz nominarunt: quæ antea a figura triangulari Trinacria dicebatur. Isti igitur a se siciliam nominarunt quod fuit: vt placet Hellanico lesbico tribus ætatibus ante res troianas. ?Is. n. dicit: eorum regem nominatum Siculum: a quo & ipsi & insula nomen acceperunt. Philistus autem syracusanus scribit tempus trāsmissionis annis octoginta ante troianū bellum fuisse: eamq; gentem: neq; siculorum: neq; ausoniorum: neq; hellenum: sed lygurum fuisse: ducente eos Siculo: quem Itali filium dicunt fuisse & ab eo dictos esse siculos. Antiochus syracusanus siculos hos exactos fuisse ab œnotriis & vmbris. Thucydides scri. Siculos pulsos ab Opicis multis annis post troicum bellum.

Saturni⁹

Ausones

Sicul⁹

Fortuna [a] Omnipotens, & ineluctabile Fatum[f]
His posuere locis, matrisq; egēre [b] tremenda
Carmētis[c] nymphæ mōita, & de[9] auctor[d] Apollo
Vix ea dcā dehinc ꝓgressus monstrat[e] & Aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam.
Quā mēorāt Nymphæ priscū Carmētis honorē
Vatis[f] Fatidicæ, cecinit quæ [g] prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Palanteum.
Hinc lucuȝ ingenteȝ, quē Romul[9] acer Asylū[h]
Rettulit, & gelida [i] monstrat sub rupe Lupercal
Parrhasio [k] dictum [l] Panos [m] de more Lycæi.
Necnon & sacri [n] monstrat nemus Argileti.

SER. a ❡FORTVNA omnipotens & ineluctabile fatum: sm stoicos locutus est: qui nasci & mori: fatis dant media oīa fortunæ: nā vitæ humanæ incerta sunt oīa. vnde & miscuit: vt quasi plenum ostenderet dogma. Nam nihil tam contrariū ē fato q̄; casus: sed sm stoicos dixit. b ❡ Egēre: coegere: vt quasi ostdat se suitū. c ❡ Carmentis nymphæ monita: mr̄is ei[9]: nymphæ aūt maritæ dixit. nam græce sponsa νυμφη dicit. hæc aūt nō vere nympha fuit: sed vaticinatrix. d ❡ Auctor. s. oraculorum. e ❡ Monstrat & arā: quā matri fecit extinctæ. est autē iuxta portam: quæ primo a Carmente carmētalis dicta ē: post scelerata a Fabijs. cccvj. viris: qui p ipsas in bellum profecti non sunt reuersi. f ❡ Vatis fatidicæ: bene addidit fatidicæ: nā vateȝ & poetā possumus intelligere. Luc. Nec si te pectore vates Accipiā: Vnde solū plenuȝ non erat: ergo tale est: vt est illud ī Sal. In tugurio mulieris ancillæ: non qa mulieris statim & ancillæ: si autem ancilla: statim & mulier est. g ❡ Quæ prima: qa postea etiā Sibylla dixit nobile palanteū futurum. s. sicut & æneades. h ❡ Asylum rettulit: postq̄; Hercules migrauit e terris: nepotes eius timētes insidias eorum quos auus afflixerat: athenis sibi primi asylū: hoc est templuȝ misericordiæ collocarunt: vñ nullus posset abduci: quod ēt Stat. dicit Herculeos fama est fundasse nepotes. Iō ergo ait: quod Romulus acer asyluȝ rettulit: hoc est fecit ad imitationē atheniensium asyli: quod ideo Romulus fecit: vt haberet aduenas plures: cū quibus conderet romaȝ. Iuue. Et tñ vt longe repetas longeq; reuoluas Nomen: ab infami gentē deducis asylo. i ❡ Gelida mōstrat sub rupe lupercal: sub monte palatino est quædā spelūca in qua de capro luebatur. i. sacrificabatur. vñ & lupercal dictum nonnulli putant. Alij vo dicūt quod illic lupa Remum & Romulū nutrierit. Alij quod est verisimilius lucū hunc esse sacratus Pani deo arcadiæ: cui ēt mons lycæus in arcadia est consecratus: & dictus est quod λυκους. i. lupos non sinat in oues sæuire. ergo iō & Euāder deo gentis suæ sacrauit locum: & nōiauit lupercal ꝙ p̄sidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. k ❡ Parrhasio dctm panos de more lycæi: ordo est monstrat lupercal Panos lycæi dictum de more parrhasio. i. ostendit lupercal Panos lycæi dicatuȝ ex more arcadico. Nam parrhasia arcadia est. l ❡ Dictum: dicatum consecratus. m ❡ Panos lycæi: hui[9] panos genitiu[9] est græcus: & panos lycæi sic dictum ē: vt Ioui olympi: Apollinis delphorum. n ❡ Sacri mōstrat nemus argileti: sacri execrabilis. sane argiletum multi volunt quasi argilletuȝ a pingui terra: Alij a fabula. Nā cū Euāder argū quēdā suscepit hospitio: qui cū de eius cogitaret interitu: vt ipse regnaret: Euandro hæc nō sentiēte socij intellexerūt: & argū necarūt: cui Euāder & sepulchꝝ fec: & locū sacrauit: nō qꝺ ille merebat sȝ hospitalitatꝭ cā: bñ āt Euāder ī hac re īmoratur: & docet cā̄s: ne apꝺ hospitē ī suspitōeȝ veniat. ḡ argiletū ab argo illic sacrato & sepulto.

DON. ❡MATER: nā & mr̄: & dea q̄ cōtra pietatis meritū mouere filiū nō posset. ❡ Cecinit q̄ prima: Magnū argūm ꝙ dea fuerit: & fatidica: Cū p̄ma cecinerit æneadas futuros magnos: pallāteū futurum nobile. ❡ Lucū: q postea a Romulo asyli nomen accepit. ❡ Lupercal: vnde luperci & lupercalia dicuntur.

CHRI. ❡FORTVna oi. Vr̄ ponere fortunā p fato ī hoc loco: ppeaq; oīpotētē appellat. Quō aūt a p̄his fatū a fortuna: & a casu diuidat: alio loco puto dixisse. Euādrū aūt ex pallātio vrbe (Euāder) arcadiæ ī italiā venisse sexagīta ānos añ res troianas: ait Diony. Creditūq; eē Mercurij filiū & nymphæ cuiusdā arcadiæ īcolæ: quam græci themō eē dn̄t: fatidicāq; demōstrāt. Romani carmētē dixerūt: qa vetura carmine p̄diceret. Quo aūt duxit venerūt qm̄ dissidēte pplo ps īferior vltro excessit: Recept[9] ē liberaliter a Fauno rege aborigenū pnepotē martis atq; ab eo data ē portio agri quā voluerūt arcades q pauci erāt. Elegerūt p̄mōstrāte Carmēta (Carmēta) collē tyberi vicinū paruūq; ī eo oppidū ꝯdiderūt: appellarūt pallātiū a metropoli eorū regiōis: q̄;uis Polybi[9] dicat dctm̄ a pallāte adolescēte ibi mortuo: sȝ nullū vestigiū extat: qꝺ Euāder aliqs cerimonias illi īstituerit: cū arā Carmētæ sb̄ Capitolio erexerit iuxta portā carmētalē. Instituerūt āt tēplū Pani lycæo arcadū deo vetustissimo ī loco quē romāi lupercal: nos lycæū dicim[9]. Erat āt illis tpib[9] ātiū

magnum

magnū sub colle arboribus tectū: & fontes sub petris profundi: & adherēs rupibus dēsa sylua. ibi atra apud quā ēt nūc romani sacra faciūt mēse februario cū zona pellis caprinæ discurrentes pgnātium fœminarū dexteras ad facilem partū verberāt. Hinc nonnulli putāt dctm lupercal eo q luāt per caprū. In vertice collis victoriæ tēplū erat hæc & lōge plura I Diony. Sunt & alia de Euādro: quæ apud Seruiū & conciuem nrm Bocatiū florentinū inuenias.

Testatúrq3 [a] locum, & letu3 docet hospitis Argi·
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit
Aurea [b] nunc, olim siluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio [c] pauidos terrebat agrestes
Dira [d] loci iam tū Siluam, saxúmq3 tremebāt.
Hoc nemus [e], hūc inquit frondoso vertice collē
Quis Deus incertū est, hītat De[o]. Arcādes ip3 [f]
Credunt se vidisse Iouem, cum sæpe nigrantem
Aegida [g] concuteret, dextra [h], Nimbósq3 cieret.
Hæc duo præterea disiectis [i] Oppida muris
Relliqas, veterúmq3 vides monumēta [k] Viro℞.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cōdidit Vrbē
Ianiculúmq3 illi huic fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passímq3 [l] armenta videbant
Romanóq3 [m] Foro, & lautis [n] mugire Carinis.
Vt ventum ad sedes hæc inquit limina victo: [o]
Alcides subijt, hæc illum regia cepit.

SER. a TESTATur locus: iurat nō sua culpa iu ra hospitii eē violata. b AUrea nūc: nūc ad vtrūq; ptinet: & ad aureā: & ad tarpeiā sedem: nā tarpeia sedes dcā ē a Tarpeia v̄gine: quū enī Romulus cōtra sabinos bella tractaret: & Tarpeio cuidā dedisset ar cē tuēdam: filia ei° Tarpeia aquā pfecta I hostes scidit: quā quū cohortarētur ad proditionē: illa p pmio poposcit ornatū manuū sini strarū: idest armillas. fcā itaq; arcis pditiōe hostes ingeniosa morte pmissa soluerūt. Nā scuta. i. sinistrarū manuū ornatū sup illā iacientes eā luce priuauerūt: q illic & sepulta tarpeiæ sedi nomen iposuit. d Dira: magna: vt An sua cuiq; deus fit dira cupido. c Relligio. i. metus ab eo qd mētem religet dcā relligio. e Hoc nemus: bñ vbiq; nemus dixit: nā tūc ædificia nō erāt. f Ipsum credunt se vidisse Iouē: I il. s. nemore: sane ad illd allu dit qd pmi dñr Ioui tēpla fecisse: nec. n. lōge sunt a mōte olympico: vñ eos dixit Iouē vidisse: & qd ipsi sunt προσέληνοι. i. añ lunam creati: vt Stat. Arcades astris lunaq; priores. licet dicat Sal. primo cretenses inuenisse religionē: vñ apud eos natus fingit Iuppiter. g Aegida cōcuteret: hic distinguēdū est: nā aegida. i. pellē amalthææ capræ a q nutritus est in sinistra Iuppiter tenet. h Dextra nimbosq; cieret: & de dextra fulmina cōmoueret. nā modo nibos p fulminibus posuit: quæ d dextra iacit. Aegidis āt cocussio cōmouet pluuias. i Disiectis oppida muris: vnū Ianiculū: aliud Saturni: iā tūc vetusta. k Monumēta viro℞: h sermōe osdit ēt Saturnū virū fuisse. l Passimq; armēta videbāt: q p° mortē Caci nullo tiore passi℞ vagabanf. m Romanoq; foro: romanū forū est vbi nūc rostra sunt. n Lautis mugire carinis: carinæ fūt ædificia fcā in carinarū modū: q erāt intra tēplu℞ telluris: lautas dixit aut pp elegantiam ædificio℞: aut pp Augustū: q natus est cunis veteribus: & nutritus est I lautis carinis. o Victor alcides subijt: εὐσυμβόλως: idest bonū Aeneæ omen osditur.

DON. ARGI: qui ex hospite fcūs est inimic°: vñ non erat pudēdū si hospitem talē interemisset q hospitalis religionis oblitus fuisset. Ducit: osidendo: non aūt ambulando: nā senex ardua nō ascēdisset vesperti no tpe. Ad tecta: vt iā appropinquasse osidat: nō aūt tecta ne ingredi viderenf. Regia: Quecunq; domus mō a rege habitetur regia iure dicitur.

CHRI DOCET Lætum: idest docet & qui lætum intulerunt: & quare intulerunt: vt culpam a se amoueat. Nunc: is capitolia: & tarpeia: & aurea: nam euandri temporibus nec aurea erant: nec illa nomina habebant: nam mons iste primo Saturnus est appellatus: de inde tarpeius a tarpeia virgine sabinorum scutis necata: de qua Proper. Tarpeiæ manes & tarpeiæ turpe sepulchrum Fabor & antiqui limina capra iouis: postremo cum Tarqn° prisc° fundamēta ad ædē iouis faciēdā cauaret ab Iueto hūano capite capitoliū dixit. Quod sequētib° tpib° ita ornatū excultūq; fuit: vt pmū Iter septē orbis spectacla poneref. Terrebat: nā prim° I orbe deos fecit timor. Paupis euādri: vt vt osidat quāta deīde in cremēta fuerit vrbis romæ: vl p trāsitū antiqrū frugalitatē laudat. Possi℞. a. nā I iis psco rū diuitie erāt. Rōanoq;. f. p° palatiū erat I via sacra ad radices capitolij. Carinis: cariæ viā sacrā ptīgebāt: vicula diui Petri sillis fī. Hæc. r. q. d. qnis pua: & huil° osidit magnos viros nō fortuiæ popas: sz aī vtutes admirari.

Aude[a] hospes ꝯtēnere opes, ⁊ te quoq; dignū[b]
Finge Deo, rebúsq; veni non asper egenis.
Dixit, ⁊ angusti[c] supter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit, stratísq; locauit
Effultum folijs, ⁊ pelle[d] Libystidis Vrsæ.
Nox ruit, ⁊ fuscis tellurem amplectitur alis.
At Ven⁹ haud animo nequiq̄; exterrita[e] mater,
Laurentúmq; minis, ⁊ duro mota tumultu
Volcanū alloqtur, thalamóq; hæc ꝯiugis aureo
Incipit, ⁊ dictis[f] diuinum aspirat amorem.
Dum bello argolici vastabant pergama Reges
Debita[g], casurásq; inimicis ignibus arces,
Non vllum auxiliū miseris[h], non arma rogaui
Artis, opísq; tuæ: nec te Carissime coniux,
Incassum ue tuos volui exercere labores.
Quamuis ⁊ Priami[i] deberem plurima natis,

SER. a ¶SACRATA valle: ideo sacrata: qa vt diximus nunq̃ est lucus sine religiõe. b ¶Sedebat: vt A sper dicit: erat quæ clausula antiqua est: ꝛ de vsu remota: ẜm Plautũ sedere ẽ cõsiliũ capere: q inducit seruũ dicentez: Sine juxta aram sedeam: ꝛ dabo meliora consilia: sed ẜm augures sedere ẽ auguriũ captare: nãq; post de signatas cæli ptes a sedẽtibus captanẽ auguria: qđ ꝛ ipse supra ostendit latenter iducens Picũ solũ sedẽtez: vt Paruaq; sedebat Succinctus trabea: qđ est augurũ: quũ alios stãtes induxerit: ergo sedebat aut erat: aut ꝯsilia capiebat: aut augurabaẽ. c ¶Thaumantias ore locuta est: ẜm poeticam. i. Thaumantis filia: cæterum ex admiratiõe hoc nomen accepit: quæ admiratio de eius colorib⁹ nascit: ꝛ græce θαῦμα dicit. d ¶Diuõm pmittere nemo: nemo pro nullus posuit: ꝛ est acyrologia: nã diuõm nemo nõ possum⁹ dicere cũ proprie nemo sit nec homo. e ¶Auderet: docet per transitum multa ĩterdũ tẽporis ratione ꝓuenire: quæ numina ꝓstare non possunt: qđ etiã paulopost in matris deũ petitiõe Iuppiter pbat dicẽs: Cui tãta deo pmissa potestas? f ¶Voluenda: pro volubilis. g ¶Nec satis: qa occurrebat ab Euãdro eus facile posse remeare. h ¶Coriti: mõtis thusciæ: qui vt dixi nomẽ accepit a Corito rege: cũ cuius vxore cõcubuit Iuppiter: vñ natus ẽ Dardanus. i ¶Armat agrestes: ne ei formidinẽ iniĳciat agrestes esse cõmemorat. k ¶Turbata arripe castra: aut arripe ꝛ turba: aut turbata suade: ꝓpter absentiam Aeneæ. l ¶Secuit sub nubibus arcũ: hoc est duxit: vt Ille viã secat ad naues: ꝛ re vera arc⁹ ipse varijs colorib⁹ secẽ: ẽ: bñ addit sub nubibus: qa sine nubis beneficio arcus nõ videẽ. m ¶Agnouit iuuenis: Irim tantum agnouit: nõ ꝛ a quo missa esset: vtrũ a Ioue aut a Iunone: hinc est qđ dicit Quis te mihi nubibus actam.

Pilũni Turnus sacrata[a] valle sedebat[b].
Ad quẽ sic roseo Thaumãtias[c] oꝛe locuta est.
Turne quod optãti Diuõm[d] pꝛomittere nemo
Auderet[e]; voluẽda[f] dies en attulit vltro.
Aeneas vꝛbe, ꝛ socijs, ꝛ classe relicta,
Sceptra palatini, sedẽmq; petiẽ Euandri.
Nec satis[g], extremas Coꝛiti[h] penetrauit ad vꝛbes,
Lydoꝛumq; manũ, collectósq; armat[i] agrestes.
Quid dubitas? nũc tp̃s equos, nũc posce currꝰ.
Rũpe moꝛas omneis, turbatáq;[k] arripe castra.
Dixit, ꝛ in Cælum paribus se sustulit alis.
Ingentẽmq; fuga secuit[l] sub nubibus Arcum.
Agnouit[m] iuuenis, duplicẽsq; ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus.

¶PILVMNI: vide Seruiũ: sunt tñ q Saturni nũ putent a pinsendo dictũ eẽ pilũnũ: qꝛ̃ pilo quo frumẽta pisebanẽ iuentor fuerit. ¶Sacrata: nã lucus erat. ¶Sedebat: cogitabat in ꝯsultando versabaẽ: nõ ꝙ sedere id significet: sꝫ solẽt q intentius aliqđ mẽte agitãt sedere vt corpus immobile teneãt ne mobilitate corpis anim⁹ quoq; vacillet. ¶Thaumãtias: de iri Thaumãtis filia dictum est in quarto. ¶Turne: optia orõ i cã delibe ratiua. Nã stati ostẽdit qđ suadere nitiẽ fieri omnino facile bñficio fortunæ: q̃ maxĩas sibi in bello (vt ẽt ostẽdit Cicero ĩ actiõe gratiaꝝ p. M. Marcello) ptes vẽdicat: nã sæpe ignaui illi⁹ fauore ĩpulsi supant fortes: ꝯtra illi⁹ iniq̃tate sæpe superanẽ. Persuadet ergo ab occasiõe q̃ a fortuna ꝓuenit: ꝛ est vna ex sex partibus: q̃ in cõiecturali ꝯstitutione signo subĳciunẽ. ¶Turne: captat beniuolentiam ab eo: q̃ñ dicat: Talis vir q etiã in reb⁹ difficilimis inuictũ te ꝓstare ꝯsueuisti. ¶Quod optãti: ostẽdit magnitudinẽ occasionis: quæ tanta est: vt nõ modo mortalis quisq̃ ea ꝓstare queat: sed nullus etiam deorũ promittere auderet: veluti q supra suas vires esse sentiret: quæ ergo põt ẽe maior occasio q̃ illa q̃ etiã deoꝝ excedat potestatem. ¶Dies: recte nam occasio cõmoditas est quæ affertur a tẽpore: ꝛ optime addit voluenda nõ volubilis: sed cui hoc necesse assit: vt deinceps voluaẽ: ꝛ sic admonet: vt præsenti vtatur: nã paulopost ex mutatione temporis mutabiẽ ꝛ ipsa. Duo ergo ostẽdit. Primuꝫ occasionem esse tantam: quantam non modo homo quisq̃: sed ne deus quidem aliquis præstare queat: deinde illaꝫ ex mutabilitate temporis: nisi eam quam primũ arripiat habituraꝫ. ¶Aeneas: nõ satis erat ostendere tẽpus cõmodum: nisi etiam ostendat spatium sufficiẽs ad rem transigendam: nam ꝛ spatium ipsum signi pars est. Hoc igitur arguitur longuꝫ futuruꝫ: quod non solum Aeneas palanteum adnauigauerit: sed inde etiaꝫ in Etruriaꝫ longius abierit. Ergo antequã illinc ad castra sua redeat erit spatium amplum Turno ad castra diripienda.

DON. ¶TVRNE: nomine excitat ꝛ proponit occasionem vtilẽ: non omittendaꝫ. ¶Aeneas: magnum pondus in nomine. ¶Nunc tẽpus e. Monet quid faciendũ: ne ille in consultando perdat tempus. ¶Dixit: nam obiurgata est: terruit: instruxit: hortata est.

¶REPENTE:

SER. a Repente: Item aliud augurium: nã cũ Iris sine nubibus nõ posset videri: post eius abscessum statim est secuta serenitas: clara autẽ bene addidit: qa tempestas τῶν μέσων. b Discindere cælũ: chasma dicit factus. i. subitã aeris diruptionẽ: & quẽdã recessum: p quod vult videri chasma Irim se recepisse. Mediũ autẽ bñ dixit. Nam est & summus: vñ est Sic vertice cæli cõstitit. Nubes autẽ in medio sunt vbi sūt omnia signa: q̃ dicit. i. Iris: chasma: serenitas: nã ñ i summo fieret: nullus videre potuisset: humani enĩ oculi altiorem nimius splẽdorẽ ferre nõ possũt: sane chasma ẽ: ita enĩ Pli. vocat diruptio & quidam cæli recessus.

Iri decus Cæli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde hæc tã clara repente[a]
Tempestas? video medium discidere[b] Cælum,
Palãtésq;[c] Polo stellas. sequar omina[d] tanta
Quisqs[e] in arma vocas. tũ sic effatus, ad vndam
Processit, sũmóq; hausit de gurgite lymphas,
Multa Deos orãs, onerauitq;[f] Aethera votis.
Iámq;[g] omnis cãpis Exercitus ibat apertis
Diues[h] Equõm, diues pictai vestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coercent[i]
Tirrhidæ iuuenes, medio dux agmĩe Turnus
Vertitur arma tenẽs, & toto vertice supra est.
Ceu septẽ surgẽs sedatis amnibus altus[k]
Per tacitum Gãges, aut pingui[l] flumine Nilus
Cum refluit cãpis, & iã se condidit alueo.
Hic subitã nigro glomerari puluere nubem
Prospiciũt Teucri, ac tenebras insurgere cãpis.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus.

c Palãtesq;. p. stellas: bene palãtes: q̃si in alienus tẽpus errore veniẽtes. d Omina tanta. s. cælestia. e Quisqs in arma vocas: vel Iuno: vel Iuppiter. f Onerauitq; æthera votis: iterũ atq; iterũ est vota pollicit9: locus aũt iste dictus est ſm augurũ morem: apud quos fuerat cõsuetudo: vt si post acceptũ augurius ad aquã venissent: inclinati aurirent exinde manibus: & fusis pcibus vota promitterent: vt visum pseueraret augurius: qđ aquæ intercessu dirũpitur: vnde etiã i. x. visum auguriũ quod aquæ intercessu dirumpitur non procedit: Nã sortitur exitum ĩfirmũ: qa cygnus dimissus ab aquila in fluuium cecidit: vt Prædamq; ex vnguibus ales Proiecit fluuio: hic videt etiã Turnus minime potuisse liberari. g Iamq; oĩs campis exercitus ibat apertis: ĩtelligamus hunc exercitum primum ĩ campos pfuse fuisse: post digestũ in ordines: vt sit sequentiũ fluminũ cõgrua cõparatio: q̃ flumina dicit post cãporũ inundationẽ ĩ alueos suos reuerti. Nã hoc vult dicere: vt de cãpis flumina ĩ alueos redeũt: sic digesta ẽ in acies militũ multitudo: q̃ fuerat añ diffusa. h Diues equũ: per genitiuũ frequẽtius vtimur hac figura q̃ per ablatiuũ. i Coercent: cogunt: colligũt. k Altus per tacitũ ganges: fluui9 ẽ indiæ: qui ſm Senecã in situ indiæ nouem alueis fluit: ſcđm Melonẽ. vij. qui tamẽ & ipse cõmemorat nõnullos dicere: q̃ tantũ tribus alueis fluat. Virgi. tamẽ nilo eũ iungens septẽ alueos hẽre significat: hãc varietatẽ Donatus fugiẽs longũ hyperbaton facit dicens ceu surgẽs. vij. amnib9 nilus: aut ganges altus per tacitũ. Sane bene addidit per tacitũ altus: hoc est p profundam altitudinem. Nã licet crescat: intra ripas tamẽ est: nec superfunditur: vt nilus campis. vnde Asper distixit: altus per tacitus. l Pingui flumine nilus: nilus dictus est quasi νέαν ἰλὺν: ĩđ est nouum limum trahens: quod volẽs exprimere dixit: Pingui flumĩe ideſt fluore: quæ res fœcundam efficit terrã: quod & ipse in georgicis ostendit dicens: Liquuntur montibus amnes: Felicemq; trahunt limum. Item Et viridem ægyptum nigra fœcundat harena.

DON. Decus cæli: Quãta est laus ornare cælum & meritum & pulchritudo.

CHRI. Tempestas: qualitas est temporis si ue aperta serena ue sit: vt hic siue contra turbida: & aduersa. Aliquando idem erit qđ tempus: vt sæpe apparet apud Salustium. Pictai: pro pictæ: & est diphthõgi græci dissolutio. Et. n. apud illos diphthõgus ai & apud nos trãsit in ae. Vertit: qđ est proprium ducis ad quem summa totius rei ptinet: vt oĩa obeundo lustrãdoq; exploret: atq; administret: & modo vsq; ad prima signa deferatur: modo ad nouissimos redeat. Ganges fluuius: indiæ q oritur ex caucaso septẽtrionalis indiæ monte in mare indicũ influit cis Taprobantem insulam. Quot aũt alueis vide Ser. Romanorum primus per illũ classes duxit Traianus: ante Traianum Alexander mace. Nilus de quo iam dictum est. Hic subini. ostendit Teucrorum vigilantiam qui ex improuiso opprimi non potuerunt cum ad omnem euentum intenti: nihil eos laterepotuisset. Mole cai. is. n. custodias agebat in turri hostibus opposita.

SER. a Quis globus.i.quãtus:admiratis enim est non interrogãtis:nec.n.interrogat qui nũciat. b Hostis adest:hic distinguendũ: vt eia sit militũ properantiũ clamor:& ẽ enniaænum qui ait Eia machæras:Ergo eia ingenti clamore dicentes ad portas ruebãt:alij hostis adest eia legunt. c Nãq; ita discedẽs præceperat: excusatio troianorum:ne portas clausisse timore viderentur. d Optimus armis:peritus armorũ: dux egregi⁹:q & futura ꝓuideret. e Si q̃ interea fortũa fuisset:scilz bellicus casus. f Pudor iraq; monstrat:licet eos hortarẽt ira & pudor. g Tardum agmen:peditũ dicit:q eqtum comparatione tardi sũt.

gnouit esse hostes. Tela:etiã lapides:& oĩa missilia dici pñt. Nãq; ita discedẽs præ.aliter.n.timidi poterãt videri Troiani:q instructa acie nõ exirent cõtra hostes æneæ ꝓceptũ propter incertos fortunæ casus sapiens fuit.Ergo duas dedit virtutes: alteram ne imbelles viderentur: alteram vt Regi parerẽt. Tardum: nõ quod tarde ambularet:sed cõparatione Turni. Iaculus: dedit pñcipius pugnæ:id.n.signus fuit ante q̃ nulli licebat arma mouere.

Quís globus[a] ŏ Ciues caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum.date tela,scãdite muros.
Hostis[b] adest.eia ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas,& mœnia complent.
Nãq;[c] ita discedẽs præceperat optimus[d] armis
Aeneas, siqua[e] interea Fortuna fuisset,
Neu struere auderẽt aciem,neu credere campo.
Castra modo,& tutos seruarẽt aggere muros.
Ergò,& si cõferre manũ Pudor[f],Iráq; monstrat
Obijciunt portas tamen,& ꝓcepta facessunt,
Armatiq; cauis expectant turribus hostem.
Turnus vt ante volás tardũ[g] præcesserat agmen
Viginti lectis equitum comitatus;& vrbi[h]
Improuisus adest maculis[i] qué Thracius albis
Portat,equos,cristáq;[k] tegit Galea aurea rubra.
Ecquís erit mecũ ŏ iuuenes qui primus in hostẽ
En ait & iaculum attorquẽs emittit in auras
Principium[l] pugnæ,& cãpo sese arduus infert.
Clamorem[m] excipiunt socij,fremitúq; sequunt

CHRI Quis glo. admirantis est & stupentis nõ interrogantis: nã res ĩprouisa vehemẽter ꝑturbat animũ vnde etiã minora maiora vident. Ergo qs globus q̃; immensa ac cõstipata multitudo. Globus enim latine est quæ Græce ἐυφορά:non ergo videbat milites: sz ex globo pulueris coniectabat q̃; multi eẽnt. Ferte citi.in maxima properatione properantẽ effert orationẽ quod demonstrant clausulæ breues:& sine copula positæ. Cõdunt se.cõponunt se ad custodias agendas & ad repugnandum. Neq; idcirco nõ prodibant obuiam hosti:quia timerent:sed vt essent obsequentes imperio Aeneæ:qui prohibuerat illos cum hostibus se absente manũ cõserere. Prudentissimi ergo ducis consilium est non ꝑmittere:vt absente se bellũ ineant ꝑꝑ incertos fortunæ casus:Quapp seuerissimũ Mãlij in filiũ suppliciũ qm imperiũ in huiuscemodi re contempsisset nõ ĩprobat. Pudor ira: ponit Aristoteles cum fortitudinem describit multos:pudore etiã si vera in illis fortitudo non sit hostibus noncedere:& iram tanq̃; cotẽ ad fortitudinẽ acuendã esse peripatetici omnes affirmant. Ostendit igitur q̃ quãuis ira & pudore ad manus ꝯferendas impellerẽtur:tamen tm̃ valuit apud eos imperium ducis:vt illi obtemperauerint. Turnus vt.a. ponit Macro.quatuor dicẽdi genera esse:copiosum:breue:siccũ:pingue:vel floridũ: atq; hunc locum siccum esse genus ostendit.

h Vrbi:troiæ:quã fecerat Aeneas castrorũ in morẽ. i Maculis quẽ thracius albis:noue albas maculas dixit: quum proprie macularũ hæc sit natura vt obscuritate sua album aliqd infuscent. k Cristaq; tegit galea aurea rubra:duo ablatiui sunt : et duo nominatiui:quos metrica ratõe discernimus. Nã & rubra crista lõgæ sunt vltimæ: qa ablatiui sunt:sane huiusmodi versus pessimi sunt. l Pricipiũ pugnæ:hoc de romana solẽnitate tractũ est:quuz enĩ vellẽt bellũ ĩdicere paterpatratus hoc est princeps fœcialiũ ꝓficiscebat ad hostiũ fines:& ꝓfatus q̃daz solẽnia clara voce dicebat se bellũ ĩdicere ꝓpter certas causas:aut qa socios læserãt :aut qa nec abrepta aĩalia:nec obnoxios reddiderãt:& hæc clarigatio dicebatur a claritate vocis: postquã clarigationẽ hasta ĩ eorum fines missa ĩdicabat iã pugnæ principiũ. m Clamorem excipiũt socij:legit & clamore: si clamore sensus erit talis:hastæ iactũ socij clamore comitant :si clamorẽ:ĩtelligim⁹ Turni: eos clãores excepisse:& cũ fremitu eũ sequũt.

DON. Per comparationẽ ondit magno silẽtio iuisse Turnũ: vt ĩprouisus opprimeret incautos:tñ ingens puluis illos manifestauit. Quis globus:primo dubitauit; deinde co

Inertia

Horrisono, Teucrûm mirantur inertia[a] corda
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sꝫ castra fouẽ: húc turbid° atqꝫ húc
Lustrat equo muros, aditúmqꝫ[b] ꝑ auia quærit.
Ac veluti pleno Lupus insidiatus ouili
Cum fremit ad caulas[c] ventos ꝑpessus, ⁊ imbres
Nocte[d] super media; tuti sub matribus Agni
Balatum exercent: ille asper, ⁊ improbus ira
Sæuit[e] in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo[f] rabies, ⁊ siccæ sanguine Fauces.
Haud aliter Rutulo muros, ⁊ castra tuenti
Ignescunt iræ, ⁊ duris dolor ossibus ardet,
Quà tentet ratione aditus, ⁊ quà[g] via clausos
Excutiat Teucros Vallo, atqꝫ effundat i Aeq̃r°.
Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat
Aggeribus septam circùm, ⁊ fluuialibus vndis
Inuadit, sociósqꝫ incendia poscit ouantes,
Atqꝫ manum Pinu flagranti feruidus implet.
Tum vero incumbunt: vrget præsentia Turni,
Atqꝫ omnis facibus[h] pubes accingitur atris.
Diripuere focos: piceum[i] fert fumida lumen
Tæda, ⁊ cõmixtã Volcanus ad astra fauillam.
Quis[k] Deus ò Musæ tam sæua incẽdia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite: prisca[l] Fides facto, sed Fama perennis.
Tempore quo[m] Primũ phrygia formabat[n] i Ida
Aeneas classem, ⁊ Pelagi petere alta[o] parabat,

SER. a INERTIA corda: nõ re vera: sed sicut hostibus videbatur. b Aditumqꝫ ꝑ auia q̃ rit: etiam per auia: sane exprimit Turni violentia. Nã viã ꝑ auia null° requirit. c Ad caulas: munimenta ⁊ septa ouium: est enim græcũ nomen c. detracto. Nã græci aulas vocãt animalium receptacula. d Nocte sup media: vltra mediã noctes: idest maiorem eius partẽ: ⁊ est bona facta elocutio per syllepsin: vt si dicas legi noctẽ sup mediam. i. vltra mediã noctem. Nulla. n. syllepsis ẽ quæ nõ ⁊ casus mutet: ⁊ egeat subauditione: vt Hanc ego nũc ignaram huius quodcunqꝫ pericli. e Sæuit in absentes: phantasiam sæuitiæ exꝑssit: qa ⁊ lupi circa caules fremũt: vt in ipsis animalibus solẽt. f Ex lõgo rabies: absoluta elocutio: vt si dicas ille famæ fatigaf ex longo. g Et qua via clausos: qua aduerbium loci est: non pro nomen: Nam nõ stat versus: si via septimus sit nõ nominatiuus: ergo qua via. i. per quas partẽ viæ vallo troianos excutiaf. Legitur tñ ⁊ quæ via: ⁊ est sensus absolutior. h Facibus accingitur atris: armaf: instruitur: atris ꝓ quasi lætiferis: nam faces ardentes sunt. i Piceum fert humida lumen: sordidior. n. ex tædis ⁊ igni fumus est. k Quis deus o musæ: qa res deorum est ⁊ ardua: iõ per se eã non potest dicere: hic aũt gloria Turni latenẽ ostidit: cuius vis nisi a numinibus repelli nõ potuit. l Prisca fides facto sed fama perennis. Oĩs antiquitas difficilis: pura ⁊ incorrupta manat in posteros: hoc. n. dicit factũ hoc licet priscum sit: tñ fama eius non est oblitterata vetustate. m Quo primũ: hoc est initio. Nõ. n. scdo fcæ st naues apd idas ab æneã. n Formabat. i. formare cogitabat: nõ. n. i ida: sed apd antãdrũ factæ st. o Alta pelagi: absolutum est: vt Lata camporum.

DON. VRGET ꝑsentia turni: plus valet præsentia eius qui potest iubẽ q̃ iussio: cum autes dicit fumida tela exprimit q̃ re dixerit facibus atris. Tpe quo: Verisimile fit res cuꝫ tempus: ⁊ locus exponitur.

CHRI. IMPROB° ira quẽ ira fac̃ improbũ. i. isatiabilẽ. Siccæ s. fauces. i. ex ardore q ꝓuenit ex sangu̇e are scunt fauces. Tuenti. ig. i. cũ enim tueatur munimenta inexpugnabilia excandescit quia despe rat expugnationes. Dolor: a quia prouenit ex ira: ira enim est accensio sãguinis ad vindictam sumendas: ergo ardet q vindicatũ si desperat gignit dolores. Excutiat: videbat. u. posse supari Troianos: si ex castris prodirent: sed desꝑabat ipos posse elicere. Classem. q. late. Vna hec via videbaf restare qua cõpellerentur. s. vt nauibus icẽsis succurrerẽt. Triplex ergo laus æneæ q mãdauerat ne se abñte in ꝑlium exirẽt. Troianoꝝ q imꝑatori suo obsequntes fuerant: ⁊ Turni q summope conaretur. Vrget. ꝑ. tur. null°. n. tã ignau° ẽ miles qui ꝑñti imꝑatore aliqd declset ꝑiculũ. Atris: ꝑp fumeos vapores. Vñ seqf Fumeũ fert piceã lumẽ. Quis. d. s re difficili scita nimis e q̃ ꝗ issimili musas iuocat. S3 fa. ꝑẽnis. q. d. si sola via ẽ q̃ res ꝑsca nec lr̃is mandata sciri potuerit ꝙ fama ꝑpetua ꝯseruata sit. Tpe: Optimũ figmẽtũ ⁊ a summo poetæ ingenio ꝑfectũ. Prisca. s. ergo credẽda res qm nec apud ꝑscos q rei ꝑpiores erãt defuit fides.

Ipsa[a] Deûm fertur genitrix Berecyntia[b] magnũ
Vocibus his affata Ioué ·da Nate[c] petenti,
Qđ tua chara parés domito[d] te poscit Olympo.
Pinea[e] silua mihi multos dilecta pér annos
Lucus in arce[f] fuit sũma, quò sacra ferebant,
Nigranti[g] Picea, trabibúsqȝ obscurus acernis.
Has ego[h] Dardanio iuueni, cum classis[i] egeret;
Læta dedi ·nunc sollicitá timor[k] anxius vrget.
Solue metus ·atqȝ hoc precib[9] sine posse parété,
Neu cursu quassatæ vllo, neu turbine venti
Vincantur ·ꝓsit[l] nostris in montibus ortas.
Filius huic contra torquet[m] qui sidera mundi.
O genitrix, quò fata[n] vocas? aut qd petis[o] istis?
Mortalí ne manu factæ imortale carinæ
Fas habeát[p]? certúsqȝ[q] icerta pericula lustret

SER. a ℂIPSA deûm fertur genitrix: figmentũ hoc licet poeticũ sit: tamen quia exemplo caret notatur a criticis: vnde longo proœmio excusat. Nã ideo ⁊ prisca ratione religionis: ⁊ Iouis beneficio dicit esse perfectum: vt naues mutarentur in nymphas: quo vł aliqua ex parte possit eẽ verisimile. b ¶ Berecyntia: mater deũ a monte phrygiæ berecynto: cui⁹ vltima syllaba caret aspiratione: quam addimus quoties montẽ deli cynthium dicimus: ẽ aũt te nuis ista discretio: qbus nominibus subtrahit debeat aspiratio. Nã ecce riphæi mõtes arcadiæ nõ scribunt cũ aspiratõe: quã addim⁹ qñ ties riphæos mõtes scythiæ significamus. c ¶ Da na. pe. ac si diceret ei: q̃ iubere debuerat. d ¶ Domito te poscit olym. vł dicere ꝓ stã ei: cuius bñficio seruatus ad olympi regna venisti. Saturnus. n. quum oẽs cõsumeret filios: Iouẽ solũ esse nõ potuit celatus matris auxilio: domito ergo olympo: in tuas scilȝ leges per beneficiũ meum mundo redacto. e ¶ Pinea silua mihi: congrue: nã pinus ĩ tutela matris est deum. f ¶ Arce fuit summa: hoc est apud Gargara: q̃ dicta sunt q̃si καρα κρατὸς. i. caput capitis: altitudinis altitudo: cara ẽ κεφαλὴ: Hom. γάργαρον ἄκρον. Gargara aũt sunt montis idæ cacumina: ꝓpter quod dixit in arce summa. g ¶ Nigranti picea: vmbrosa: ⁊ picea genus est arboris: vnde pix desudat: harum autẽ sm̃ Plinium qnqȝ sunt species: sicut etiã supra diximus. h ¶ Has ego: non trabes. Nã de acere naues nõ fiunt: vnde melius arbores intelligimus: referentes ad piceas: vel ad pinos. Sane notandũ trabes eum dixisse de arborib⁹: quum nõ dicantur nisi iam cæsæ ⁊ iã compositæ. i ¶ Classis egeret: iusta Aeneæ petitio: ⁊ cõcedentis benignitas numinis exclusit piaculũ. Nã his remotis sacrilegiũ cõmitteretur. k ¶ Timor anxius: aut perpetuũ est timoris epitheton: aut certe verum timorẽ voluit significare: vt separet ab eo: q ex cupiditate nascit prosperorũ: vt Exultãtiaqȝ haurit Corda pauor pulsans. l ¶ Prosit nostris in mõtibus ortas: bona breuitas. Nã detraxit ⁊ his ⁊ esse: nã plenũ est prosit ⁊ his ortas esse in mõtibus nostris: quod fecit elocutionis causa. m ¶ Torquet: qui sustinet: regit. n ¶ Quo fata trahis? ostendit fata aliquatenus trahi: nõ tñ vsqȝquaqȝ: hoc. n. dicit: quo. i. ad quam rẽ. o ¶ Petis istis: pro istos. Nã sic dicim⁹ peto tibi ꝓ te. p ¶ Fas habeant: ius: nec. n. possent æterna esse: quæ ab hominibus facta sũt. Hor. Debemur morti nos nostraqȝ. Nam sicut animi facta sunt imortalia: ita corporis perceũt. Sal. Cæterum studia nostra sicut anima immortalia sũt. q ¶ Certusqȝ icerta pericula: id dicit casib⁹ licẽtiã hæc petitio vult adimere. Nã æneas forte q̃ hõ ẽ nauigationis ds timere periculũ: quod perit si eius nauib⁹ æternitas det.

DON. ℂIPSA de. ge. nullus hõ hæc viderat: aut audierat: sed musæ poetã docuerũt. ¶ Da: imperatiua vox ostendit parẽtis. ¶ Nate: quod nomen ad impetrãdũ multũ valet. ¶ Chara: vt sit de partu q̃ȝ diligis: ⁊ quæ te amat. Rẽ autẽ arduam petitura: causas iustas inserit. ¶ Torq̃t q. s. cui ẽ oĩum rex ptãs: sed tñ nõ ds aliqd pstare ꝯtra fatũ vt illa petit. s. vt ⁊ naues ⁊ æneas nõ sint subiecti casibus.

CHRI. ℂTORQUEBAT q. s. m. in circuitũ ait: est enĩ q solũ mouet: ⁊ est hæc prima causa ⁊ verus deus p quẽ oĩa sunt: ipse aũt p se est. Stabilisqȝ manẽs dat cuncta moueri: est itidẽ qđ mouet ⁊ mouet: vt sunt secũdæ causæ est qđ solũ mouet: vt hæc inferiora. Optime igitur diffiniuit deũ: q torquet sydera mũdi. i. q omnia mouet cum ipse imobilis maneat: fabula ergo physicũ aliqd ⁊ theologicum posuit: vt diffiniret verum deum: mox vt poeta ad fabulas reuoluit. ¶ Mortalí ne. m. f. oĩa q̃cunqȝ sunt adeo sunt. Sed q̃dã ipse facit imediate. i. sine aliquo medio ⁊ sine scðis causis: ⁊ hæc qsi ꝓxima sunt suo factori: nullaqȝ eã iterponit: iter se factoreqȝ suum adeo retinet de natura factoris q̃ imortalis est: vt parũ ab ea degeneret: ⁊ ppea imortalitatẽ retinẽt: vt sunt animæ humanæ. Quædã vo facit nõ oĩno imediate sed p secũdas causas: vt sunt corpora cõposita: ⁊ hæc ita degenerant vt nõ seruẽt factoris imortalitatem.

ℂCVI TANTA

Aeneas? cui tanta[a] Deo permissa potestas?
Immo, vbi defunctæ[b] finé, portúsq[ue][c] tenebunt
Ausonios, olim quæcúq[ue][d] euaserit[e] vndis,
Dardaniúmq[ue] ducé Laurétia vexerit arua,
Mortalem[f] eripiá formá, magníq[ue] iubebo
Aequoris esse deas, qualis[g] Nereia Clothò
Et Galátea secát spumáté pectore Pontum.
Dixerat. idq[ue] ratum stygij pér flumina fratris,
Pér pice[h] torréteis, atráq[ue] voragine ripas
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergò aderat[i] pmissa dies. & tépora Parcæ
Debita cóplerát: cum Turni[k] iniuria matrem
Admonuit ratibus sacris depellere tædas.
Hic primú noua lux[l] oculis effulsit, & ingens
Visus ab aurora Cælú transcurrere Nimbus,
Idæiq[ue] chori, tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troú, Rutulorúmq[ue] agmina cóplet.
Ne trepidate[m] meas Teucri defendere naues:
Neue armate man[us]. maria ante exurere Turno
Quàm sacras dabitur pinus: vos ite solutæ,
Ite Deæ[n] pelagi: genitrix iubet: & sua quæq[ue]
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinúmq[ue] modo demersis æquora rostris
Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidé facies, Pontóq[ue] feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.

SER. a ¶ CVI TANTA deò permissa potestas? cui ac si diceret: nec regi q[ui]dé deo[rum]. b ¶ Defunctæ: liberatæ: vt O tádem magnis pelagi defuncte periclis. c ¶ Portusq[ue] tenebút: nautico vsus est verbo: cu[m] de nauibus diceret. d ¶ Quæcu[m]q[ue]: hic ostédit aliquas esse perituras. e ¶ Euaserit vndis: de vndis exierit: qu[um] venerit ad eú locú de quo nauigaturus iá non sit: alij legút euaserit vndarum periculum. f ¶ Mortalem eripias formam: bene dixit mortalé. Nec enim potest fieri: vt eadé res & mortalis sit & imortalis ante é vt desinat eé mortalis. g ¶ Qualis nereia clothò: nó tales dixit erút: sic sup[ra] Qualis mugitus fugit cum sauci[us] ará Taurus. h ¶ Per pice torrentes: ardentes: & est figmentú poeticú. i ¶ Aderat pmissa dies: pmissu[m] tépus aduenerat. k ¶ Turni iniuria: scil[icet] quam inferebat: & modo iniuria est ἀδικημα: idest iniustitia: hinc &, apud comicos iniurius est qui audet aliquid cótra ordiné iuris: & bene iniuria: quoniam & cótra necessitatem fati & contra rationé federis bella cómouerat. l ¶ Noua lux. i. nimbus deorum: quod & paulo post dicit. m ¶ Ne trepidate: pro ne festinetis: & per hoc significat: i[de]ó ad nauium defensionem egressos non eé troianos: quia numen vetuit. n ¶ Ite deæ pelagi: alij hucusq[ue] volunt matrem deum locutá: alij iungunt genitrix iubet: Quá sacras dabitur pinus: fabula talis est: atys puer speciosus cum matris Deú præesset sacris a rege ciuitatis suæ amatus est: sed cum intelligeret vi[m] sibi a rege instare illam in siluas profugit: cú vero iuuentus esse[que] vim studeret inferre rex verenda stupratoris abscidit: qui moriens eandem ipsam corporis puero abscidit: qué semianime[m] sub pinu latentem cum inuenissent antistites matris magnæ: platum in templu[m] Deæ: frustra conati reficere: defunctum sepeliuerunt: Cuius vt perpetua memoria maneret: mater magna instituit: vt quot annis in sacris suis plangeretur: pinumq[ue] arboré: sub qua iacuerat: tutelæ suæ adscripsit & effecit: vt cultores sui viriles sibi partes amputarent: qui archi galli nuncupantur.

DON. ¶ HIC. p. debuerunt añ cóiurationé præire signa ne casu res facta videatur: deinde vox sequit[ur] vt piectura signorum firmetur. ¶ Maria ante pulcher a loco in quo erát possibilitatem sú[m]psit. ¶ Totidé: vt appareret ipsas esse quæ fuerunt versæ.

CHRI. ¶ MORTALem eripiam formam: quasi dicat: ipse nulla causa interposita vt immortales iure esse possint. ¶ Et totus nutu tremefecit olympus. Macro. alioquin vir multa doctrina excellens in hoc loco nationis ingenio non discedit: nam Græci omnia suis arrogant. Nostris cótra omnia detrahere conátur. Ait igitur phidiam cum Iouem olympum finxisset interrogatum de quo diurnam mutuaretur effigiem respondisse se archetypu[m] iouis in tribus homeri versibus inuenisse tan[tum] q[uod] illi vitio det si quicquid Home. dicit ipse non dicat: ac de supercilijs & crinibus totus illius vultum collegisse. Miraturq[ue] hoc a marone ptermissum. Sed non video cur hoc Hemistichio illius maiestatem non minus q[uam] Homerus expresserit.

SER. a ❡OBSTIPVERE rutuli: timuerũt rutuli: timuit Mesapus numinis filius: timuit Tiberis: per hos aũt gradus maior Turni designat audacia: tale est & in quarto: At nõ infelix animi phoenissa. b ❡Et Amnis rauca sonãs: licet antiqtas habuerit hic & haec amnis: melius tamen ẽ accipere rauca sonãs p rauce: q̃ rauca amnis. c ❡Reuocatq3 pedẽ tyberinus ab alto: nũc ipsum deum territũ dixit: sup vndas fuisse p teritas: & in se repressas. d ❡Alos tollit dictis: magnanimitates suas cõprobat dictis: tale ẽ illud ecõtrario: Turbatũq3 oculis. e ❡Haec mõstra petũt: appetunt vt reginam petit. f ❡Iuppiter ipse: scilz q oĩbus pstare psueuit: vñ & Iuppiter dictus est quasi iuvans pater. ergo auxiliũ solitũ nõ circa troianos accipimus: sed qd ipse pstare psueuit. g ❡Non tela neq; ignes expectãt rutulos: nõ expectãt troiani: vt rutulorum telis aut ignibus pereant: quia iam nauium amissione perierũt. h ❡Maria inuia teucris: color ẽ: nã rẽ quam troiani p se putabant: i cõtrariũ vertit: dicẽs nauigationis auxiliũ & fugae pdidisse troianos: quos pstat pro felicitate habuisse nauigatiõis vitare discrimina. i ❡Rerũ ps altera: humanae. n. naturae duo elementa pcessa sunt: mare videlz & terra. k ❡Nil me fatalia terrent: tacitis quaestionibus occurrit dicẽs si fataliter se ad italiã venisse dicũt: iã venerũt: cõpleta sunt fata. Et callide tacuit qd erat fatale. Troiani. n. dicebãt Italiae sibi regna deberi: & ẽ oratoꝝ q̃stiões ita pponere: vt facilẽ solutiõis sortiant̃ euentũ. l ❡Si q̃ phryges prae se iactãt: quasi & ista cõfingant. m ❡Sunt & mea contra fata mihi: hoc falsũ ẽ qd dicit Turnus: sed in arte rhetorica tunc pcedit̃ vti nobis mendatio: quũ redarguere nullus põt: vt hoc loco: qs eni vere põt scire Turno data essent nec ne rñsa? qa scit falsus esse qd dixit argumẽtis pbare dicta cõtendit.

dicẽs esse sceleratã gentẽ ob raptã sibi cõiugẽ: in quo facto vtitur graecorũ exẽplo. g raptã Helena gentẽ deleuere troianã. n ❡Cõiuge prepta: luidiose sponsas cõiuges vocat. o ❡Nec solos tangit atridas iste dolor: cur nõ in similitudine criminis sit poenae similitudo? si culpa repetit̃ supplicia quoq; geminet̃. p ❡Penit[us] modo nõ gen[us] omne perosum Foemineu3: mõ omẽ genus foemineum nõ eos penitus posos decebat: locut[us] ẽ aũt figurate.

Obstipuere[a] animis Rutuli: conterritus ipse
Turbatis Mesapus eqs cũctatur, & Amnis[b]
Rauca sonãs, reuocatq3[c] pedẽ Tyberin[us] ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno
Vltro animos[d] tollit dictis, atq3 increpat vltro
Troianos haec mõstra[e] petunt: his Iuppiter[f] ipse
Auxilium solitũ eripuit: non tela[g], neq3 ignes
Expectãt Rutulos: ergò maria[h] inuia Teucris,
Nec spes vlla fugae. rerum[i] pars altera adẽpta ẽ.
Terra aũt in nostris manibus: tot milia gentis
Arma ferũt Italae: nil me[k] fatalia terrent
Si qua[l] Phryges prae se iactant responsa Deoru3.
Sat fatis, Veneriq3 datũ est, tetigere qp arua
Fertilis ausoniae Trões: sunt[m] & mea contra
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem
Coniuge[n] praerepta. nec solos[o] tangit Atridas
Iste dolor, solisq3 licet capere arma Mycenis.
Sed perijsse semel satis est. peccare fuisset
Ante satis. penitus[p] modo nõ genus omẽ posos
Foemineũ, quibus haec medij fiducia Valli

DON. ❡INCREpat. n. temeritas maxima q cũ factũ sit intellexisset: debuit poti[us] fortunã sua deflere. ❡Auxiliũ solitũ. q. d. qui fingere semper soliti sunt. ❡Tot milia: separa & deinde dic gentes.

❡Phryges: pro conuitio posuit. ❡Solos atridas: Sluerunt poenas primarum iniuriaru3 in atridas pulsi patria luent & istarum in nos iam extores: & ideo imbecilliores est ergo mirum exemplum deprimit autes omnia illorum gesta apud Troiam: & se graecis pponit qp non fraude: sed vi velit adoriri.

CHRI. ❡AVXILIVM. s. e. Maxima prudentia vt qp ab hostibus est p se facere argumentetur. ❡Rerũ. p. a. cum mari ac terra mortales vti possint: mare ereptum: esse remotis nauibus ostendit: terram vero in sua potestate eẽ qñ tot itali in suum auxilium veniunt. ❡Si q̃ ph. mire pfutatio: primum enim dicit Troianos iactare fata sua: qd ẽ ac si dicat falsa eẽ q̃ loquunt̃: deide circũscribit q̃ negare oĩno nõ pt: nã dicit voluerũt fata i italiã vẽire Troianos: non autem regnare: & cum venerint satisfactum est fatis: deinde contra apponit factum suum quod q̃uis falsum sit: tamen nõ facile dilui potest: & illud validissimum pfert si non fuit illis satis rapuisse vnam coniugẽ s. Helenam non debere esse fatis qp semel perint. ❡Haec me. s. u. validissimum argumentum: nam si non potuerunt cum integri eẽnt munitissima; validissimaq; vrbe se tueri: quonam modo

nam modo nūc multis īminuti fossā ꝛ vallo se defendent? cōtra quos nec Vulcanijs armis dicit sibi opus esse: neq; mille nauibus etiā si oēs etrusci ab illis pugnent: cū careant Hectore a quo per decennium defensi sunt: neq; aut dolis Vlyxis quibus palladium furatus est: neq; dolis equi rem aggressurum: sed aperto Marte acturum promittit.

Fossarúmq;[a] moræ læti discrimine paruo
Dant animos. an non[b] viderunt mœnia Troiæ
Neptūni fabricata manu considere in ignes?
Sed vos ò lecti ferro quis scindere vallum[c]
Apparat? ꝛ mecū inuadit trepidantia castra?
Non armis[d] mihi Volcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. addāt[e] se protinus omnes
Hetrusci socios. tenebras, ꝛ inertia furta
Palladij cæsis summæ custodibus arcis
Ne timeant. nec Equi cæca condemur in aluo.
Luce[f] palā certum est igni circundare muros.
Haud sibi cū Danais rem faxo, ꝛ pube Pelasga
Esse putēt, decimuʒ q̄s distulit[g] Hector ī annū.
Nunc adeo, melior[h] quoniam pars acta diei
Quod sup est læti bene gestis[i] corpora rebus
Procurate viri, ꝛ pugnam[k] sperate parati.
Interea vigilum[l] excubijs obsidere portas
Cura datur Mesapo, ꝛ mœnia cingere flāmis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent
Delecti. ast illos centeni[m] quéq; sequuntur
Purpurei cristis iuuenes, auróq; corusci.
Discurrunt; variántq; vices, fusiq; per herbam
Indulgent vino, ꝛ vertunt[n] Crateras ahenos.
Collucent ignes. noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc sup ē vallo ꝓspectant Trôes, ꝛ armis
Alta tenēt. nec nō trepidi[o] formidine portas
Explorāt; pontésq;[p]; ꝛ ꝓpugnacula[q] iungunt.

SER. a ❡ FOSSARUMQ; moræ: q̄si nō tutela: sʒ mortis dilatio. b ❡ An nō viderūt: legitur ꝛ at nō: si an non absoluta est: si at nō est īcepti ua particla ad ornatū ptinēs. Horatius: At o deorū quicqd ī cælo regit: tale est: At non sic phrygius penetrat lacedæmona pastor? c ❡ Vallū: vallus dr ipsa munitio. Nā valli fustes sunt: quibus vallū munitur: ipse de fustētaculis vitiū. Primus vallos sub tecta referto. d ❡ Nō armis mihi vulcāi. bene arma gnaliter dixit. Nā ipse habuit a Vulcano: sed solū gladius: vt. enses Quē dauno ignipotens deus ipse parēti Fecerat: ꝛ stygia candentes tinxerat vnda. per hoc aūt q̄si latēter dicit se Achille meliorem: q se troianos etiā sine diuinis armis superare posse ꝯfidit. e ❡ Addant se protinus oēs: ne timere videat̃ auxilioꝝ multitudinē: dicit esse incremēta victoriæ. f ❡ Luce palam pp tenebras: ꝛ furta inertia. g ❡ Quos distulit hector: ubi solius Hectoris facta est cōmemoratio: vt ostendat̃ ipse perijsse: q potuit esse terrori: ꝓpter qd vult Aeneā nihil fortiter fecisse in bello troiano. h ❡ Melior quoniā pars diei. i. maior ꝛ prima. i ❡ Bene gestis corpore rebus: in eo tantū q̄ hostes non ausi sunt egredi. Homeri est νῦν δ᾽ ἔρχεσθ᾽ ἐπὶ δεῖπνον ἵνα συνάγωμεν ἄρηα. k ❡ Pugnā sperate parati. ꝯtra troianos: nō ꝫ troianis; ne videat̃ contra supra dicta oia nūc socijs īferre timorē. Sperate autē dixit q̄a cupidos eos ostēdit pugnæ ꝛ victoriæ: vt viros fortes. l ❡ Vigiluʒ excubijs: excubiæ sūt diurnæ: vigiliæ nocturnæ. m ❡ Centeni. q. cēturionū. s. ex more romanæ militiæ. Naʒ ex numero militūʒ: q eos sequūtur gradus dignitatis apparet: vñ ꝛ milites dicti a mille: ꝛ tribuni militū dicti sunt χιλίαρχοι. n ❡ Vertūt crateras ahenos: potant: ꝛ ē hemistichium ennianuʒ. o ❡ Trepidi formidine: festini propter formidineʒ. Nā non est iteratio. p ❡ Pontes: q fiunt in muris angustioribus. q ❡ Propugnacula: pinnas.

CHRI. ❡ SED. u. optimus ꝓgressus: nā primo ducit hostes in cōtēptioneʒ: deinde hortat̃ suos: vt in illos audeāt. ❡ Mecū: vt ostēdat nō mittē eos ad pericula q̄ ipse detractat. ❡ Noctē insomnē. i. milites īsomnes in nocte. ❡ Ludo: nā voluptas q̄ capit̃ in ludo excitat spūs q excitati somnū arcent. ❡ Hæc sup: vt multa fiducia reddebat rutulos negligentiores: ita contra Troiani ex periculo admoniti oīa diligentius curabant: facit ergo narrationē verisimilem: quia est s̄m naturam. ❡ Pontes: nā cuʒ mœnia non sint: ita lata vt discurrentes per illa recipere possint: apponuntur tabulata: ꝛ veluti pontes. ❡ Propugnacula: sunt quibus e mœnibus pugnando hostes arcemus: ꝛ tutos nos reddimus.

SER. a ¶ RECTORES iuuenum: legit & iuueni si iuueni Ascanio si iuuenum magistros militum accipe. b ¶ Sortita periclum: sorte diuisa ad defensioné pericli. c ¶ Quod cuiq; tuendum est: exercet vnusquisq; vices ad id qđ accipit tuendū. d ¶ Ida venatrix: a plerisque Ida mater Nisi accipitur: quia dixit vēatrix. nā si montem volueris accipere: abusiue idā venatricem dictam intellige: pro venationibus abūdanté. Nā venatrix propriе est quæ venat. nō quæ venationibus abūdat. e ¶ Iaculo celeré: bene inducit Nisus optimum esse iaculatorem: & hāc præmittit armorum peritiam qua post plurimum poterit in Euryali defensione.

n ¶ Cernis quæ rutulos habeat fiducia rerū ipsius desiderij vult esse rationabiles causas. o ¶ Somno vinoq; sepulti: alterū pendet ex altero: & sepulti quasi sine pulsu & nil sentientes. p ¶ Porro hortantis est.

Tela gerunt. instāt Mnestheùs, acérq; Serestus.
Quos pater Aeneas, si quādo aduersa vocarét
Rectores[a] iuuenū, & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros Legio sortita[b] periclum
Excubat, exercétq; vices, qđ[c] cuiq; tuendū est.
Nisus erat portæ custos acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Aeneæ quē miserat Ida[d]
Venatrix iaculo[e] celeretem, leuibúsq; sagittis.
Et iuxta comes Euryalus, quò pulchrior alter
Non fuit Aeneadū, troiana[f] neq; induit arma.
Ora puer prima signās intonsa iuuenta.
His amor vnus erat, pariterq; in bella ruebant.
Tum quoq; cōmuni portam statione tenebant.
Nisus ait. Dij[g] ne hunc ardoré mentibus[h] addūt
Euryale? an sua cuiq; Deus fit dira[i] cupido?
Aut pugnā, aut aliqd[k] iādudū inuadere magnū
Mens[l] agitat mihi, nec placida cōtenta qete[m] est.
Cernis[n] quæ Rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant. Somno[o], Vinóq; sepulti
Procubuere; silent late loca. percipe porro[p]

DON. ¶ IVVENI. ascanio: aut appellatōe vnius oēs intellexit. ¶ Nisus: q; cito dixit nomē p̄fēs: locū i quo nat᷒: & quib᷒ eēt studijs. ¶ Troiana induit ar. cæteris pulchrior: pulcherrim᷒ autem cum eēt armat᷒. ¶ Dira cu. cogitationes maximas de᷒ aliquis mouet: an ipsa sibi mēs parus est.

CHR. ¶ QUO PA. æ. & hoc prudentis imperatoris fuit: vt ab futuros aliquos summæ rerū p̄ficeret. ¶ Rectores iu. nam illa ætas cum animis abundet: & prudētia careat rectorib᷒ indiget. ¶ Sortita p. per sortes accipiens inter se ea in quibus periculum erat. ¶ Quod cuiq; æ. certi enim certis rebus delegandi sunt: nam quod omnibus faciundum relinquitur a nullo fit. ¶ Nisus & optime iuueni dat robur animi sine multa prudentia. ¶ Non. f. æ. t. u. i. a. non fuit alter ex ijs qui arma induerent. ¶ Dij ne hunc ar. m. a. ¶ An sua cuiq; de. fit di. cu. optima est Seruij expositio: sunt etiā qui dicāt animas nostras: ita esse instructas suis viribus: vt duas extremas opari non sentiamus: ergo quemadmodum vegetatiua quæ oīum humillima est non sentitur a nobis cum operatur: nam neq; sentimus corpus crescere: neq; decoctionē in stomacho epate vesieri neq; venas pulsare: & alia multa: ita intelligentia quæ suprema est: & supra intellectum posita deo pene coniungitur nobis non aduertētibus agit: & hæc quidem nobis: vt Platonici aiunt pro deo est. ¶ Cernis quæ rutulos: monebat ad tam egregium facinus adolescenté ingens gloria: & summa reipub. vtilitas deinde dabat spé perficiendi negligentia hostium quæ rerum secundarum semper comes esse solet.

f ¶ Troiana nec induit arma: hoc est qui nō dū bellicosa arma induerat. i. acceperat: & h̄ dicit pulcher qdé erat: s; nōdū bellādi perit᷒. g ¶ Dij ne hūc ardoré mētib᷒ addūt Euryale? an sua cuiq; de᷒ fit dira cupido? apud Plotinū philosophū: & alios querit vtrum mentis nostræ acies per se ad cupiditates & consilia moueatur: an impulsu alicui᷒ numinis: & primo dixerunt mentes humanas moueri sua spōte. deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos genio: & numine quodam familiari: quod nobis nascentibus datur: praua vo nostra mente nos cupere & desiderare: nec. n. potest fieri: vt praua numinum voluntate cupiamus: quibus nihil malum constat placere: vnde nunc hic ortus est sensus. hoc enim dicit Nisus. O Euryale dij ne nostris mētib᷒ cupiditates iniciunt: & desideria: an deus fit ipsa mentis cupiditas? h ¶ Mentibus addunt: bene addunt. Nam animus sui natura prudens est: sed ei additur: vt aliquid impatiēter desideret: quasi præter eius naturā adiūctum ex altero. i ¶ Dira: magna. k ¶ Aliquid magnū. s. per hostis transitū. l ¶ Mēs agitat mihi: molitur. m ¶ Quiete: mō ocio non somno: nam in vigilijs fuerat collocat᷒.

¶ QUID

SER. a ¶ QVID dubitē. i. cogitem. ois. n. cogitatus in dubitatione est ante sniam. b ¶ Populusq; patresq;: transfert in troianos romanam psuetudines: vt solet plerūq; prius eniz iubebat populus: post confirmabat senatus. c ¶ Reportēt: portent: nãs revacat. d ¶ Si tibi quæ posco pmittūt: poscere est fm Varronem quoties aliqd pro merito nostro depo scimus. Petere vo est quūz aliquid humiliter & pcibus postulamus: et bene Euryalum: sqd nolit dicere latenter ostēdit. e ¶ Mœnia palantea: vbi nūc credit esse Aeneam. f ¶ Sūmis adiungere rebus: sūmum & extremuz dicimus & laudabile. bene ergo in re dubia fer mone vsus est dubio. Nā hoc dicit nō debes me nec a tua gloria: nec a periculis segregare. g ¶ Genitor bellis assuetus: ipse puer ē: nec dū pbatus: vnde se & ab illis tpibus: & a patris vtute cō mēdat. h ¶ Argolicū terrores quē græci inferebāt. i ¶ Sublatū: susceptus. k ¶ Est hic a/us: hic pōt esse & aduerbium demōstrantis: vt sit est hic. i. in meo pectore: pōtest & sic accipi: vt dicas hic est: est a/us lucis ptemptor: hoc est iste a/us. ergo hic & pduci pōt & corripi. l ¶ Istū Qui vita bene credat emi quo tendis honorē: quo tēdis. i. ad quē niteris libēter emat vita. i. vitæ pcio. m ¶ Nil tale verebar: quale tu suspicaris. n ¶ Hæc: humana negocia: vel quæ loqtur. o ¶ Mandet humo: multi hic distinguunt: alij iungunt mandet humo solita: vt cōmendet in terra. solita aūt fortuna quæ pijs inuidere psueuit.

Stat hinc trahēs colorē ait Inuida fata pijs: & fors ingētibus ausis Rara comes. p ¶ Absenti ferat Iferias: hoc ē cenotaphion faciat: & impleat honorē sepulchri. q ¶ E mtibus: e nobilibus. Nā matres nō nisi nobiles dicimus: vnde & matronæ dictæ sūt. Scimus autem non oēs mulieres in sicilia remansisse. Nā legitur in. xi. Et mœstū iliades crinem de more solutæ. r ¶ Ille autez: hoc loco eē interruptā orationem Nisi intelligimus.

Quid dubitē[a], & quæ nūc aio sententia surgat.
Aenean acciri omnes Populúsq;[b], Patrésq;
Exposcunt, mittíq; viros qui certa reportent[c].
Si tibi[d] quæ posco promittunt (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros, & mœnia[e] Palantea.
Obstipuit magno laudum percussus amore
Euryalus, simul his ardētez affatur amicum.
Mé ne igitur socium summis[f] adiungere rebus
Nise fugis? solum te in tāta pericula mittam?
Non ita me genitor[g] bellis assuetus Opheltes
Argolicum[h] terrorem inter, Troiæq; labores
Sublatum[i] erudijt, nec tecum talia gessi
Magnanimū Aenean, & fata extrema secutus.
Est hic[k], est Animus lucis contemptor, & istum[l]
Qui vita bene credat emi, quò tendis, honorez.
Nisus ad hæc. equidem de te nil tale[m] verebar,
Nec fas. non ita me referat tibi Magnus ouantē
Iuppiter, aut quicūq; oculis hæc[n] aspicit æqs.
Sed siquis, quæ multa vides discrimine tali
Siquis in aduersum rapiat Casus ue, Deus ue;
Te super esse velim, tua vita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna, precióq; redemptuz
Mádet[o] humo solita, aut siq; id Fortūa vetabit,
Absenti[p] ferat inferias, decorétq; sepulcro.
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris,
Quæ te sola Puer multis è matribus[q] ausa
Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.
Ille autem[r] causas nequiq; nectis inanes,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.

¶ SED SIqs: DON. Omnia hoc refert q in causa min' spei plus timoris inest.

¶ OBSTIPuit: nō periculo: sed cupiditate laudū. ¶ Mé ne: oro est ab amicissimo animo eus neq; ab illo spernendū se I societate reꝫ magnaꝫ neq; se illū I periculo deserere dignum putat. ¶ Nō ita. modeste se laudat. cū quieqd in se roboris sit ab. educatiōe q ppria parētis esse puenire demōstrat. ¶ Nec te eus talia gessi: CHRI

nam si alijs per ætatem minus cognitus sim tibi tñ cum quo semp sum: probatus me esse oportet. ¶ Casus: fm epicureos: Qui deos humana curare negabāt: & omnia casu fieri putabant. ¶ Deus ue: fm academicos maxime qui prouidentia dei omnia regi: vt nos volunt: Totus autem iste locus & quid valeat amicitia cum vera est: & commiserationem summam propter euentus demonstrat: quæ prouenit ab excellentia animoruz vtriusq;. Commiseratio enim captatur: vt ostēdit Cicero Non minus a magnitudine animi q̄ a lachrymis.

Acceleremus ait, vigiles[a] simul excitat illi
Succedunt, seruántq;[b] vices statione relicta.
Ipse comes Niso graditur, regémq;[c] requirunt.
Cætera[d] per terras omnes Animalia somno
Laxabāt curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus
Consilium[e] summis regni de rebus habebant.
Quid facerēt? quís ue Aeneæ iā[f] nuncius esset?
Stant lōgis adnixi[g] hastis, & scuta tenentes,
Castrorū[h], & cāpi in medio tum Nisus, & vnà
Euryalus cōfestim alacres admittier orant.
Rez magnā[i], preciúmq; moræ fore prim[o] Iulus
Accepit[k] trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides. audite ò mentibus æquis
Aeneadæ. né ue[l] hæc nostris spectent ab annis
Quæ ferimus Rutuli Somno, Vinóq; sepulti
Procubuêre locum insidijs cōspeximus ipsi
Qui patet in biuio Portæ[m], quæ proxima Pōto.
Interrupti[n] ignes, atérq; ad sidera fumus[o].
Erigitur, si fortuna[p] permittitis vti
Quæsitum[q] Aenean, & mœnia Palantea.
Mox hic cum spolijs[r] ingenti cæde peracta
Affore cernetis, nec nos[s] via fallit euntes.
Vidimus obscuris[t] primam sub vallibus vrbem
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.

SER. a ¶ VIGILES simul excitat: q vigiliarum officium simul habebant. b ¶ Seruátq; vices: hic distinguendū est: alias sensus nō procedit: si adiunxeris statione relicta. c ¶ Regé q; requirūt: regis filiū: vt Magnū reginæ sed enī miseratus amorē. d ¶ Cætera per tras omneis: exaggerat more suo vigilantiū laborē. e ¶ Consilium summis regni de rebus habebant: Lucilij versus vno sermone mutato: Nā ille ait Cōsiliū sūmis hominū de rebus hébant. f ¶ Iā nūcius eēt: iaz aut cito: aut quū nullū fuerint. g ¶ Adnixi hastis: osēdit iā eos diuturna statione fatigatos: qd aūt stant & romani: moris ē: & bellicæ necessitatis: hūc aūt standi habituz & Sal. commemorat: vt Fessi arma sua qsq; stātes incūbere. h ¶ Castrorum & cāpi medio: in medio cāpi spatio: q cāpus castrorum medius fuit. i ¶ Rem magnā preciūq; more fore: dicebat se afferre rē magnam: cuius mora preciū posset afferre. i. pœnā. Ter. Ego preciū ob stultitiā fero: vt sit sensus: si tardius mittamur ad Aeneā: luemus hostiū pœnas: alij sic itelligunt scimus qdē aduentū nostrū: morā vestris afferre consilijs: verū huius moræ erit preciū. i. remuneratio. Nāq; hoc offerebāt: qd illi cogitabāt: vt diximus supra Quis ue æneæ iā nūcius esset. k ¶ Accepit trepidos: festinos more suo. l ¶ Né ue hæc nostris spectétur ab annis: bene excusat: qa scit de ætate puerorū posse dubitari: dicēs nō ex suggerētū persona: sed suaui cōsilia pōderāda. m ¶ Portæ q proxima pōto: apparet: vt supra diximus castra troiana i hostiēsi fuisse: siqdē nullus alter locus i laurolauinati hic fluuio cohæret: hic pelago: & nūc dicit Portæ q proxia ponto. itē paulopost dicturus ē: Opposuere aciē: nā sinistra cingit amni. n ¶ Interrupti ignes: supra aliter Lumina rara micant. o ¶ Fumus erigit: signū ē sopitorū igniū quoties maior fumus erigitur. p ¶ Fortuna: occasione. q ¶ Quæsitū: vt quæramus. r ¶ Cū spolijs: hinc ē qd supra Euryalo dixit. Me referat tibi magn' ouantē Iuppiter: respiciens ad id qd posset fortit' facere. s ¶ Nec nos via fallit: bñ vbiq; cum amico cuncta communicat. t ¶ Obscuris primā sub vallib' vrbē: nā in obscuris vallibus positi vidimus primas vrbē: hoc ē primā partem vrbis. Nā pallanteum in monte est: non i vallibus.

¶ VIDImus: DON. demonstrat rē fieri posse.

¶ AVDITE CHRI. o mentib' æqs: cuz causa hæc fide caritura videret. Captat in primis attétionem: & statim incipit confutare validiora argumenta aduersariorum: illi enim opponere potuissent iuuenilem ætatez quæ vt plurimum consilio caret. Deinde quod promittunt eos præstare non posse propter hostiles excubias: quas fallere nequeant. Primo ergo demonstrat non temere rem hanc sumpsisse: sed cum consilio: deinde facilitatem rei vel saltem possibilitatem ex negligentia hostium qui iam ex vino profundiori somno premantur. Ac deniq; demōstrat locum iam sibi ad insidias electum. ¶ Si fortuna permittitis vti: quasi dicat: fortuna quidem sese vltro offeret modo illa vti velitis. ¶ Nec nos via fallit: non solus prouidi quomodo hostilia castra tutus egrederer. Sed etiaz q deinde iter tenēdum sit. ¶ Primam vrbem: primas partes vrbis. ¶ Obscuris: propter interualla locorum.

¶ ANNIS

SER. a ¶ ANNIS grauis atq; animis matur⁹ alethes. Saluſtius de Philippo qui ætate & conſilio cæteros ante ibat: nam in ſenioribus viget prudentia: vnde Ouid. Seris venit vſus ab annis. b Non tamen omnino teucros delere paratis: ac ſi diceret licet iraſcimini ad tempus: hinc apparet ſi velle vos penitus delere troianos: quod tales animos iuuenibus datis. c ¶ Humeros dextraſq; tenebat: hoc ad effectũ ſtulit. Nec enim ſimul fieri poteſt. Intelligimus autem quod ſingulos et mēbratim amplectebatur. d ¶ Vultum lachrymis atq; ora rigabat: poetice luxit: & modo vnum ſignificat. eſt autem iteratio: interdum recipiunt diſcretionem.

tiæ fœdus admiſſam: aut certe pocula hæc data ab Heleno: qui in Achillis bona per Pyrrhi ſucceſſerat hæreditatem: vt ſit quæ cepit pro accepit. Deuicta Ariſba: ſcilicet ab Achille.

Hic annis[a] grauis, atq; animi maturus Alethes;
Dij patrij, quorũ ſemper ſub numine Troia eſt
Non[b] tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum tales animos iuuenum, & tam certa tuliſtis
Pectora ſic memorãs hũeros[c], dextráſq; tenebat
Amborũ, & vultũ[d] lachrymis, atq; ora rigabat.
Quæ vobis, quæ digna Viri pro laudibus[e] iſtis
Præmia poſſe rear ſolui? pulcherrima primum
Dij[f], moréſq; dabunt veſtri tum cætera reddet
Actutum[g] pius Aeneas, atq; integer[h] æui
Aſcanius meriti[i] tanti non immemor vnq̃.
Immo ego vos, cui ſola ſalus genitore reducto
Excipit[k] Aſcanius, pér magnos Niſe Penates,
Aſſaracíq; larem, & canæ[l] penetralia Veſtæ
Obteſtor[m] (quæcunq; mihi Fortuna[n] fidéſq; ẽ
In veſtris pono gremijs) reuocate parentem,
Reddite conſpectum, nihil[o] illo triſte recepto.
Bina dabo argento perfecta atq; aſpera ſignis
Pocula, deuicta[p] genitor quæ cepit Ariſba;

CHRI. ¶ ARMA.p.a.non.n.iubentur arma induere: nunc erat humādi socij: ⁊ non propugnandum: sed sint animis viri parati ad arma q̃ primū capiēda cum opus fuerit. ¶ Interea socios: hoc aūt pronunciat: vt non solum perēptis satisfaciat: verū vt exemplo viuētes accendat ad rem strenue agēdā. ¶ Quæ sanguine nobis Hāc patriam peperere suo: Duas validissimas causas ꝓponit qbus egregio funere decorā di sint ostēdat: ⁊ q̃d suo sāguine eam victoriā pepererunt qua q superstites sunt adepti sibi sint in italia sedes: ꝙ ⁊ hic honos nouissimus vltimusq; sit: Et qm̄ Palas extern⁹ hō: ⁊ a cuius patre profugus ⁊ sine regno liberalissime acceptus fuerat: ⁊ auxilio cōsilioq; subleuatus eandē operam quam ciues ꝑstiterant ꝑcipuum illi ⁊ regio filio adolescenteq; fortissimo dignus funus parat. Verū ita vniuersam hanc res ꝓsequitur poeta: vt nihil miserabilius explicari possit. Nullumq; locum omittit: vnde aliqua possit educi commiseratio quem nō̃tra ctet ⁊ grauissime ⁊ copiosissime. Primū enī proprijs lachrymis omnia miseranda facit. Quis enim non mœrore afficiatur lugente rege mouet deinde pathos ab ætate: nam cū hactenus Euander fœlicissimus fuerit: nunc demum senio confectus in adolescentem spem vnicam patris infelicissimus sit fact⁹: Mouet a luctu atq; vlulatu omnium circunstantiū. ¶ Maxime autē mouet a pulchritudine Palantis ⁊ ætate. Nam cū natura docē maxime amemus pulchritudinē vehemenē dolemus eam in tenera ætate ita crudeliter extingui: vt pulcherrimū pectus durissimo ferro sit transfossum. Mouet ab oratiōe Aeneæ qui in ꝑmis inuehit in iniqtatē fortunæ qui illum tam optime de se meritum rebus suis paulopost felicissimis futuris ita inuidæ atq; crudeliter ꝑripuerit: vt sua virtute partis frui nō potuerit: nec ꝙ illi pro triumpho fuisset in patriam victor nō potuerit redire. Maxima autē est illa commiseratio ꝙ ⁊ ipse ⁊ Euander præter spem in tantā calamitatem inciderint. Nec parum momenti est in eo ꝙ tam anxie Euander illū cōmendarit. Nā amorem maximum ostendebat.

Tú comes auſpicijs caro datus ibat[a] Alumno[b].
Circũ ois famulumq; man⁹, Troianáq; turba,
Et mœſtum Iliádes[c] crinem de more ſolutæ.
Vt véro[d] Aeneas foribus ſeſe intulit altis;
Ingentem gemitum tunſis ad ſydera tollunt
Pectoribus, mœſtóq; immũgit Regia luctu.
Ipſe caput niuei[e] fultum Palantis, & ora
Vt vidit, leuíq;[f] patens in pectore vulnus
Cuſpidis Auſoniæ, lachrymis ita fatur obortis.
Té ne[g] inquit miſerande Puer, cũ læta[h] veniret,
Inuidit[i] fortuna mihi, ne regna videres
Noſtra, nec ad ſedes victor veherere paternas?
Non hæc Euádro de te promiſſa parenti
Diſcedens[k] dederam, cum me complexus eunté
Mitteret in magnũ ĩperiũ, metuénſq; moneret
Acres eſſe viros; cum dura[l] prælia gente.
Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani
Fors[m] & vota facit, cumulátq;[n] altaria donis.
Nos iuuené exanimũ, & nil[o] iam cæleſtibus vllis
Debentem, vano[p] mœſti comitamur honore.
Infelix Nati Funus crudele videbis.
Hi noſtri[q] reditus, expectatíq; Triumphi.
Hæc[r] mea magna fides? at nõ Euádre pudẽdis[s]
Vulneribus pulſum aſpicies, nec[t] ſoſpite dirũ

SER. a ¶ IBAT: pro ierat. b ¶ Alumno: alumnus eſt qui græce τρόφιμος dicitur: quod nomen quia latinũ nõ eſt: vt ab eo quod eſt nutritor inueniamus eum qui nutritus eſt tranſijt ad nomen aliud: ꝗa & alũnũ dixit. c ¶ Iliades crinem de more ſolutæ: ſcilicet has Aeneæ ancillas ĩtelligimus. Nã oẽs matres ĩ ẽ mulieres nobiles in Sicilia remanſiſſe dixit: excepta Euryali matre de ꝗ legim⁹ Quæ te ſola puer tãtis e matribus auſa Proſequitur. d ¶ Vt véro æneas foribus ſeſe intulit altis: Naturale enim ẽ vt intermiſſa lamenta repetãtur: cũ aliquis notus aduenerit: Sic in Statio: Ingreſſis ducibus denuo defletur Archemorus mox vt morientia dignus vultibus Inachij penetra ſũt limina reges: Ceu noua tũc Clades & primo ſaucius infans vulnera: Lætalis ue irrũperet atria ſerpens: Sic aliũ ex alio ꝗ;ꝗ; laſſata: fragoré pectora: Cõgeminãt ĩtegratoq; reſultãt: accenſo clamore fores. e ¶ Niuei fultum palãtis: late patet hoc epitheton. Referri enĩ põt & ad candoré priſtinæ pulchritudinis: & ad palloré ex morte venié té: & ad frigus qđ ꝓprie mortuorũ eſt: vt Corpuſq; lauant frigentis & vngunt. f ¶ Leui ĩ pectore: pulchro: puerili nõ duũ ſetoſo. g ¶ Té ne inquit: ĩteratio eſt. Nã ſupra ait: Lachrymis ita fatur obortis: ſicut in quinto poſuit: Et ſidam ſic fatur ad auré: & paulopoſt intulit Dic ait. Sane ſciẽdũ & allocutioné talé eſſe ꝗ̃lis illa vbi deflet Euryalus. Nã locis oĩb⁹ cõmouet miſerationé ab ætate: a tpe: a vulnere: a ſpe parentis. h ¶ Cum læta veniret Inuidit fortuna mihi: ac ſi dicere ꝗ;tum nocerer aduerſa: cũ læta talé ĩtulit caſũ. Videtur aũt dolere ꝙ ꝗ̃ri nõ põt de fortun. & crudelitate: ꝗ ei vno eodéq; tpe & tãta ꝓtulit bñficia: et talé ĩtulit bñnũ. i ¶ Té ne Inuidit fortuna mihi: vt Liber pãpineas ĩuidit collibus vmbras. k ¶ Diſcedés dederãt: κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc ĩtelligim⁹. Nã abſcedés nuſꝗ̃ ẽ Euãdrũ allocut⁹ Aeneas. l ¶ Cũ dura ꝓlia géte: ſbaudim⁹ fore. m ¶ Fors &: forte ét vota ſuſcipit. Põt et vnũ eé Fors: & i. forſitã. n ¶ Cumulatq; altaria donis: & ſacrificat: & ſuſcipit vota. Naturalr ãt ꝗ̃rit de errore mẽtis hũanæ. o ¶ Nil iã cæleſtib⁹ vllis Debẽté. viui. n. ſupoꝝ ſũt: mortui ad iferos ꝑtinét: vñ l. xij. Vos o mihi manes eſte boni: qm̃ ſuperis auerſa voluntas. Superis autem debemus omnia donec viuimus: ideo quia vt dicunt phyſici cũ naſci cœperim⁹: ſortimur a Sole ſpiritũ: a Luna corpus: a Marte ſanguiné: a Mercurio ĩgeniũ: a Ioue deſideriũ: a Venere cupiditates: a Saturno humoré: quæ oĩa ſingulis reddere videmur extĩcti. p ¶ Vano mœſti comitamur honore: inani vt ſupra dixim⁹ quãtũ ad viuos ꝑtinet: nã talia de mortuis fiunt ad ſolatiũ ſuperſtitũ: vt eſt apud Cice. in catone maiore. Solonis quidem ſapientis elogium eſt quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorũ & lamentis vacare: vult credo ſe eſſe carum ſuis. q ¶ Hi noſtri reditus: tale ẽ: vt manibuſq; meis mezẽti⁹ hic ẽ. r ¶ Hæc mea magna fides: κατὰ τὸ σιωπώμενον: quã de Palãtis reditu ꝓmiſerat patri. s ¶ Pudẽdis vul. a tergo illatis: & ẽ cõſolatio. t ¶ Nec ſoſpite: ꝓ ſoſpiti: antiptoſis eſt. h. d. Si fugiſſet vulnerat⁹ a tergo ipſe ei optares ĩteritũ.

DON. ¶ PVERVM dixit palãta: vt victoris minueret gloria: nã alibi iuuené dixerat.

CHR. ¶ HI NOſtri redit⁹. q. d. ꝗ;tũ falſi ſum⁹ a nr̃a opiniõe. ¶ Hæc mea ma. fi. Cõqͥerit́ fidem ſuã ẽé iminutã. ¶ At nõ. e. & ſi mouet pathos.

¶ HÆC vbi

Optabis nato funus Pater hei mihi quantum
Præsidium Ausonia, ⁊ quantū tu perdis Iule.
Hæc[a] vbi defleuit, tolli miserabile corpus
Imperat, ⁊ toto[b] lectos ex agmine mittit
Mille viros, q supremū comitentur honorem,
Intersintq; patris lachrymis, solatia luctus.
Exigua[c] ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates, ⁊ molle Pherétrum[d]
Arbuteis texunt virgis, ⁊ vimine[e] querno,
Extructósq; toros optentu[f] frōdis inumbrant.
Hic iuuenem agresti[g] sublimē stramine ponūt.
Qualem virgineo demessum[h] pollice Florem,
Seu mollis Violæ, seu languentis Hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, nec dū sua[i] fōma recessit.
Non iā mater alit Tellus, viresq; ministrat.
Tum geminas vestes Ostróq;, Auróq;[k] rigētes
Extulit Aeneas, quas illi læta[l] laborum
Ipsa suis manibus quondam Sidonia Didò
Fecerat, ⁊ tenui telas discreuerat[m] Auro.

SER. a ¶ HÆC vbi defleuit: idest postq; hæc cū lachrymis dixit. Flere enim est cum voce lachrymare. Vnde habemus in sexto: Continuo auditæ voces vagitus ⁊ ingens Infantumq; animæ flentes in limine prio. b ¶ Toto lectos ex agmine: Troianos: Tuscos: Arcadas. c ¶ Exigua: q̄; uis enī magna sint oblcati patris pdesse nō psit. d ¶ Pherétrum: græce φέρετρον dicitur. Vnde per diæresim pheretron pherétrū facit. Nam latine capulus dicitur. Vnde ait Plautus: Capularis senex .i. vicinus capulo: qui dicit' capulus ab eo qđ corpus capiat. e ¶ Vimine querno: sūt aliquæ duræ deriuatiōes: tamē eis sic vtimur cum adiūctione alterius nominis: vt quernum vimen. Item colurnum veru: vt Pingulaq; i verubus torrebimus exta colurnis: ficulnum lignum: vt Horatius: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Itē aprugnum callum pro aprinum. f ¶ Optentu frondis inumbrant: veluti cameram quandam capulo ramorum extensione fecerunt. g ¶ Agresti sublimem stramine ponūt: hoc est super frondes ponunt. Naȝ hic reddit qđ omiserat supra dicens Extructos toros: nec addēs vñ. h ¶ Demessū: participiū ē veniēs ab eo qđ ē metor: Sane ab eo qđ est meto: præteritū perfectū messui facit. i ¶ Sua forma recessit: ppria pulchritudo. k ¶ Auroq; rigētes: vnum q; vacat: ⁊ est additum hiatus causa. l ¶ Læta laborum: figura est Lætus illius rei. Nam modo dicimus Lætus labore. m ¶ Discreuerat: depinxerat: simul amantis affectus ostenditur.

CHRI. ¶ HÆC VBI defleuit: egregi' ⁊ excelso animo vir qui tm̄ tribuit luctui quātū exigit humanitas. Deinde præparat id funus qđ Euādro in tanto mœrore aliquam posset afferre consolationem: Sed plorat postremum damnum filij ex morte palantis. ¶ Lectos mille viros ex toto agmint: Singula verba: ingens pondus habet. Eligit enim non ex vna altera ue ala aut cohorte: sed ex toto exercitu: ⁊ legit mille vt pompa esset numerosa: et legit viros: idest homines fortissimos: qui et comitarentur funus: ⁊ patrem consolarentur. ¶ Solatia exigua ingentis lu. declamatio a contrario est exiguum ⁊ ingens q̄; ostēditur quātus I parente luctus fuerat. ¶ Sed debita. q. d. q̄; uis videret Aeneas q̄; parum proficeret tanto apparatu: tamen debitum officiuȝ non cē fuit prætereūdum. ¶ Crates ⁊ arbuteas vir. ponit: q̄ res in tanto rerum momento summaȝ celeritatem desiderans: artificium nullum expectare non poterat: sȝ hæc omnia agrestia ⁊ extemporanea magnifice exornata sunt preciosis vestibus superimpositis. Ergo nec mora fuit miseratio fabricando nec magnificentia vestium ad ornatū defuit. ¶ Stramine: ⁊ frondes ⁊ paleas: ⁊ quicquid ea gratia substernimus: vt quod superimponendum mollius excipiat. ¶ Qualem virgineo. optima comparatio: nam vt flos nuper succisus ⁊ si languescat non statim amittit pulchritudinem: sic palantis pulchritudo non statim discesserat: ex ista auteȝ comparatione summam citat commiserationem. De viola autem ⁊ hyacintho diximus in Buco. ⁊ Geor. ¶ Mater alit: nam humore terrestri aluntur plantæ: quem radicibus suis sugunt: ⁊ vim stomachi præbentes decoquunt: ⁊ in alimentum conuertunt. ¶ Ostro auroq; rigentes: sæpe poetæ duo vni verbo adiungunt: quorū alterū nō quadrat: vt in Georgicis Tenues pluuiæ ⁊ penetrabile frigus adurat: nā frigoris vt ⁊ caloris adurere est: sic hoc loco vestis ex purpuræ infectura nō riget. i. non redditur inflexibilis: ex multo autem intertexto auro riget. ¶ Laudat autē vestes a materia: qui ex purpura erāt ⁊ auro: laudat ab artificio ac postremo ab auctoritate donatoris.

Haruꝫ[a] vnã iuueni ſupremũ mœſtus honorem
Induit; arſuráſq́ꝫ[b] comas obnûbit amictu.
Multáq; præterea Laurentis[c] præmia pugnæ
Aggerat; ⁊ longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos[d]; ⁊ tela, quibus ſpoliauerat hoſteꝫ.
Vinxerat ⁊ poſt terga man[e], q̃s mitteret vmbris[e]
Inferias cæſo[f] ſparſuros ſanguine flammam.
Indutóſq; iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre[g] duces, inimicáq́ꝫ[h] nomina figi.
Ducitur[i] infelix æuo confectus Acetes
Pectora nũc fœdãs[k] pugnis, nũc vnguibus ora,
Sternitur ⁊ toto proiectus corpore terræ[l].
Ducunt ⁊ Rutulo perfuſos ſanguine currus.
Poſt bellator equus poſitis[m] ĩſignib[o] Aethon[n]
It lachrymãs, guttíſq́ꝫ humectat grandibus ora.

SER. a ℂHARVM vnam: de duobus: ⁊ horum alterum: ⁊ horum vnũ poſſumus dicere. Nã artigraphi hoc tantum vetant: ne de duobus alium dicamus: quod de multis proprie dicitur. Sane figurate dixit veſteꝫ induit: vt Exuuias indutus achilli: cuꝫ l vſus ſit Induit illa re: vt Indutoſq; iubet trũcos hoſtilibus armis. b ℙ Arſuraſq; comas obnubit amictu: haruꝫ vnã ĩduit iuueni: alteram caput eius velauit. Nã ſupra dixit duas veſtes eẽ latas. Obnubit auteꝫ velauit. trãſlatio a nubibus: quibus tegitur cælus: vnde ⁊ nuptiæ dicuntur: ꝙ nubentium capita velentur. c ℙ Laurentis præmia pugnæ: mittit præmia: quæ de præda Laurentis pugnæ ſuſtulerat: nam præda eſt quæ eripitur: præmium quod offertur. d ℙ Equos ⁊ tela quibus ſpoliauerat hoſtem: vel Palas: vel Aeneas: nam ambigue poſitum eſt. Spolia autem cũ ea tantum ſint quibus hoſtis ſpoliari põt: vt lorica vel veſtis. Abuſiue etiam ſpolium dicitur: quicquid ab hoſtibus tollitur: vnde ẽ Poſtq̃; illum vita victor ſpoliauit achilles. e ℙ Vmbris inferias: proprie. nam inferiæ ſunt ſacra mortuoruꝫ. f ℙ Cæſo ſanguinæ: pro cæſorum: vt ſupra: Captiuoq́; rogi pfundat ſanguine flammas. g ℙ Ipſos ferre duces: ſuos ſcilicet qui illis mille præerãt. Melius tamen eſt: Iubet truncos ferre ipſos duces: hoc eſt ducum ſpolia: vt Trophæa ipſos duces dixerit: ſicut ſupᵃ: Manibuſq; meis mezẽtius hic eſt. h ℙ Inimicaq́; nomina figi: inimicorum. Dicit autem affixos trophæis titulos cum nominibus occiſoruꝫ. i ℙ Ducitur infelix acetes: quaſi qui cõſternatus nimio dolore ire non poterat: ⁊ bene ex rerum permutatione expreſſit doloris magnitudinem dicens ita doluiſſe Acetẽ: vt pene carẽs humano ſenſu per ſe ire non poſſet: ⁊ equum ita ſenſiſſe interitum domini: vt in humanũ migraret affectum. Nam ⁊ lachrymabat: et ſponte ſequebatur cadauer. k ℙ Fœdãs: vel cruentans: vel lacerans. l ℙ Terræ: in terra. m ℙ Poſitis inſignibus: ſine phaleris. Quod autem equum dicit lachrymare non miruꝫ eſt: cum Hõme. etiaꝫ diuinantem induxerit Xanthum Achillis equum mortem.

καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' ἀχιλλεῦ
ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον, οὐδέ τι ἡμεῖς
αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή.

Et paulo poſt.

ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Equos ãt Achillis inducit patroclũ lugẽtes.

ἵπποι δ' αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες κλαῖον ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' ἕκτορος ἀνδροφόνοιο

n ℙ Aethon: nomen equi: quo et Auroræ equus vocatur: vel a ſplendore: nam αἴθω ardeo dicitur: vel a curſus celeritate: quaſi ἀειθεῖν: ideſt perpetuo currens indefeſſus.

ℂQVIBVS SPOliauerat hoſtem: Ambigue dictum: vel quibus vſus fuerat dum hoſtes interimeret: vel quibus victor hoſtes ſpoliauit: Vltima tamen ſententia melior eſt. DON.

ℂMVLTASq́; ſpeciem pene triumphi adhibuit. ℙ Quibus ſpoliauerat: Palas potius q̃; æneas. ℙ Vinxerat: nam captiuos hoſtes ad ſepulcrum ducis interfecti iugulabant. Inde ſequentibus temporibus damnati capite pugnare in magnorum virorum funere cogebantur: vt eſſent qui ſanguinẽ ſpargerent donec gladiatores prouenerunt. ℙ Indutos truncos. Adquandam Trophei ſpeciem. ℙ Ipſos duces: Vt maiorem auctoritatem haberet res vel duces funeris intellige. ℙ Ducitur infelix æuo confectus acetes. Pathos ab ætate: ſic illud Et fauni miſerere ſenecte. ℙ Aethon: nomen equi pallantis deductum ab vno ex equis ſolis. Erat enĩ Pyrois: Eous: Aethon: ⁊ Phlegon: qđ auteꝫ eũ ex deſiderio domini illachrymantem ſcribit non omnino poeticũ eſt: naꝫ equos ⁊ victoria exultare atq; efferri: ⁊ lætitiã oſtẽdere ⁊ cum victi fuerint ſũmo mœrore ꝯfici eũ qui naturalem CHR.

qui naturalē historiā tradidere affirmant: nā Plini. Præsagium pugnæ & amissos lugent dominos: lachrymasq; interdum desiderio fundunt. Interfectoq; Nicomede rege equus eius desiderio vitam finiuit: ac multa alia in eādem sententiā ponit.

Hastam alij, Galeámq; ferūt (nā cætera[a] Turnus
Victor hēt) tū mœsta Phaláx,[b] teucriq; sequūt,
Tyrrheniq; duces, & versis[c] Arcádes armis.
Postq̃ omnis longe comitum præcesserat ordo,
Substitit Aeneas, gemitúq; hæc addidit alto.
Nos álias[d] hic ad lachrymas eādē horrida belli
Fata vocant. Salue[e] æternū mihi maxime Pala,
Aeternúmq; vale. nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressúmq; in castra ferebat.
Iamq; Oratores[f] aderant ex Vrbe[g] Latina
Velati[h] ramis Oleæ, veniámq;[i] rogantes.
Corpora per campos ferro[k] quæ fusa iacebant
Redderet[l], ac tumulo fineret succedere Terræ.
Nullum cum victis certamē, & Aethere[m] cassis.
Parceret hospitibus quōdam, socerísq; vocatis.
Quos bonus Aeneas haud[n] aspnanda precātes
Prosequitur venia, & verbis hæc insuper[o] addit.
Quænā[p] vos tanto Fortuna indigna Latini
Implicuit[q] bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacém ne exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.

SER. a ¶ CÆTERa turn' victor habet: κατὰ τὸ σιωπώμενον & alia ei sustulit se intelligam': nō tm̄ balteus: vt legim' sup. b. ¶ Phaláx. lingua Macedonū legio. Q̄ð aūt ait mœsta: Arcadas intelligimus. Vnde infert Teucriq; tyrrheniq;: & h est quod ait supra: Et toto lectos ex agmie mittit Mille viros. c ¶ Versis arcades armis: lugentum more mucronē hastæ nō cuspidē cōtra terram tenentes: scuta ēt inuertē tes pp numina illic depicta: ne eorum simulacra cadaueris polluerent aspectu: vt nōnullis frustra placet. Nā lugentum mos est prioris habitus immutatio. d ¶ Alias hinc ad lachrymas: ad aliam sepulturam. e ¶ Salue æternū mihi maxime pala: Aeternūq; vale: Varro in libris logistoricis dicit: ideo mortuis salue & vale dici: non q̄ valere: aut salui esse possint: sed q̄ ab his recedimus eos nunq̃ visuri: Hinc ortum est vt ēt male dicti significationē interdū vale obtineat: vt Terentius: valeant q̄ inter nos dissidium volunt: hoc est ita a nobis discedant: vt nūq̃ ad nostrū reuertant aspectū. Ergo cum mortuo dicit vale: nō etymologia consideranda est: sed consuetudo: q̄ nullis vale dicimus: nisi a q̄bus recedam'. f ¶ Oratores: legati a perorando pro repub. nominati. g ¶ Vrbe latina: pro Latini. i. de Laurolauinio. h ¶ Velati ramis oleæ: nō coronati. Nec. n. lugentes decebat: sed instructi & ornati: idest in manibus oliuæ ramos ferentes: sic Homerus.

Sτέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος.

Velari āt ornari: vt illo loco significat Victori velatū auro vittisq; iuuencū: cuz vittis nō aut velent aut coronent victimas: s; ornent. i ¶ Veniāq; rogantes: p beneficiū. k ¶ Ferro q̃ fusa: modo sterēpta: alias fugata: s; discernuntur epithetis: vt si dicas ferro fusus est vel metu fusus. l ¶ Redderet: ondit iam posse in Troianorū esse ptāte. m ¶ Et æthere cassis: vacuis: vn̄ & retia casses dicim'. Hoc aūt bn̄ addidit q̄ victi possūt innouare certamē. n ¶ Haud aspernanda: iusta nō contēnenda. Sepulturæ. n. bn̄ficiū generaliter debet vniuersis. o ¶ Insuper addit: accumulat verbis bn̄ficium dicēs pacē se ēt viuis velle præstare. Pacem autem ideo defunctis: quia ait: Nullum cum victis certamen & æthere cassis: & mortuorū pax sepultura est: vnde elegit verbum vtrisq; aptum. p ¶ Quænam: quanta & qualis: nam mirandum est: nec enim dubitat: cum ipse dicat indigna. q ¶ Implicuit: inuoluit inuitos.

CHRI. ¶ IAM ORAto. ostēdit q̃ ampla fuerit victoria cum ita se victos hostes faterentur: vt statim ad pacem petendaz sese submitterēt. Ostendit etiam quātum vnius viri auctoritas possit: nam absentia Turni hæc pene oīa euenerunt. ¶ Nullū cum vi. cer. &. æ. c. Grauissimus locus: & q̄ plurimū apud eū virus in quo recta ratio valet: oēm perturbationē supprimeret. Quapropter primo congressu placatus est Aeneas. ¶ Prosequitur. u. quasi dicat: statim donat veniam. ¶ Qui. n. f. nā cū & se & illos excusare velit: reijcit culpā in fortunam: & re vera latinus societatem expetiuerat troianorum: & ipse æneas nihil aliud tenebat: sed iniquitate fortunæ a Turno in bellum impulsi sunt. ¶ Et viuis con. vel sententia est. Vellem ipsos non fuisse extinctos: vt viuentibus pacem dare possem: vel dicit ita: Omnia cæsis remitto: vt etiam cum viuentibus conuenire cuperem.

SER. a ¶ NEC VENI: nec venissem: tempus ꝑ tépore. b ¶ Nec bellum cum gente gero: sed cum Turno: per quod eorum captat fauores. c ¶ Huic morti: δεικτικῶς: quasi ostendit iacentes. d ¶ Si bellum finire manu: hoc é enim interem ptione: potest enim ⁊ pace fi niri. e ¶ Vi xet: pro vixis set: ⁊ est synco pe. f ¶ Deus aut sua dextra dedisset: victo riã vel vitam: quia duplici ra tione cõstat vi ctoria: aut vir tute: aut volun tate fortunæ. g ¶ Miseris ci uib⁹: quasi alie na culpa pereũ tibus. h ¶ Ob stipuere silẽtes: idest obstipefa cti sunt: ⁊ sile re cœperunt. i ¶ Tũc senior: cui ab ætate ꝓ stabat auctori tas. k ¶ Odijs ⁊ crimine Drã ces Insẽsus iu ueni turno: aut ꝑ suũ crimẽ. i. inertiã: quam semp virtuti ꝓstat esse ꝯtrariã: aut Turni cri mine qui tot viris mortis causa extiterat. l ¶ Orsa refert: cœpta verba. m ¶ O fama ĩgens ingentior armis: frustra ait Dona. hoc nomẽ de his esse: quæ non recipiunt cõpara tionẽ. Nam quia augmentus recipit etiã cõ paratur. Alia illa sunt noĩa: in quibus est du bitatio vtrum cõparantur: vt é perfectus: qa si velis cõparare incipit perfectus non esse ꝑ fectus. n ¶ Cælo te laudibus æquẽ: ꝓ his q in cælo sunt. i. dijs: vt Cæruleus tybris cælo gratissimus amnis. o ¶ Iustitiæ ne pri' mi rer belli ne laborum: figura græca miror il lius rei: ⁊ regno illius rei: vt θαυμάζω σε τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἄρχω ἐκείνου. Vnde Hor. ait: Et q̃ paupere daunus agrestũ regnauit populorũ: pro agrestibus populis. p ¶ Siqua viã: idest rationem. q ¶ Dederit fortuna latino: ⁊ be ne cũ exceptione pol' icet dicens: si volũta tẽ nostrã fortuna comitet. r ¶ Fœdera tur nus: vel pingis vel amicitiarũ. s ¶ Fatales moles: qa audierat: Nisi fata locus sedemq; dedissent. t ¶ Saxa troiana: ambitiose ait quasi troianis fataliter debita. v ¶ Pepigere dies: pacti sunt ab eo quod est paciscor et pepigi ⁊ pactus sum facit: sicut ab eo qđ é par co ⁊ parsi ⁊ peperci. x ¶ Pace sequestra: me dia ⁊ temporali. Nã sequester est medius in ter duos alter cantes: apud quem aliquid ad tẽpus se po nitur. Paces er go sequestram inducias dicit: idest pacẽ tem poralem: ⁊ me diam inter bel lũ præteritum ⁊ futurum.

Nec veni[a], ni Fata locum, sedémq; dedissent,
Nec bellum[b] cum gẽte gero. Rex nostra reliquit
Hospitia, ⁊ Turni potius se credidit armis.
Aequi[9] huic[c] Turno fuerat se opponere morti.
Si bellum[d] finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.
Vixet[e], cui vitã Deus[f], aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, ⁊ miseris[g] supponite ciuibus ignem.
Dixerat Aeneas, olli obstipuere[h] silentes,
Conuérsiq; oculos inter se, atq; ora tenebant.
Tum senior[i], sempérq; odijs[k], ⁊ crimine Drãces
Infensus iuueni Turno, sic ore vicissim
Orsa[l] refert. O fama[m] ingens, ingentior armis
Vir Troiane, quibus Cælo[n] te laudibus æquẽ?
Iustitiæ ne[o] prius mirer, Belli ne laborum?
Nos vero hæc patriã grati referemus ad vrbem.
Et te, siqua[p] viam dederit[q] Fortuna, Latino
Iungemus regi. quærat sibi fœdera[r] Turnus.
Quin ⁊ fatales[s] murorum attollere moles,
Saxáq;[t] subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc, vnóq; omnes eadẽ ore fremebãt.
Bis senos pepigere[v] dies, ⁊ Pace[x] sequestra

¶ MISERIS: DON. qui nõ in suo: sed in Turni ne gocio perierãt. ¶ Pace seque stra: sequestra: pax ea est q sic iterponitur vt non tollat sed differat bellum. ¶ Postq̃ ma. vel pro mulie rib' posuit: vel matres eorum q cæsi fuerant. ¶ NEC VE CHRI. ni: quasi dicat, non fuit causa veniẽdi vt vos debellarem: sed vt quem fata locum dabant acciperẽ. ¶ Hinc sequitur vt non geram bellum cum latinis: quos incolumes esse cupio: sed cum rege ve stro a quo terris fatalibus prohibeor: tandem omnem culpam in Turnum reijcit acumu latq; inuidia qui cum belli causa fuerit a pu gna discesserit. ¶ Conuersiq; o. in. se. Quo signo tacite ostendebat admirari. ¶ O fama in. Multis dura aduersaria constituta est fa ma cũ ipsi re correspondere non possint. Er go magna laus æneæ qui famam superet. ¶ Quibus. La. æ. c. quasi dicat: quibus verbis possum promere laudes tuas quib' te cælo. i. cæléstibus dijs æquari potes: cũ autem iusti tiam ⁊ bellum ponat: ostendit illum ⁊ in pa ce ⁊ in bello optimum esse quib' ciuili homi ni nihil maius tribui potest: hæc autem duo ita magna esse affirmat: vt non possit discer nere vtrũ maius. ¶ Grati: me mores benefi cij accepti de humanis cæsis. ¶ Siqua viam d. f. nam fortuna disiunxerat latinũ ab ænea ⁊ non cõsilium. Ergo de voluntate Latini ni hil dubitans fortunam quæ aduersa illũ dis iunxerat

iunxerat optat vt prospera reconciliet: & sic beniuolum suū regem æneæ reddit. Quærat sibi fœdera turnus: amare in eum hæc euomit: quasi dicat: non esse habendam rationē eius qui soli sibi seruiens: vt coniugio potiretur cæterorum salutē in discrimen adduxit. Pace seque. sequestram eum appellamus: cuius fidei creditur res de qua controuersia pēdet: donec certū decernatur: & a quadam similitudine inducias pacē sequestram appellat.

SER. a MIXTI. q; impune latini: apud maiores magna erat eu rafides: adeo vt inter Porsenā & Romanos factis inducijs: cum ludi circēses in vrbe celebrarentur: ingressi hostiū duces curuli certamine contē derent: & victores coronarentur. b Ferro bipenni: ad epitheton transtulit nomen proprium. Nā bipennis per se plenum est: & securim significat: vt Crebris q; bipennibus instant. c Robora: modo genus est ligni: nam est inter specialia nominatum. d Plaustris gemētibus: sub pondere sonātibus. e Quæ modo victorē latio palanta ferebat: bene modo. Vno enim eodemq; die & fortiter fecit & perijt: vt Hæc te prima dies bello dedit: hæc eadem aufert. f Arcades ad portas ruere: eos dicit qui intra ciuitatem sunt. g De more vetusto: quia antea per noctem cadauera præfunerabantur cum faculis. h Rapuere faces: raptim & festinanter tulere. i Discriminat: diuidit: vnde discrimen capitis muliebris dicitur. k Incendunt: implent: vt Clamore incendunt cælum troesq; latiniq;. l Vis vlla: nec ætatis imbecillitas: nec seueritas regia. m Phēretro palantis reposto: posito Palantis phēretro: nam antiptosis est. n Non hæc o pala dederas promissa parenti Cautius vt sæuo velles te tradere marti: duplex expositio est. Aut enim hoc dicit:

Per siluas Teucri, mixtiq;[a] impune Latini
Errauere iugis. ferro[b] sonat alta bipenni
Fraxinus, euertunt actas ad sidera Pinus,
Robora[c], nec cuneis, & olentē scindere Cædrū,
Nec plaustris[d] cessant vectare gementib[e] Ornos.
Et iam Fama volans tanti prænuncia luctus
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia replet.
Quæ modo[e] victorem Latio Palanta ferebat.
Arcades[f] ad portas ruere, & de more[g] vetusto
Funereas rapuere[h] faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & late discriminat[i] agros.
Contra turba Phrygum veniens plāgētia iūgit
Agmina: quæ postq; matres succedere tecto
Viderunt, mœstam incēdunt[k] clamorib[o] Vrbē.
At non Euandrum Potis est vis vlla[l] tenere,
Sed venit in medios, phēretro[m] Palante reposto
Procubuit super, atq; hæret lachrymansq; gemensq;,
Et via vix tādē voci laxata dolore ē.
Non hæc[n] ō Pala dederas promissa Parenti
Cautius vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus erā, q̄tū noua Gloria in armis[o]
Et prædulce decus primo certamine posset:
Primitiæ Iuuenis miseræ, belliq; propinqui
Dura Rudimenta, & nulli exaudita Deorum
Vota[p], precesq; meæ: tuq; ō sanctissima cōiux
Felix[q] morte tua, neq; in hunc seruata dolorē.

non enim mihi talia promittebas: vt crederem te cautius dimicaturum: vt intelligam Palantem proficiscentē promisisse pri victoriā: cædem hostiū: plurima spolia. Qui enī hoc cogitat cautelæ obliuiscitur auiditate pugnādi. Aut certe nō pro noie népe accipiamus: vt i Teré. Nō tu hunc rus hinc pdisse aiebas. i. nōne pro népe: vt sit sensus. Népe mihi hæc dederas promissa discedēs quia cauti' fueras dimicaturus. o In armis: apud armaium: cuius consilium cupiditas victoriæ plerūq; cōturbat. p Vota pcesq; meæ: sup Fors ei vota facit. q Felix morte tua: ea re felix qua cæteri dolent.

DON. NIHIL in his versibus dignum quod ponerem inueni.

CHRI. QVÆ MODO victorem: ex qua re ostenditur quā varia mutabilisq; sit fortuna quamq; instabilis. Arcades ad portas ruere: distributio est: nam magnus luctus fuit virorum funeri occurrentium: maior mulierum intra vrbem: maximus autem Euandri cui a principio vocem dolor præripuit. Non hæc o palla: inde exorsus est: vnde dolor proueniebat. Haud ignarus eram: oratio: hac artificio summo exornata cuius vires facile ex similibus hactenus interpretatis orationibus facile intelligemus. Accusauerat natus qui sibi in obtemperans fuisse: nunc ostene

dit non ex impia contumacia: sed ex magni animi audacia & gloriæ cupiditate peccasse. ¶ Primitiæ iuuenis miseræ: exclamatio est per quam conqueritur fortunam statim a principio Palanti inimicam fuisse: & prima militiæ rudimenta durissima extitisse: & sua vota minime fuisse exaudita. ¶ Tuq; o sanctissima coniux felix morte tua: Maximum infelicitatis argumentum: cum qui infelices fuerunt nostrarum calamitatum comparatione felices possint appellari: vt illud O ter quaterq; beati Quis ante ora patrum &.s.a.c.o. Vici mea fata: Hyperbole est: Nemo enim sua fata vicit. Sed cum volumus longam alicuius vitam dicimus vixit plusq; sibi a fato concessum fuerat vt tantam videret calamitatem. Multi enim propter longiorem vitam in eas calamitates inciderunt: quas si prius decessissent omnino euitassent quod de Priamo testatur.

Contra ego viuendo[a] vici mea Fata superstes
Restarem[b] vt genitor. Troum socia arma secutũ
Obruerent Rutuli telis. animam ipse dedissem[c]
Atq; hæc pompa domum me, nõ Pálãta referret.
Nec vos[d] arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras. sors ista senectæ[e]
Debita erat nostræ. quod si immatura manebat
Mors Natum cæsis Volscorum milibus ante
Ducentem[f] in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio[g] digner te funere Pala
Quã Pius Aeneas, & quã magni Phryges, & q̃
Tyrrheniq; Duces Tyrrhenúmq; exercit[us] omnis
Magna Trophæa ferũt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoq;[h] nunc stares immanis trũcus ĩ armis,
Esset[i] par ætas, & idem si robur ab annis
Turne. sed ĩfelix Teucros[k] quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
Quod vitam moror inuisam Palãte perempto,
Dextera caussa tua est. Turnũ Natóq;, patriq;
Quam debere vides. meritis[l] vacat hic tibi solus
Fortunǽq; locus. non vitæ gaudia quæro,
Nec fas, sed nato[m] Manes perferre sub imos.

SER. a ¶ VIVENDO vici mea fata: diu viuẽdo vt in bucolicis O lycida viui peruenim[us]. Vici aũt mea fata per naturalem ordinẽ vita lõgiore superaui: nanq; hic ordo naturalis ẽ vt sint parentib[us] superstites filij. Fata ergo generalia dixit referens se ad naturalẽ ordinem: nõ ad fatum proprium: Nã fata superare nemo holum potest: vnde multi sic distingunt. Cõtra ego viuendo vici: vitam scilicet filij. Nã hoc est superstes restarem vt genitor: vt mea fata per exclamationem dictum sit. Sciendum tamen etiam irrationabilia dolentibus dari. b ¶ Restarem: essem. c ¶ Dedissem: reddidissem. d ¶ Nec vos arguerim teucri: exonerat eorum pudorem ne videatur causa orbitatis fuisse: dicẽs hoc sibi fataliter debitum. e ¶ Senectæ: deest ætatis: nam senecta ætas dicitur. Salu. Senecta iam ætate: per se autem plenum est si senectus dicamus. f ¶ Ducentem in latium teucros cecidisse iuuabit: lucrum quodam modo putat impendisse pro amicorum felicitate filium: qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus: & est a qualitate beneficij solacium. g ¶ Non alio digner te funere pala: Latenter hic Aeneæ ostendit pietas: qui in amici funus tanta contulit: vt pater amplius præstare non possit. h ¶ Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis: sicut isti duces: de quibus hæc sunt trophæa: nam supra ait: Indutosq; iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces. i ¶ Esset par ætas: vel mea: vel filij: Nam ad vtrumq; potest referri. k ¶ Teucros quid demoror armis? ab armis: & sic videtur dicere. dimittendi sunt Troiani: vt morte Turni satisfiat doloribus meis: quod etiam posteriora significãt. l ¶ Meritis vacat hic tibi solus Fortunæq; locus: nihil est aliud quod possit vel virtus tua: vel fortuna præstare: nam his rebus victoria contingit: nisi vt occiso Turno & vindices filium: & patrem consoleris orbatum. m ¶ Sed nato manes pferre sub imos: ac si diceret hanc solam esse causam: quæ cum cogat ad vitæ patientias: vt filio Turni nuncietur interitus.

DON. ¶ NIHIL quod non cognitu facile sit refert Donatus.

CHR. ¶ TROVM socia arma secutum: increpat seipsum quod non potius ipsemet ĩ bellum processerit: & in quo præmortuus filij funus non aspexisset. ¶ Nec vos arguerim. Non tamen imputat mortem fili troianis: qui illum in bellum adduxerint: sed fato suæ senectæ. Illis autem debere fatetur q; post q; filio moriendum erat: cum tanta gloria mortuus fuerit.

¶ EXTVLERAT

Aurora interea miseris[b] Mortalibus almam
Extulerat[a] lucem, referens opera[c], atq; labores.
Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarcon
Constituere[d] pyras: huc corpora quisq; suorum
More[e] tulere patrum, subiectisq; ignibus[f] atris
Conditur[g] in tenebras altum caligine Caelum.
Ter circum accensos cincti[i] fulgentibus[h] armis
Decurrere[k] rogos, ter moestum funeris ignem
Lustrauere in Equis, vlulatusq; ore dedere.
Spargit & Tellus lachrymis, sparguntur & Arma.
It Caelo clamorq; virum, clangorq;[l] tubarum.
Hinc alij[m] spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni galeas, ensesq; decoros;
Frenaq; feruentesq;[n] rotas, pars munera nota
Ipsorum clypeos, & non felicia[o] tela.
Multa Boum circa mactantur[p] corpora morti,

SER. a ¶ EXTVLERAT lucem: Asinius Pollio dicit vbiq; Virgiliũ in diei descriptiõe sermonẽ aliquẽ ponere aptũ p̃sentibus reb⁹: vt hoc loco: q̃a funerũ & sepulturarum res agit dicit extulerat. Nã & efferre ẽ ad sepulturã ferre. Ter. Funus effertur imus. Itẽ i q̃r/og ae nauigaturus Aeneas & relicturus Didonẽ dicit: Tithoni croceum linquẽs aurora cubile: q̃d licet superfluũ sit: in multis tñ locis inuenit. b ¶ Miseris mortalibus: q̃ sunt subiecti tot casib⁹. Hom. δειλοῖσι βροτοῖσι: i. miseris mortalib⁹ nõ timidis: cũ δειλὸς & miserũ & timidum significet. c ¶ Opa atq; labores: h̃ opus & hæc opa tũc dicimus q̃n negociũ ipsius q̃d gerit significamus. Si aũt fœminino genere dixerim⁹ opas p̃sonas ipsas: q̃ aliq̃d faciunt significam⁹: vt Sal. sicut custodia dr̃ q̃ custodit: vt Cernis custodia q̃lis: Nã vt hi q̃ custodiunt custodia dicant vsurpatũ ẽ: vñ male ẽ in vsu: Custodiæ audiunt. d ¶ Cõstituere pyras: pyra ẽ lignorũ cõgeries: rogus cũ ardere cœpit dr̃: bustũ vo iã exustũ vocat: quẽ ordinẽ seruat poeta dicẽs Cõstituere pyras. Itẽ Subiectisq; ignib⁹ atris Ter circũ accẽsos decurrere rogos: Itẽ Semiustaq; seruãt busta. e ¶ More tulere patrũ: q̃a apud varias gẽtes diuersa fuerũt genera sepulturæ: inde ẽ q̃ alij obruunt: alij exurunt: alij p̃prias remittũtur ad patrias: alij p diẽ vt nũc isti: alij p noctem vt supra Palas: & p̃ter has varietates Virg. posuit: nãq; Heraclitus q̃ omnia vult ex igne p̃stare: dicit debere in ignem corpora resolui: Thales vo qui confirmat oĩa ex humore procreari: dicit obruenda corpora: vt possint humore resolui. f ¶ Ignibus atris: atqui ignes atri nõ sunt: sed epitheton traxit de negocio vt atris diceret: hoc est funebribus: vt paulo post Mœstũ funeris ignẽ: idest funebrẽ: nam mœstus esse nõ põt ignis. g ¶ Cõdit in tenebras. i. fumi obscuritate cõplet. h ¶ Cũcti fulgẽtib⁹ armis: frustra hoc epitheton notãt critici q̃si circũ euntes rogos alia arma hẽre debuerunt. i ¶ Cincti: instructi. k ¶ Decurrere rogos: p circa rogos cucurrere: Bñ ãt ait decurrere: nõ decucurrere. Nã verba q̃ i p̃terito p̃fecto primã syllabã geminãt: vt curro cucurri: & tondeo totondi cuʒ cõposita fuerit geminare non possunt. Nã neq; decucurri: neq; detotondi dicimus: exceptis tantuʒ duobus do & sto. l ¶ Clãgorq; tubarum: ante enĩ mortui ad tubas deducebãtur: vnde Persius: Hic tuba candelæ: tandemq; beatulus alto Cõpositus lecto. m ¶ Hinc alij spolia occisis direpta latinis: secũdũ suæ gẽtis ritũ alij hostilia arma: alij peremptoruʒ cremabãt. n ¶ Ferũtesq; rotas: nimio scilicet cursu: alibi: Volat vi feruidus axis. Horati⁹: Metaq; feruidis euitata rotis. o ¶ Nõ felicia tela: quibus se defendere nequiuerunt. p ¶ Mactantur corpora morti: aut in morte: aut morti ipsi deæ: Stati⁹: In scopulis mors sæua sedet. Luca. Ipsamq; vocati Ques pe/tat e nobis mortez tibi coge fateri. Circa autem ideo: quia Home. dicit in morte Patrocli circa corpus extincti taʒ homines q̃; pecora immolabantur: & vno igne cremabantur. Quare sic ἐν τοῦ ψ. ad patrocli pyram:

ἐν δὲ τιθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας
πρὸς λέχεα κλίνων πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους,
ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ μεγάλα στεναχίζων.
ἐννέα τῷ γ', ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν.
καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας·

Vnde est in sexto: Ossaq; lecta cado texit Corinæus aheno.

CHRI. ¶ CONDITVR caligine cælũ: hyperbole est. ¶ Ter circũm: sic enim cõsuetũ erat apud antiquos. ¶ Spargit: hæc omnia ostẽdunt ingenteʒ luctũ. ¶ Clangorq; tuba. Ad vltoruʒ enim funera tubis efferebantur. Persi. Hinc tuba candelæ tandemq; beatulus alto Compositus lecto crassis luctatus amomis: in portas rigidos calces extendunt. Idẽ inuenies apud Homeruʒ in funere hectoris

poetorum vo tibia celebrabantur. Hanc. n. in Archemori funere dat Stati. quo in loco sit Lactantius hoc iubere priscorum religionem: addit Acron quod lydijs tibijs læta: phrygijs mæsta canebantur.

Setigerósq; sues, raptásq;[a] ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. Tū littore toto
Ardenteis spectant socios, semustáq; seruant
Busta, neq; auelli possunt. Nox humida donec
Inuertit Cælum stellis[b] ardentibus aptum.
Nec minus[c] ꝛ miseri diuersa in parte Latini
Innumeras[d] struxere Pyras, ꝛ corpora partim
Multa virûm terræ infodiunt, auectáq; partim
Finitimos[e] tollunt in agros, vrbiq;[f] remittunt.
Cætera confusǽq; ingentem cædis aceruom
Nec nūero, nec honore[g] cremāt: tūc vndiq; vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia Lux gelidam Cælo dimouerat vmbram.
Mœrentes altum cinerem, ꝛ confusa[h] ruebant[i]
Ossa focis, tepidóq;[k] onerabant aggere terræ.
Iam vo in tectis prædiuitis[l] vrbe Latini
Præcipuus fragor, ꝛ longe[m] pars maxima luct⁹.
Hic[n] matres, miseræq; nurus, hic cara sororum
Pectora mœrentum, puerīq; parentibus orbi
Dirum execrant Bellum, Turnūq; Hymenæos.
Ipsum armis, ipsúmq; iubent[o] decernere ferro,
Qui regnū Italiæ, ꝛ primos sibi poscat honores.
Ingrauat[p] hæc sæuus Drances, solúmq; vocari
Testatur[q], solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra varijs sententia dictis
Pro Turno, ꝛ magnū Reginæ nomen obūbrat[r].
Multa vírum meritis[s] sustētat Fama Trophæis.
Hos intèr motus medio flagrante tumultu;

SER. a ¶ Raptas: raptim adductas: nā post inducias rapere non poterant: Aut certe raptas ante: belli scilicet tempore. b ¶ Stellis aptum: coniūctum. c ¶ Nec minus: etiam. d ¶ Innumeras struxere pyras: hoc loco multis reb⁹ ostēdit immensas cædē factas eē rutulorum. e ¶ Finitimos tollūt in agros: q enī e lōginquo venerant referri non poterant. f ¶ Vrbiq; remittunt: deest vnicuiq;: ꝛ meminit antiquæ consuetudinis. nam ante ēt homines in ciuitate sepeliebātur: qđ postea Duellio consule senatus prohibuit: ꝛ legauit ne qs in vrbe sepeliretur. Vñ imperatores ꝛ virgines Vestæ quia legibus non tenerent in ciuitate hēnt sepulcra: deniq; etiam nocentes virgines Vestæ licet viuæ: tñ intra vrbem in campo scelerato obruebantur. g ¶ Nec honore: quia nec numero: nā aliud verbum pendet ex altero. h ¶ Confusa ruebant Ossa focis: aut qa dixit simul multos crematos: aut si ad honoratorū cadauera referas: vt supradixim⁹: confusa propter animalia simul cōcremata. i ¶ Ruebant: de cineribus eruebant. k ¶ Tepidoq; onerabāt aggere terræ: hypallage: hoc ē ossa tepida. l ¶ Prædiuitis: more græco epitheton incongruū hoc loco posuit. m ¶ Et longe pars maxima luctus: valde hoc ē melius q; qđ legatur ꝛ longi. n ¶ Hic matres: qa scit hæc noīa ad aliquid pertinere non addidit deflebant filios: aut maritos: aut fratres.

o ¶ Iubēt: volunt: ꝛ exposcūt. p ¶ Ingrauat: maiorem inuidiam concitat. q ¶ Testatur: testificatur ēt legatorum fidē: q cū eo fuerūt. r ¶ Obūbrat: subaudis Turnū tuet: defendit: ꝛ est translatio ab arboribus. hoc aūt dicit amor reginæ ad fauorem popularē plurimum proderat Turno. s ¶ Meritis sustentat fama trophæis: qa multos occiderat: vt ēt ipse dicturus ē.

CHRI. ¶ Et corpora ptis: optima distributio nā excellentiores hēbāt a qb⁹ in pprias referētur. Vulgus vo: ꝛ qui ex lōgīquo venerant coaceruati vrebantur. ¶ Iam vo in tectis: miram ꝛ summo artificio cōparauit varietatē: vt cū ꝛ apud arcades: ꝛ apud troiāos: ꝛ apud latios eūdē mœrorē expmere vellet: Tñ hæc oīa dixit: tñ maiorē mœrorē dat latinis: qa maiore clade essent affecti. ¶ Dirum: qđ ex deorum ira puenerit: q̃ iniustū ꝛ plenū supplicio. ¶ Turniq; hy. Nā oēm cām belli a Turno pfectā volebat: q ne amitteret lauiniæ cōiugiū id moueri curauit nulla habita rōne fatorum. Quapp ipm solū obijciēdā eē armis cū oē certamen sumat: vt ipse regnet. ¶ Ingrauat hæc drances: ostendit quod solet vsu venire qđ in rep. sint semper aliqui qui in cōmune consulant: ꝛ sua libertate freti dum vtilitati publicæ cōsulant: non recusent principium odium subire. Cōtra vo eē plerosq; q factionē secuti principibus faueant præsertim si illorum extent aliqua in rēp. merita aut virtutibus excellāt.

SER. a ¶ ECCE sup: insup ad cumulationẽ maloꝝ. b ¶ Mœsti: hoc sermone nihil eos egisse significat. c ¶ Magna diomedis ab vrbe: legit ꝛ magni. d ¶ Nil dona neq; aurũ: ordinẽ legationis exequitur dicẽs pfecta inaniter esse oĩa: q̃ possent efficaces legati pficere auro: ꝓce: pmissione. e ¶ Pacẽ troiano ab rege petẽdũ: sicut ẽt sup diximus cũ ꝑ gerũdij modus aliqd dicim' ꝑ accusatiuũ elocutionẽ formemus necesse ẽ. Lucre. Aeternas qm̃ pœnas in morte timẽdũ. Item Salu. Castra sine vulnere introitus. Nã castra accusatiuus pluralis est: q multis errorẽ facit vt videat esse nolatiu': qa neutra triptota sunt: ꝛ similis ẽ noĩatiu' accusatiuo.

ingrediebant curiã: postea cœperũt tantũ ex cõsulibus: ꝛ signum erat eos consules fuisse. n ¶ Aetola ex vrbe remissos: quã ꝓdiderũt hi q de aetolia venerũt graeciae ꝓuincia: vnde Diomedes habuit socios de tribus eius ciuitatibus: quas habet Aetolia Pleuron: Olenon: Calydon. Sic ergo Aetola dixit ex vrbe: vt Et tandẽ euboicis cumarũ allabitur oris. o ¶ Et responsa reposcit: mire ait reposcit: Ante enĩ rex solet a legatis vniuersa cognoscere: ꝛ sic eos ꝑsente populo iterũ omnia iubere narrare. Vnde est: Ordine cuncta suo. Nam nihil licet ꝑtermittere: vnde et superflua narrari consueuerunt.

Ecce[a] super mœsti[b] magna[c] Diomedis ab vrbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorũ impẽsis operũ: nil dona[d], neq; Aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quaerẽda, aut pacem[e] Troiano ab Rege petẽdũ.
Deficit ingenti luctu Rex ipse[f] Latinus.
Fatalem[g] Aeneam manifesto[h] numine ferri
Admonet ira Deûm, tumuliq; ante ora recẽtes.
Ergo concilium magnum, primosq; suorum
Imperio accitos alta intra[i] limina cogit.
Olli[k] conuenere, fluũtq;[l] ad regia plenis
Tecta vijs: sedet in medijs Rex Maximus aeuo
Et primus[m] sceptris haud laeta fronte Latinus.
Atq; hic legatos Aetola[n] ex vrbe remissos
Quae referant, fari iubet, ꝛ responsa[o] reposcit
Ordine cuncta suo: tum facta silentia linguis.
Et Venulus dicto parens ita farier infit.

f. ¶ Rex ipse latinus: q aut ꝯsolari debuit: aut defendẽdae reip. aliud inire ꝯsiliũ. g ¶ Fatalem aeneã manifesto numine ferri: mõ ꝑnitio sui olb' Aeneã. h Manifesto numine. i. manifesto deoꝝ iudicio ad Italiã venisse numinis ira testat: quã cognoscimus tãtoꝝ caede socioꝝ. i ¶ Alta intra limina cogit: q̃rit cur ad priuatã domũ ꝯuocet senatũ: q non nisi ad publica ꝛ augurato ꝯdita loca ꝯuenire cõsueuit. Sed scimus domũ Latini augurato cõditã: ꝛ eãdem tã templũ fuisse q̃ curiã. Nanq; in superiorib' legimus tectũ augustũ. i. augurio ꝯditũ. inde paulopost Hinc sceptra accipe et primos attollere fasces: Regib' omen erat hic illis curia tẽplũ: Merito ẽ ad domũ regis: q̃si ad publicũ locus ꝯuocat senatus: Nã ait i. vij. Tali illus tẽplo diuus patriaq; latinus Sede sedens. Iccirco ẽt in palatij atrio: qd augurato ꝯditũ est apud maiores ꝯsulebat senatus: vbi etiã arietes imolabant: qd (vt i. vij. dixim') Virgilius ad Latini trãstulit domum. Multi dicũt perite Virgiliũ fecisse nec tẽpli nec curiae hoc loco cõmemorationẽ: sꝫ tantũ dixisse Intra tecta regia: vt ostẽderet ꝯsiliũ: qd initur nõ esse cõplendũ: qa nec rite est incohatũ. Ea enĩ quae dicet Latin' effectu carebũt. k ¶ Olli: sm̃ Enniũ. l ¶ Fluunt: festinãter incedũt. m ¶ Et primus sceptris: primus inter sceptriferos: Nã apud maiores: oẽs duces cũ sceptris

DON. ¶ ECCE inopinatum: pronunciat malum haec dictio: ꝛ graue satis ac vehemẽs. ¶ Neq; aurum: quod quidem etiam qui nullo odio commoti sunt in ꝑlium excitat: ꝛ ad iniurias: vt probauit in Pygmalione: ꝛ in Polymnestore. ¶ Alta ad limina: interiorem partem domus intelligit: ꝛ non curiam quam describserat in qua de rebus laetis agebatur. ¶ Olli conuenere: ostendit q̃ cupide propter magnitudinem periculi omnes concurrerent.

CHRI. ¶ ECCE SVPER mœsti: saepe euenit q̃ fortuna aliquid afferat quod in dubijs consultationibus maximum afferat momentum: nam eadem responsa Diomedis si post captum consilium relata sciuissent: paruum momentum attulissent. ¶ Deficit: animo et consilio: nam neq; tumultuanti Turno satis tuto aduersari poterat: ꝛ Aeneae a dijs faueri: ꝛ a fatis videbat praesertim cũ ira deorum tanta strage afflictos latinos cerneret. Quapropter veluti sapiens vir cum egeret consilio ab alijs sumendum censuit praesertim a primis qui caeteros auctoritate et sapientia anteibant. ¶ Fluunt plenis vijs: ostendit ꝛ plurimos fuisse: ꝛ cum celeritate venisse. ¶ Quae referant fari iubet: recte nam petiturus consilium omnes difficultates afferre debuit.

Vidimus[a] ò ciues Diomede, Argiuáq; castra,
Atq; iter emensi casus[b] superauimus omnes,
Contigimúsq; manuz, quā[c] cōcidit Ilia Tellus.
Ille vrbez Argiripam[d] patriæ cognomine gentis
Victor Gargani[e] condebat Iapygis agris.
Postq̃; introgressi, ⁊ corām data copia fandi;
Munera præferim⁹, Nomē, Patriámq; docem⁹.
Qui bellū intulerint, quæ cā attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore.
O fortunatæ[f] gentes, Saturnia regna,
Antiqui[g] Ausonij: quæ vos fortuna quietos[h]
Sollicitat? suadétq;[k] ignota[i] lacessere bella?
Quicunq; iliacos ferro violauimus[l] agros,
(Mitto ēa quæ muris bellādo exhausta sb̄ altis,
Quos[m] Simóis premat ille viros) īfanda p orbē
Supplicia, ⁊ scelerũ pœnas[n] expendimus oēs.

SER. a ¶ VIDIMVS ò ciues diomede: aut Diomedē legendũ: vt sit latinus accusatiuus: ⁊ admittit ecthlipsis: vt Multũ ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. Aut si græcũ accusatiuũ facere voluerimus Diomede legatur: vt possit fieri synalœpha: vt Euryale infelix q̃ te regione reliqui. Si aũt Diomeden dixerimus nec latinũ est nec græcũ: aliter nec versus ɔsistit. Nunq̃;.n. ecthlipsis fit p n literas: tamē melius ē Diomede legatur: vt sit græcus accusatiu⁹. Noīa.n. græca in es exeũtia: q̃ genitiuũ in eos mittũt p plenā elocutionē: cuz eundē casum p synæresiz ī us miserint: accusatiuũ in e mittunt necesse est: iō qa cũ naturā suā seruãt accusatiuũ in vocalē mittũt: nō in consonantē: ⁊ debet synæresis plenitudinis seruare rōnē: vt ecce ὁ Διομήδης plena dclinatio ē: τοῦ Διομήδεος: τῷ Διομήδει: τὸν Διομήδεα per synæresim autez facit τοῦ Διομήδους τῷ Διομήδει: τὸν Διομήδη. ergo hic accusatiuus iō in e exit nō in en: qa cũ integrũ est hoc nomen in eos exit: ⁊ crescit eius genitiuus.s.n ἰσοσύλλαβος fit noīatiuus: accusatiuuz in en mittit: nec hēt s in genitiuo: vt θουκυδίδης θουκυδίδου θουκυδίδην: nā Diomedes iō in genitiuo os hēt: qa ⁊ cũ integrũ est: ⁊ Διομήδεος facit hēt s consonātē. b ¶ Casus oēs: itineris.s. ⁊ bñ vilitatez singularũ reꝝ generalitate vitauit ne diceret Flumina latrones. c ¶ Qua concidit ilia tellus: ἐμφατικῶς dixit p vrbs Ilia: nā terra non concidit: sed ciuitas. d ¶ Argiripas: Diomedes fuit de ciuitate: quæ Argosipplon dr̄: de qua Homerus ἄργος ἱππόβοτον. Horatius Aptũ dicet equis argos: hic ī Apulia condidit ciuitatē: quā patriæ suæ noīe appellauit: ⁊ argosippion dixit: quod nomen postea vetustate corruptum est: ⁊ factum est vt ciuitas Argiripa diceret. Quod rursus corruptũ arpos fecit. e ¶ Gargani ɔdebat iapygis aruis: Iapygia pars est apuliæ: in qua est mōs Garganus: q per Calabriā vsq; ī adriaticum tēditur pelagus. Lucanus: Appulus adriacas exit garganus ī vndas. Gargani aũt Iapygis figura ē: p gargani iapygij: ⁊ hæc Iapygia apulia: a qua ⁊ iapyx ventus est noīatus. Nā Iapidia Venetiæ regio est ab oppido dcā: vñ ē: Tũ sciat aerias alpes ⁊ norica siquis Castella in tumulis ⁊ iapidis arua timaui. f ¶ O fortunatæ gentes: q̃ habitatis rgna saturnia: i. o viri sp pace gaudentes: Nā legim⁹ Aureaq; vt phibēt illo sb̄ rege fuerunt Sæcula: et bñ hoc laudat: q̃ð eis psuadere desiderat. g ¶ Antiq ausonij: q pmi ita liā tenuerũt ausones dicti sũt. h ¶ Quietos: q bus ē amor pacis a maiorib⁹ traditus pp regnuz Saturni. i ¶ Ignota lacessere bella. s. troianorũ: non oīa generaliter bella: nā legimus Captiui pēdēt currus curuæq; secures. k ¶ Suadet: vobis subaudis: nā vos a superiorib⁹ nō pōt subaudiri: quia non te sed tibi dicimus suadeo. l ¶ Violauimus: quasi sacra: nā violare de religiosis rebus dicimus: ⁊ ingēti arte dicit: ne aut victoriā suā sileat: aut nō pcedēdo cōtra eos quos vicit ɔfiteat ignauiā dicens nō esse cōtra eos pugnādũ: quos vincere pniciosissimũ est. m ¶ Quos simois pmat ille viros: i. toto orbe celebris. alibi: Vbi tot simois correpta sub vndis Scuta virũ galeasq; ⁊ fortia corpora voluit. n ¶ Scelerũ pœnas expendimus oēs: luimꝰ oēs pœnas q̃ sunt statutæ scelerib⁹. alij sceleris oīs legũt: nā oēs ad græcos nō pōt referri: qa nō oēs pertulere supplicia.

CHRI. ¶ VIDIMVS: histeron pteron. nā prius superarunt casus: deinde viderunt Diomedē.

¶ Qua concidit ilia tellus: vt faciat Aeneam formidabilē: ostendit cũ mirifice extolli ab illo cuius dextra Troia plerat. Neq; peccat quod hoc dicat cũ Achilli tribuat hæc victoria: tñ Maro vbiq; extollit Diomedē vt excuset æneam: vt in primo libro ostendimus.

¶ Postq̃; introgressi: ostendit breuiter nihil ptermissum a legatis: ex ħs rebus quib⁹ Diomedes in auxiliũ latinorum flecti potuerit: ergo solo metu ferre auxilium denegauit.

¶ Ignota. q. d. quæ si cognosceretis nō lacesseretis: lacessere autem ignota bella: idest lacessere viros ignotos ad bellum. ¶ Quicunq; iliacos:

cunq; iliacos: duabus rationibus dehortatur ne lacessant: & q̄a fortes sunt q̄d ostēdit: cum ait Mitto ea q̄ muris bellando exhausta sub altis: & quia dijs accepti fatalesq; sint: q̄n q eos vicerunt post victoriam tot pœnas victis persoluerint quasi dijs fatisq; ita volentibus id acciderit: vt etiam miserandi Priamo veniant. ⁋ Argiripam: argos thessalicum: achaicum & ætolicum fuit: inde argosippum suam vrbem vocauit Diomedes: quæ postea a ꝑstātia equorum Hyppoliti dicta est Argiripa. ⁋ Iapygis: iapyx filius dædali fuit: a quo magna pars Apuliæ iapygia dicta est: vnde ventum inde flantem iapygem dicunt.

Vel Priamo[a] miserāda man⁹ · scit[b] triste Mineruæ
Sydus, & Euboicæ Cautes, vltórq;[c] Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad Littus abacti·
Atrides[d] Protei Menelaus adusq;[e] columnas

SER. a ❡ VEL priamo miserāda manus: ēt Priamo: vt Carmina vescæto possunt deducere Lunā: est autē Pacuuij: q ait si Priamus adesset: & ipse eius commisesceret. b ⁋ Scit triste mineruæ sydus: fabula hoc hēt pp Cassādræ stuprū græcis iratā esse Mineruā: vel φ ei victores sacrificare noluerunt p superbiā: vnde eos redeuntes grauissima tēpestate fatigatos per diuersa dispersit. Hora. Cum pallas vsto vertit irā ab ilio. Re vera āt constat græcos tempestate laborasse æquinoctio vernali: q̄n manubiæ mineruales: idest fulmina tempestates grauissimas cōmouēt: vnde perite dicendo sydus vtrunq; complexus est. Nam sydus & tempestates significat: & re vera sydus: hæc aūt numina: quæ iter sydera non videmus: licet sua signa propria nō habeant cū alijs potestate sunt permixta: vt Ophiucus ipē est Aesculapij: gemini Apollinis & Herculis esse dicūt: sic Mineruæ aries esse dignoscitur. c ⁋ Vltorq; caphareus: το αυτό est cautes euboicæ. nā Euboea insula ē: in qua mons est Caphareus: circa quē græci periere naufragio. Vltor aūt ideo dixit: quia Nauplius Palamedis pater dolens filiū suū factione interemptum: vt in secundo memorauimus quū videret græcos tempestate laborare montē Caphareū ascendit: eleuata facula signū dedit vicini portus: q̄re decepti græci inter asperrimos scopulos naufragiū pertulerunt. d ⁋ Atrides protei menela⁹: Agamemnon & Menelaus vno q̄dē fataliter fuerant supplicio destinati: nā Atre⁹ & Thyestes fratres fuerūt in seinuicē sæui: adeo vt Thyestes cū Aeropa fr̄is vxore cōcūberet: quo fcō dolens Atreus liberos ꝓprios ei epulandos apposuit. Sed quū Thyestes post cognitū facinus requireret vltionē a dijs: ei Apollo r̄ndit posse alio scelere illius facinoris vindicē nasci. s. si cū Pelopea filia sua cōcūberet: quo fcō natus est Aegysthus fatalis in Atrei geminā prolē: sed Iuppiter Menelai fata miserat⁹ est pp Helenæ iugale consortiū: & eum p diuersa errare maluit. q̄; Aegysthi manibus interire: hic errās ad ægyptū vsq; puenit: vbi Proteus deus marinus regnauerat: cui rapta aliq̄n a Theseo Helena dr̄ cōmendata. vn̄ q̄dā dn̄t φ ad eā quærendā Menelaus sit ad ægyptū profectus post bella troiana. Quidā volūt nō eē raptā a Paride Helenā: sed alias cām belli fuisse troiani: illā scilicet φ Herculē q̄rentē Hylā suscipere noluerūt. Qui āt volūt eā raptā a Paride hoc dn̄t φ recepta a Proteo p Theseū ad Menelaū trāsitū fecerit: & sic eā Paris rapuerit: s; q̄d vt supra dixim⁹ Menelaus ad ægyptū Iouis volūtate puenit: videlicꝫ ne ab Aegystho posset interimi. Q̄d aūt ait Protei colūnas rōne nō vacat. Nam Herculis colūnas legimus & in Pōto & Hispania. hunc aūt Proteū inuictū fortissimūq; cōstat fuisse. Nouimus aūt φ oēs fortes Hercules dicebant. Vn̄ vr̄ hoc affectasse Virgilius: vt p finibus Protei colūnas diceret quas habuit Hercules: vt ostēderet eū ēt Herculē dcm̄. e ⁋ Adusq; colūnas protei: vsq; ad fines ægypti: hoc est vsq; ad Pharon an̄ insulā: nūc partem Alexandriæ. Luc. Nunc claustrū pelagi cœpti pharon: insula quondā In medio stetit illa mari sub tp̄e vatis Protéos: at nunc est pellæis ꝓxima muris. Protei aūt est latinus genitiuus constitutus p synæresiꝫ. Adusq; āt sic est dcm̄ quēadmodū Siculo ꝓspexit abusq; pachynno. Nā quū præpositio præpositioni nunquam cohæreat: abusq; & adusq; licenter admissum est.

❡ TRISTE: quod tristitiam ex calamitate intulit. ⁋ Caphareus: mons est euboicæ in quo Nauplius vltus est mortem Palamedis. CHRI.

⁋ Atrides protei: refert Herodo. Paridē cū e græcia in Troiam cū rapta Helena enauigaret tempestate compulsum in ægyptū apud canopicum nili hostium deuenisset & a phytione huius hostij custode ad Proteum ægypti regem fuisse deductum. Proteus autē cognita causa ab illis qui Alexandrum accusabat illum triduo ex suo regno abire iussisse: Helenam ꝓo & raptam pecuniā reddendam viro retinuisse. Quæ omnia non ignota Home. fuisse. idem acta affirmat: idq; ex poetæ versibus ait patere: Adiungit etiam scribere sacerdotes cum græci vt iniurias vlciscerentur illum venissent anteq̄; obsidione vrbem cingerent misisse ad Priamum legatos: qui Helenam & pecuniam cum Helena raptam repeterent. Verum cum troiani respōdissent Helenā cū suis rebus non apud se sed

apud Proteum esse non credidisse græcos: sed vrbem obsedisse: ac demum illa expugnata & Helena non inuenta: Agamemnonem & Mænelaum in ægyptum enauigasse & Helenam a rege recepisse: & ex ægypto in Libyam venisse: inde quo progressi sint sacerdotes ignorare affirmant. ¶ Protei columnas: idest quæ essent apud Memphim vrbem vbi Proteus regnabat: intelligit autem duos obeliscos ibi in templo solis positos a filio Sesostris qui ante illum regnauit. Hic cum Nilus totam ægyptum inundasset: & totum illud æquor a ventis exagitaretur hastam in medios fluctus iecit: ex qua re decem annos cæcus mansit. Vndecimo autem anno cum ex oraculi responso oculos mulieris vrinam abluisset vidit: Quapropter dijs cum ita esset liberatus multa alia donaria obtulit: & duos obeliscos singulos ex singulis lapidibus: quorum longitudo centum: latitudo. viij cubitorum fuit. has igitur columnas nisi fallor appellat. Reliquas has historias ponit Serui.

Exulat[a] · Aetnæos vidit Cyclopas[b] Vlyxes,
Regna[c] Neoptolemi referam, versósq;[d] Penates
Idomenei? Libycó ue[e] habitātes littore Locros?
Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuûm
Coniugis infandæ prima[g] intra limina dextra
Oppetijt, deuicta[f] Asia subsedit Adulter.
Inuidisse[h] Deos, patrijs vt redditus oris
Coniugiū optatū; & pulchrā[i] Calydona viderē.

SER. a ¶ EXVLat: proprie: nam exulare dicuntur qui extra solum eunt. Sane sciendum quia quo tēpore Menelaus ijt ad ægyptum perdidit Canobū gubernatorem: a quo vicina ciuitas: nomē accepit quæ hodie mutata littera canopus nominatur. b ¶ Cyclopas: græcæ declinationis accusatiuus est: vnde græcum habebit accētum. Nam latine cyclopes diceret: & sic versus stare non poterat. c ¶ Regnaq; neoptolemi: subaudi euersa: quod ex inferioribus intelligitur. Pyrrho autem quid contigerit manifestū est. Nam vt in tertio legimus: quum vellet ducere Hermionem Menelai & Helenæ filiam & Oresti ante desponsatam: ab eo inter aras Apollinis interemptus est: vt est Et scelerum furijs agitatus orestes Excipit incautum: patriasq; obtruncat ad aras. d ¶ Versosq; penates Idomenei: Idomeneus rex cretensium fuit: qui quum tempestate laboraret: vouit se sacrificaturum de re quæ ei primum occurrisset si reuersus fuisset: sed quum casu ei primo filius occurrisset: & eum (vt alij dicunt) immolasset: vt alij immolare voluisset: ob crudelitatem regno a ciuibus pulsus est: vnde est Fama volat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem: Alij dicunt ꝙ abscedens cuidam suum commendauerat regnum: qui per eius absentiam occupauit imperium: & reuersum pepulit: ergo versos penates aut versos & funditus direptos accipiendum est: aut certe in aliena iura conuersos. e ¶ Libyco ue habitantes littore locros: vt etiam in tertio diximus: Locri socij Aiacis Oilei fuerunt Epizephyrij & Ozoli: sed hi tempestate diuisi sunt: adeo vt Epizephyrij tenerent Brutios: de quibus ait in tertio Hic & narитij posuerunt mœnia locri: Ozoli vero deferrentur Pentapolim: de quibus nunc quæritur dicens: Libyco ue habitantes littore locros. f ¶ Deuicta asia subsedit adulter: legitur & deuictā asiam: quod si est ita intelligimus: vt subsedit sit dolo possedit. Lucanus Subsidere regnū chalcidos euboicæ: vnde & subsessores dicuntur qui insidijs tauros interimunt: et hostium dolo subsessos vocamus: vt sit sensus ab Agamemnone: deuictam asiam adulter Aegysthus factione possedit. Melius tamen est vt deuicta asia legamus: secundum quod subsedit erit remansit: vt Extremus galeaq; ima subsedit Acestes: vt sit sensus: asia propter adulterium pertulit bella: quæ remanente adultero finita esse nil profuit: vt cum indignatione sit dictum dum primum vindicatur adulterium: aliud rursus emersit. g ¶ Prima intra limina: in ipso limine imperij: idest in littore: quia secundum Homerum Clitæmnestra Agamemnoni occurrit ad littus: & illic eum susceptum cum adultero inter epulas interemit.

ἀλλά μοι ἄιγισθος τεύξας θάνατόν τε
μόρ οντε
ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκον δὲ καλέσσας
δειπνίσσας ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν
ἐπὶ φάτνῃ.

quod & Iuuenalis tangit dicens: Quippe ille dies auctoribus vltor Patris erat cæsi: media inter pocula. Alij autem dicunt ꝙ in ipso ingressu: idest prima die: qua domus suæ limen ingressus est: consilio Aegysthi ab vxore vestem accepit clauso capite: qua implicatus adulteri manibus interijt. h. ¶ Inuidisse deos: Stheneli filius Cylabarus Aegialiam Diomedis vxorem cognouit adulterio: quo comperto Diomedes reuerti noluit: sed in Apuliæ partibus sibi sedem condidit: quod Veneris dolo dicitur esse perfectum: quā in bello troiano vulnerauerat: vnde ait Inuidisse deos. i ¶ Pulchram calydona viderem: vnā de supradictis ciuitatibus: quibus imperauit.

CNVNC

Nunc etiam[a] horribili visu portenta[b] sequunť,
Et Socij[c] amissi petierunt Aethéra pinnis,
Fluminibúsq; vagantur aues· heu dira meoꝛuʒ
Supplicia,ꝛ scopulos lachꝛymosis[d] vocib⁹ iplét.
Hæc adéo ex illo mihi iam speranda[e] fuerunt
Tempoꝛe,cum ferro cælestia[f] coꝛpoꝛa demens
Appetij,ꝛ Veneris[g] violaui vulnere dextram·
Ne vero,ne me ad tales[h] impellite pugnas·
Nec mihi[i] cum Teucris vlluʒ post eruta belluʒ
Pergama,nec veteꝝ[k] memini,lætóꝛ ue maloꝛũ·
Munera[l],quæ patrijs ad me poꝛtastis ab oꝛis
Vertite ad Aeneã· stetimus[m] tela aspera cóntra,
Contulimúsq; manus· experto credite quãtus[n]
·In Clypeũ assurgat;quô turbie toꝛqueat hastã.

SER. a ℭNVNC etiam horribili visu portenta: hoc loco nullus dubitat fabulæ huius ordinẽ a Virgilio eẽ ꝯuersum. Nã Diomedis socios ꝯstat in aues esse ꝯuersos post ducis sui interitum: quẽ extinctuʒ impatiẽter dolebãt. hinc et aues hodie que latie diomedeæ vocantur: quas græci erodios dicunt:cuius generis auẽ auspicio dixit Hom. Diomedi ꝛ Vlyssi speculatoribus apparuisse. τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο παλλὰς ἀθηναίη. Habitabant aũt in insula quæ est haud longe a Calabria in cõspectu tarentinæ ciuitatis:qn etiã de his auibus dr̃ ꝙ græcis nauibus lætæ occurrãt Romanis venientibus:latinas vehemẽter fugiant memores originis suæ:ꝛ ꝙ Diomedes ab illyrijs interemptus est. b ꝑ Portẽta sequuntur: re vera.n.portentũ est holes in aues esse cõuersos. c ꝑ Et socij amissi:legunt nõnulli ꝛ admissis pẽnis:Sed melius ẽ amissi. d ꝑ Lachrymosis.i.dolentes vel suã mutationẽ vł regis interitum: Nanq; hoc tangit latenter. e ꝑ Sperãda:pro timẽda:vt Hũc ego si potui tantũ sperare dolorẽ. f ꝑ Cælestia corpora: Martis ꝛ Veneris : quæ numina vulnerauit in bello troiano. g ꝑ Veneris violaui vulnere dextrã:artificiose agit:nã sciens ea quæ dicunť in fine hærere als : suos casus victos memorat. perite ẽt Venerẽ a se vulneratam tantũ dicit:supprimẽs Martis nomen: qđ ei poterat eẽ gloriosius: vt videať oĩa quæ ptulit odio Veneris ptulisse: ꝯtra cuius filiũ nũc vocatur ad pugnã:vt negans etiã nunc paria formidare videať: Dextram aũt ẽm Homeꝝ qui ait ἐπὶ καρπῷ. h ꝑ Tales ĩpellite pugnas:quaꝝ est periculosa victoria. i ꝑ Nec mihi cũ teucris vllus post eruta bellũ est pergama:ne ei objiciať illa ꝯiuratio: quaʒ apud Aulidẽ græci inierunt:dicit in troiæ excidio sacramẽtus ꝯiurationis esse cõpletum. Nãq; in troianos ꝯiurauerant græci.huc.n.spectat qđ dicit Nullum se cum troianis hr̃e bellum post dirutã troiam. k ꝑ Nec veteꝝ memini lætór ue maloꝝ:nec meminisse volo victoriarum meaꝝ:quarum nullus obliuisci cõsueuit;nec lætor troianoꝝ malorum pro troianis malis quæ nobis bellãtibus ptulerunt. necenim pôt de suis malis dicere:quũ ꝛ mala sua nullus obliuiscať:ꝛ ea ipse paulo ante memorauerit. Lætor aũt maloꝝ figura græca est:sic Horati⁹: A grestũ regnauit populoꝝ pro agrestibus populis. l ꝑ Munera q̃ patrijs ad me portastis ab oris: hinc iã sua ꝯo est ꝛ ꝯsiliuʒ: nam finita est auxilioꝝ negatio. vñ ꝛ paulo post Venulus ita diuidit dicens: Et respõsa simul q̃ sint rex optime regis Audisti : et magno quæ sit sentẽtia bello: scilicet audisti ꝛ quemadmodus negauerit auxilia:ꝛ quod dederit nobis de pace consiliuʒ. m ꝑ Stetimus tela aspera contra:cõtulimusq; manus: sensus est ꝛ cóminus ꝛ e longinquo iter nos bella tractauimus. n ꝑ Quantus in clypeũ assurgat:aut quantus est quoties in hosteʒ ꝑgens erigit scutum:aut pugnãdi executus est genus. Qui.n.scripserunt de arte militari dicũt summũ eẽ genus dimicãdi qties calcato vmbone aduersarij se in hostilẽ clypeũ erigit miles: et ita contra stantis vulnerat terga.

DON. ℭMVNERA quæ patrijs:qui auxiliũ non dat:dat consilium.

CHRI. ℭNVNC etiã horribili. Et socij amissi petierunt æthera pennis. Aristo.in lib.de mirabiliuni auditu ait:Diomedem ab Aenea occisum:ꝛ loca in quibus imperauerat occupata. Interfecto illi honores diuini in insula ab eo Diomedea appellata: ꝛ templum cõstitutum est:eius autem socij in aues conuersi insulam illam incolunt:Diomedeæq; a latinis a græcijs Erodij vocantur. Græcis illic ad nauigantibus lætæ applaudunt. cæteros oẽs infestant. Sũt qui dicant hoc iccirco ita fictũ esse quod magna celeritate nauigantes pyraticam exercebant: ꝛ solis græcis parcebant. Theoduntius ait:illas singulis annis aquam rostris in templuʒ illud inferre: ꝛ sic lustrare: Solinus vero scribit:has aues nusq; alibi nisi in insula Diomedea apparere: quæ e regione Campaniæ est. Formam autem ijs eandẽ: quæ fulicis esse colorem candidum : igneos oculos:rostra dentata:ac gregatim volitare duobus ducibus:altero q a fronte agmen ducat:altero qui a tergo vrgeat.

Si duo[a] præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus[b], & versis lugeret Græcia fatis·
Quicquid apud duræ cessatū[c] est mœnia Troiæ
Hectoris, Aeneæq; manu, victoria Graiûm
Hæsit, & in decimum vestigia[d] rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes pstātibus armis,
Hic pietate[e] prior[f]· coeant in fœdera dextræ
Quā datur[g]; ast armis concurrant arma cauete·
Et responsa simul quæ sint Rex Optime Regū
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix éa Legati; variúsq; pér ora[h] cucurrit
Ausonidûm turbata fremor· ceu saxa morant
Quū rapidos ānes fit clâuso[i] gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt Ripæ crepitantibus vndis.
Vt primū placati animi, & trepida ora quierunt,
Præfatus[k] Diuos, solio Rex infit ab alto.
Ante[l] equidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & melius fuerat· non tempore tali
Cogere concilium, cū muros obsidet hostis.
Bellum[m] importunum Ciues cū gente Deoꝝ;

SER. a ¶ SI DVO præterea: hoc est alios duos. b ⁋ Dardanus: pro dardanius populus: & posuit principale pro deriuatiuo: sic Homerus τόνδ᾽ ἔκτανε δάρδανος ἀνήρ. c ⁋ Cessatū est: tardatū est: quia nō habet quos imputet troianis trium phos: vult ei excidij tarditatem pro victoria cedere. d ⁋ Vestigia rettulit: retroacta est & repulsa. e ⁋ Hic pietate prior: ideo Aeneam plus laudat quia latinis petituris est vtile: vt eū credāt se posse facilius exorare. f ⁋ Prior: præstātior: melior. g ⁋ Qua dat: qua potest: quacūq; rōne permittitur: sic supra Si q̄ fata sinant. h ⁋ Per ora turbata: per ora turbatorū. i ⁋ Clauso gurgite: saxorum obiectione pclauso. k ⁋ Præfat⁹ diuos: more antiquo: nā maiores nullā orationē nisi īuocatis numinib⁹ īcohabāt: sicut sunt oēs oratiões Catonis & Gracchi. Nā gñale caput ī oīb⁹ legim⁹: vñ Cic. p irrisionē ait: si qd ex veterē aliq̄ orone: Iouē ego optimū maximū: & demosthenes ī orone ꝯ æschinē. πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. l ⁋ Ante equidē summa de re statuisse latini: latēter arguit Turnū: q sibi non obtēperauit: vt fœdus fieret in septimo vbi dixit: Te turne nefas te triste manebit Suppliciū: Nā mō hoc tēpus reuoluit: vellē aūt statuisse sic dixit: vt vellē fecisse: & est cōpēdiosa locutio quā querimur non esse factū qd fieri debuit. m ⁋ Bellū īportunū: cōcepit grauē iracūdiā: & sic in hæc verba prupit. Importunū autē qd caret portu. i. gete vbi nullus portus est: sicut cōtra opportunū: cui cōmoditas & occasio obuenit vt portus: nā hoc quodāmodo dicit ī naufragiū ferē ista cōtentio: qa supra audiuerat periculū eē supare troianos. n ⁋ Cū gēte deoꝝ: qui a dijs originem ducunt.

DON. ¶ HIC PIEtate prior: vt facile sit īpetrare pacē. ⁋ Importunū: quod defensionis non habet portum: & quod periculorum nō inuenit rationis suffragium. ⁋ Cum gente deorum: causa quare importunum sit. Quæ enim potest inueniri defensio?

CHRI. ¶ PRÆTEREA: eas in cauernulis a se effossis nidificat duplici relicto aditu vno ab oriente: quo egrediantur: altero ab occidente q̄ regrediantur. Græcis veluti ciuib⁹ applaudere: reliqs inimicari. Quotidie ædem celebrant alis madidis qbus excussis aqua illā lustrāt. Refert Strabo in venetis Diomedi diuinos statuunt honores: & cādidū equum illi īmolāt. In fine aūt sexti libri: & mlta alia refert d hoc heroe: & duas esse insulas in mari ppinquo Luceriæ diomedeas appellatas quarū altera habitet: Altera sit deserta ī qua Diomedē qdam disparuisse aiunt: comitesq; in aues esse cōuersos. Quæ hodie quoq; māsuefe: āt: & humanā quodāmodo vitā agere: & erga benignos māsuetudine vti a malignis: & sceleratis refugere. ⁋ Fluminib⁹: qa aquaticæ sunt aues. ⁋ Stetimus tela aspera: Laudat Aeneā vt deterreat latinos a bello. ⁋ Hic pietate prior: dat spes posse placari q̄uis bello sit lacessitus. ⁋ Qua dat: quasi dicat: vel etiā iniquis cōditionibus si alter nō dantur. ⁋ Prefatus diuos: nam religiosū oportet eē bonū principē: Est aūt hoc vetustissimū Platonis pythagoræq; institutū: & a romanis pfcis obseruatū: vt nihil acuratius inciperēt: quin prius deos precarentur. Oratio autē est in genere deliberatiuo. Dolet autem consultationē quæ bellū præcedere debuit in serum tempus eē dilatā. Ex qua re præmit aduersarios: qui inconsulte rem sunt aggressi. Ex quo nō mirum est si male successerit: captat ergo beniuolentiā ab aduersariis. ⁋ Bellum importunum: ostēdit impossibilitatē victoriæ cum aduersus deos bellū sumatur: & aduersus viros inuictos: cū in re decernenda

ſemꝑ quærenda ſit facilitas:aut ſaltē poſſibilitas. Cū autē duo:vt diximus ſint genera dicen- di vnū ardēs erectū ⁊ īfenſuȝ: quale Turno ⁊ Dranci accomodat:quoniā ingenijs viroruȝ concitatiſſimis q̄drat:alterū lene mite:⁊ appenſatū:hoc nūc latino accomodat:tū quia tale ē īgenium hominis:vt omnia mitiora concupiſcat:tum quod paceȝ ſuaſurus nō aſperiori- bus verbis eos exacerbare debebat:ſed mitioribus demulcere.

Inuictíſqȝ[a] viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.
Spem, ſi quā accitis[b] Aetôlum habuiſtis ī armis
Ponite: ſpes[c] ſibi q̄ſq; ſȝ hæc[d] quā āguſta videtis:
Cætera, qua rerum iaceant perculſa ruina,
Ante[e] oculos, intérq;[f] man[9] ſunt omnia veſtras.
Nec quēq̄;[g] incuſo. potuit quæ plurima Virtus
Eſſe, fuit[h] toto[i] certatum eſt corpore Regni.
Nunc adéo quæ ſit dubiæ[k] ſententia menti
Expediam, ⁊ paucis (animos adhibete) docebo.
Eſt antiquus[l] Ager thuſco[m] mihi ꝓxim[9] amni,
Longus[n] in occaſum fines[o] ſuper vſqȝ ſicanos
Aurunci[p], rutulíqȝ ſerunt, ⁊ vomere duros[q]
Exercent colles, atqȝ horum aſperrima paſcunt.
Hæc omnis regio, ⁊ celſi plaga pinea montis
Cedat[r] amicitiæ Teucrorum, ⁊ fœderis æquas[s]
Dicamus leges, ſocióſq;[t] in regna vocemus.
Conſidant, ſi tantus amor, ⁊ mœnia condant:
Sin alios fines, aliámq; capeſſere gentem
Eſt animus, poſſúntq;[v] ſolo decedere noſtro,
Bis denas Italo texamus robore Naues.

SER. a ¶ INVIctiſq;:atqui ſupra legim[9]: Bis capti phryges: ſȝ victos ió di- cit:qa ſequitur Nec victi pñt abſiſtē:pñt aūt abſiſtere mire- ait:ac ſi diceret ēt ſi velīt eos diſcedē a bellis nā nō patitur. b ¶ Accitis:e- uocatis adiun- ctis. c ¶ Spes ſibi q̄ſq;: ſBau- dis ſit.i. vnuſ- q̄ſq; ī ſeipo tm̄ ſpē hēat. d ¶ Sȝ hæc quā āguſta videtis:cætera abſolute dixit i.exercitū:auxi lia vires īperij q̄ ſic videtis af flicta:qd reſtat niſi vt pacē pe tam[9]: e ¶ Añ oculoſq; interq; manus ſunt oīa veſtras:ac ſi diceret nō egēt narratiōe. f ¶ Inē man[9]:πρό χειρος. g ¶ Nec quēq̄; īcuſo:excuſatio hæc oſtēdit obliquā eē ī Turnū orationē Latini. h ¶ Fuit:exhauſta: ⁊ cōſumpta eſt. i ¶ Toto certatū ē corpore regni:īperij olb[9] viribus. k ¶ Dubiæ mēti: meæ.i.cogitāti. l ¶ Eſt ātiquus ager thuſco mihi ꝓxim[9] amni:ħ loco Donat[9] errauit di- cēs Agrū quē Latin[9] donare diſponit eē ī cā- pania iuxta Vfentē fluuiū:cui[9] terras vicinas thuſci aliqñ tenuerūt:vt idē dictū ſit Thuſco mihi ꝓximus amni:agit ēt ħ argumēto qꝺ il lic ē loc[9] q̄ hodieq; pinetū vocat:ſȝ ꝓſtat oīa loca eē cāpeſtria:nec ꝓcedit illud quod dicit Celſi plaga pinea mōtis. Vñ ſequēda ē poti[9] Liuij Siſennæ ⁊ Catonis auctoritas. Nā pene oēs antiq̄ hiſtoriæ ſcriptores ī hoc ꝯſentiūt. Cato.n ī originib[9] dicit Troianos a Latino accepiſſe agrū:q̄ ē īter laurētū ⁊ caſtra troia- na:ēt modū agri cōmēorat:⁊ dic eū hūiſſe iu gera.dcc. m ¶ Thuſco mi.ꝓxi.am.tyberino. n ¶ Lōgus ī occaſuȝ:ea pte q̄ ī occidēte tēdit lōgior. o ¶ Fines ſup vſq; ſicanos:vſq; ad fi nes:quos ſiculi aliqñ tenuerūt.i. vſq; ad ea loca ī qb[9] nūc Roma ē.hæc.n.Siculi habita- uerūt pus: vñ ē Et gētes venerē ſicanæ. p ¶ Au rūci rutuliq;:ſiō audi a ſupiori- bus:nā ⁊ ſupra ait:Eſt ātiquus ager mihi: er- go ſuū pollicet agꝛ:aut quē tā q̄; ſtipēdiariuȝ habeb:ſt rutuli ⁊ aurūci:aut ad quē colēdū q̄ſi regi operas da bāt. Vñ ſuper- fluū ē qꝺ ait Do nat[9] nō potuiſ- ſe fieri:vt pñte Turno ager ru tuloꝝ a Latino donaretur Ae neæ. q ¶ Duros exercēt colles: extenuat agri meritū:q̄ vile videat eſſe qꝺ donat:nec au- dictib[9] cām p̄- ſtet īuidiæ: hic ēt ē Atq; hoꝝ aſperrima paſcūt:vt ſup: Au- rūci rutuliq; ſerūt.i.nec opis ſbis excolitur. r ¶ Cedat amicitiæ:ī pclū ꝯcedat amicitiæ. ſ ¶ Aeq̄s dicam[9] leges:vt pari inē nos ſocie tate ꝟſemur.i. vt ſit neuē īferior. t ¶ Socioſq; ī regna vocem[9]:nō ſtipēdarios:vt ī q̄rto Cui q; loci leges dedim[9]. v ¶ Pñtq; ſo.de.no.ſcit eos fataliē ad italiā vēiſſe:nā audijt a Fauno Externi veniēt generi:⁊ ab Ilioneo:Sȝ nos fa ta deū vr̄as exq̄rere terras Imperijs egere ſu is:tñ pp Turnū ſimlat ignorātiā:vt ſe ēt circa eū æquū pſtare videat:multū ē āt qꝺ ait pñt.

¶ NEC VICTI pñt abſiſtere ferro:q̄ potuiſ- ſet dici tā diu durabimus:vt ſuccumbant. DON.

¶ NEC VIcti pñt abſiſtē ferro:q̄;to ḡ min[9] abſiſtēt:cū euaſerit victores. ¶ Spē ſi quā ac citis ætolū habu.ſ ar. Maximū argumentū: vt abſiſtāt a bello q̄ñ ipſi victi ſint:⁊ aliunde auxilioꝝ ſpes oīs ſblata ſit. ¶ Eſt an.a.oſdit cōmode:⁊ ſine multa iactura poſſe ꝯfici fœ- dus cū troianis ī qb[9] ꝟbis īuenies ſūmina ar gumtationū q̄ ſint a facili:ab hōeſto:ab vtili: ⁊ neceſſario. Quæ oīa ī gñe deliberatiuo ꝯſi derāt. ¶ Aeq̄s leges:ne illis ſubijci videamur. ¶ Sin ali.fi. Dat aliquā ſpē forte illos hituros. CHRI.

Seu plures complere valent iacet[a] oĩs ad vndas
Materies ipsi numerũq;, modũq; carinis
Præcipiant nos æra, Manus, Naualia[b] demus
Præterea q dicta ferant, & fœdera firment
Centum oratores prima[c] de gente latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos
Munera portantes, Auriq;, Eborisq; talenta.
Et Sellam[d] regni, Trabeamq; insignia nostri
Consulite in mediũ[e], & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idẽ infensus, quẽ gloria Turni
Obliqua[f] inuidia, stimulisq; agitabat amaris
Largus[g] opum, & ligua melior, sz frigida bello
Dextera. consilijs habitus non futilis[h] auctor,
Seditiõe[i] potens genus huic materna superbũ

SER. a ¶ IACET omnis ad vndã materies: itẽ extenuat: est aũt materies & materia lignũ: vnde Cice. in officijs Domus male materiata. b ¶ Naualia demus: naualia dicim⁹ loca vbi naues sunt: sed modo de græco transtulit: & naualia posuit p trabibus: de quibus naues fiunt: nã Homerus νηὸν dicit nauale lignũ. c ¶ Prima de gente: & ex numero et ex nobilitate legatorũ intelligit negocii magnitudo. d ¶ Et sellã regni trabeãq; insignia nostri: bene nostri. Romanorũ.n. ĩperatorũ ĩsigne fuit sella currulis & trabea. Nam diadema vt aliarum gentiũ reges non habebãt. Et sciendum sellam curulẽ a curru dictam: quod hi ea tantum vtebantur qui triumphali curru vecti fuissent. Sicut etiã palmata dicitur toga: quam merebant hi qui de hostib⁹ palmas reportassent: cũq; a curru dicta sit: cuius prima syllaba producit: tamen curulis sedes tas primam corripit. Luc. Vacuæq; loco sedere curules. e ¶ In medium: in commune: vt In medium quærebant ipsaq; tellus. f ¶ Obliqua inuidia: hoc est quæ non ex aperto impugnabat Turnum: sed eum rei pub. simulata defensione lacerabat. g ¶ Largus opum: abundans opibus: diues: non qui multa donaret. h ¶ Non futilis auctor: non inanis: Nã futilis quoddam est vas lato ore: fundo angusto: quo vtebantur in sacris Vestæ: quia aqua ad sacra hausta in terra nõ ponitur: quod si fiet piaculum est. Vnde & excogitatum vas est quod stare non posset: sed positum statim effunderetur. Inde & homo cõmissa non retinens futilis dicitur: contra nõ futilis bonus in consilijs non inanis. i ¶ Seditione potens: præpotens in mouendam nõ in cõprimendam seditionem.

DON. ¶ CENTVM oratores: hoc ab æneã didicisse videtur.

CHRI. ¶ IACET omnis. Ergo sine nostro dispendio fient æra: vt claui sunt & similia. Quibus antiqui potius æneis quam ferreis vtebantur: quoniam æs aduersus rubiginez diutius q̃; ferrum durat. licet enim antiquorum ædificiorum ruinis illos æneos non ferreos deprehendere. Manus artifices qui manib⁹ operantur. ¶ Naualia: locum dicit fabricãdum in quo sub tecto commode naues ædificare possint: illa enim naualia dicuntur: neq; sunt trabes intelligendæ. Nam eas demõstrauit cum dixit: iacet omnis ad vndas materies. Naualia autem dicuntur ædificia in tra quæ naues ædificamus: sic supra alij naualibus ite. ¶ Centum oratores: vt reddat par pari. Nam & ipse Aeneas totidem ad pacem petendam miserat. Ergo elegit centum ne numero: & virtute ciuiuz Latini cedere viderentur: Néue etiam minoris Aeneam facere videretur: q̃; ille se fecisset. ¶ Auri eborisq; talen. Ex quo apparet talentum de quo in superioribus diximus non esse nummuz sed pondus: nam pecuniaz ex ebore cudi nõ est repertum. ¶ In medium: in commune: nam illa demum optima est consulatio: in qua remotis omnibus animi perturbationibus non ad nostram libidinem: sed ad publicam vtilitatem omnia referimus: itaq; recte consulebat: Attilius cũ cõmutationem captiuorũ dissuadebat. ¶ Tũ drãces: describit naturã factiosi: q potius contra aduersariorum vtilitatẽ: & gloriã fert: q̃; ad publicam vtilitatem cõsilia dirigat: & tamen oportet ipsum publicũ cõmodũ præferre si sibi fidem tribui vult. ¶ Obliqua: recta: ĩuidiam dicere possumus cũ aperte illam ꝓfitemur: naz recta via procedimus. Ergo obliqua erit quæ occultatur: & ex insidijs venit. ¶ Largus opũ: oportet enim qui multorum studia in populo sibi acqrere volunt multa vti largitione q̃ plurimos ciues corrũpant. Differt aũt vt apparet apud Ciceronem præsertiz in libro de officijs Largitio a liberalitate: liberalitas. n. dat & cui debet: & quantũ: & quãdo: & cuius causa debet itaq; est virtus: largitio vero dãdo plura q̃; oporteat: & qbus nõ oporteat nõ ad beneficentiã: sed ad corruptelã tendit. ¶ Melior: potentior q̃ res plurimũ in factionib⁹ valet. ¶ Frigida: ĩbecillis. Nã vis a neruis est. Illi aũt summo calore fouent. ¶ Non futulis: luprote est. i. vehemẽs: & potẽs. ¶ Auctore: Cuius gratia reliqui ad aliquid agendum moueantur auctores dicuntur.

¶ INCERTVM

Nobilitas dabat; incertum[a] de patre ferebat,
Surgit: et his onerat[b] dictis atq; aggerat iras.
Rem nulli[c] obscuram, nostrae nec vocis egentem
Consulis o Bone[d] Rex: cuncti se scire fatentur
Quid Fortuna ferat populi, sed dicere mussant[e].
Det libertaté fandi, flatusq;[f] remittat,
Cuius[g] ob auspiciuz infaustú, moresq;[h] sinistros
(Dicá equidé, licet arma mihi, mortémq; minetur)
Lumina[i] tot cecidisse ducum, totámq; videmus
Consedisse[k] vrbem luctu, dum Troia tentat
Castra fugae[l] fidens, et Caelum[m] territat armis.
Vnum etiam donis istis; quae plurima mitti[n]
Dardanidis, dicíq; iubes; vnum optime regum
Adijcias, nec te vllius violentia vincat,
Qui Natá egregio[o] Genero, dignisq; Hymenaeis
Des pater, et pacé hanc aeterno[p] foedere iungas.

SER. a INCERTVM de pře ferebat: nó ignobile: sed penitus ignoratum. b Onerat dictis: hoc sermone ostédit eus esse exhortatione grauatum Latini. c Rem nulli obscuram: callide et oratorie agit in omnibus: et adulatorie respondet dictis Latini. supra enim ille dixerat Ante oculos iterq; manus sunt omnia vestras. Sane quasi pdi tum oratorem exprimit: quia supra de eo dixit: Et lingua melior. d O bone rex: bene addidit bone: et auxit epitheto dignitaté. Rex enim medium é. Ná et bonus esse et pessimus potest. e Mussant: modo verentur significat: alias dubitant. Vnde Mussat rex ipse Latinus Quos generos vocet. Interdú susurrát: vt de apibus dicitur: et pprie mussare obmurmurare: et muto esse vicinú. f Flatusq; remittat: aut ponat superbiam: aut nostros flatus remittat. i. nobis respirare concedat. g Cuius ob auspiciú: inuidiose Turni auspicijs iputat qd tantus perijt exercitus: ac si diceret si malis tuis ominibus non egrederentur: possent forsitan superare virtute. Sane sciendus hunc exprimere quicquid verecúde celauit Latinus. h Mores sinistros: cótrarios: qa in principio Latino obtéperare noluit. i Lumina ducum. i. proceres: vt O lux dardaniae. k Cósedisse vrbé: in luctum esse demersam. l Fugae fidés: illud respicit: qd bella deseruit Iunone faciente: fugae auté figurate dixit pro fuga fidés. m Et caelum territat armis: dictus quidé Virgilij grauitati non congruit: sed perite haec Drance data sunt verba: qui tumida vti oratione inducitur. Vnde ei paulo post Turnus dicit: Quae tuto tibi magna volant. Item proinde tona eloquio: item ventosa i lingua. Deinde diximus Drancé librare se ad orationé Latini. Vnde nunc dicit Caeluz territat armis: quia audierat bellum importunum Cines cum gente deorum. n Mitti dardanidis diciq; iubes: mitti aurum: ebur: et sellam: et caetera: dici de nauibus vel agro. o Egregio genere dignisq; hymenaeis: ergo Turnus videtur indignus. p Aeterno foedere iungas: natae scilicet coniunctione: nam munera contemni poterant: in aeternum pacis foedera firmabuntur generis coniunctione. hoc autem dicto latenter etiam Latini pudorem exonerat: qui Turno etiam suam promisi ferat filiam: dicens causas rei publicae praeponderare debere: et propter pacem ciuium Turno Aeneam esse praeferendum.

CHRI. Onerat: obruit: deprimit: Inuidiosum: odiosum q; facit. Aggerat iras: accumulat: Quia plura pluraq; addit: quibus irae cótra Turnum crescant. Rem nulli obscuram: quasi dicat: consultas de ea re q nullam apud animos ciuium dubitationem habeat vnde captat beniuolentiá ab ipsa re. Det libertatem: onerat inuidia aduersariú: et inde beniuolentiá captat. Ostenditq; iccirco ciues nó date clara respósa: quia de re dubitent: quam omnes iustam fatentur: sed qa hominem potentem ac factiosum offendere vereantur. Det ergo libertatem: quasi dicat: liberet nos hac seruitute qua nos tanquam tyrannus premit. Flatus: fastum ac superbum: vnde superbos inflatos: et tumentes appellamus. Auspiciú infaustú: idest imperiú nobis perniciosum et infelix: vel dixit infaustú qui malis auspicijs bellum gesserit. Moresq; sinistros: Quos malignitate ingenij contraxit. Quae res sibi vitio iputari potest: magis q; infaustum auspicium. Dicá equidem: et a persona sua captat beniuolentiam cum demonstret non ipediri periculo mortis: quin proferat quae vtilia reipu. sint: et a psona Turni cú trahat ipsum in odium et inuidiam dú illius vitá tyrannicam demonstrat. Lumina: principes intelligit: et totam vrbé quasi ipsum vulgus. Fugae fidens: Crudele est quod tentet bella impia: et tamé posset aliquid animorum habere crudelitas: Quare vt meticulosum potius q; animosum eé osté dat hoc addit. Caelú territat: ex hyperbole inuidiam auget. Vnum non solum confirmat quae dicta fuerát a Latino: sed addit vnú Turnum esse nitendum.

SER. a ℂ TERROR: terror proprie eſt qui alijs infertur: vt ſi dicas ille habet terrorem: ideſt timendus eſt. Vnde & terribilis dicitur. Metus aūt eſt quē habent timentes: ſed nūc vſurpatiue terrorē p metu poſuit. Nāq; hoc dicit quod ſi tā Turnus timemus. b ℱ Veniamq; oremus ab ipſo cedat: A ſper hic diſtinguit. c ℱ Quid miſeros toties in aperta pericula ciues proijcis: q̄ſi viles & abijciēdos: & ingēti pōdere vniuerſa v̄ba ſūt poſita. d ℱ Latio: non vni ciuitati. e ℱ Caput: principium rei caput eſt: & ē antiquum. Ter. Nā ſi hic mali ē q̄c q̄ ille huic rei ē caput. f ℱ Nulla ſalus bello: plus ē q̄ ſi ſpes diceret. g ℱ Pacem te poſcimus omnes: te poſcimus qui ſolus es cā bellorū. Nā Aeneas iā pacē promiſit. h ℱ Solum inuiolabile pignus. i. Lauiniā: hoc eſt quod ait ſupra: Pacē hanc æterno fœdere iungas. i ℱ Inuiſum quē tu tibi fingis & eſſe: bn̄ quē tu fingis: ne ei tanq̄ inimico minime credat: hoc dicit: nō ſum quidem: ſed ſi velis eſſe non recuſo: nā hoc eſt & eſſe nihil moror. k ℱ Fuſi: fugati: l ℱ Deſolauimus agros: vel dum occidunt vel dum coguntur ad militiam. Nā legimus Et latos vaſtant cultoribus agros. m ℱ Dotalis regia cordi eſt: hoc eſt regnum Latini. ſic alibi: Nō hæc dotalis regia amat. n ℱ Scilicet vt turno contingat regia cōiux: hæc cū quadam irriſione dr̄. o ℱ Inhumata infletaq; turba: atqui ſepulti ſunt oēs qui in bello perierant: vt legimus ſupra: ſed hoc factū eſt Aeneæ beneficio: qui ſepulturæ eorum reddidit ſocios. ergo quantum ad Turnum pertinet inſepulti ſunt: nam campos ſua poteſtate retinebat Aeneas. p ℱ Etiam tu: eia: nam etiam hortantis eſt aduerbium hoc loco: alias adhuc ſignificat: & eſt temporis: vnde etiā currus etiam arma apud maiores etiam cōſentientis fuerat: quod tamen in his recentibus auctoribus idoneis non inuenitur. q ℱ Vis: virtus.

DON. ℂ CIVES proijcis: Homines omni claritate amplectendos vt rem vilem abijcis. ℱ In aperta: manifeſta quod nō fortis eſt ſed temerarij. ℱ Supplex: magna nocendi caliditas qua inimicū ſumma inuidia oneret. ℱ Animos: feruentes quandam conſiderationem. ℱ Deſolauimus agros: nā de ſolo certabatur quod factum eſt deſertum. ℱ Scilicet vt turno: neceſſario poſita eſt in fine exclamatio: vt demonſtret cauſæ priuatæ ipſius Turni non eſſe admiſcendum publicum periculum.

Quod ſi tantus habet mentes & pectora terror[a];
Ipſum opteſtemur, veniámq;[b] oremus ab ipſo
Cedat ius proprium Regi, Patriǽq; remittat.
Quid[c] miſeros toties in aperta pericula ciues
Proicijs, ò Latio[d] caput[e], horum & cā malórum?
Nulla[f] ſalus bello: pacem[g] te poſcimus oēs
Turne: ſimul pacis ſolum[h] inuiolabile pignus.
Primus ego inuiſum[i], qué tu tibi fingis & eſſe,
Nil moror: en ſupplex venio: miſerere tuorum,
Pône animos, & pulſus abi: ſat funera fuſi[k]
Vidimus, ingentes, & deſolauimus[l] agros:
Aut ſi fama mouet, ſi tantum pectore robur
Concipis, & ſi adéo dotalis[m] Regia cordi eſt:
Aude, atq; aduerſum fidens fer pectus in hoſté.
Scilicet[n] vt Turno contingat Regia coniux.
Nos animæ viles inhumata[o], infletáq; turba
Sternamur campis: etiam[p] tu ſiqua tibi vis[q] eſt,
Si patrij quid Martis habes, illum aſpice cōtra
Qui vocat.

CHRI. ℂ QUOD SI tantus habet: Complexio ē color rhetoricus: Aut contempto Turno firmemus fœdus: aut ſi quod turpe eſt ipſum timemus oremus ab eo quod noſtrū eſt ſcilicet vt concedat latino vti iure ſuo & patriæ cuius ipſe eſt rex. Nec dicuntur hæc ſine ſumma Turni inuidia: nam contra publicam vtilitatem iniuſtum agere ſceleratum eſt. ſceleratus tamen dum id agit eripiens ius ſuum iuſtiſſimo regi. Sunt autem hæc omnia augmenta ad inuidiam: Primum quod rogamus te tanq̄ regem ques alij parere oportebat: deinde q̄ oramus rem quam tua ſponte præſtare debebas ſcilicet vt deſinas a bello: in quo nulla ſit ſalus: vt omnes poſcimus: ideſt de iure petimus: ergo rem nobis debitam: & omnes poſcimus & poſcimus a te cui æquius eſt nos imperare q̄ obtemperare: nec ſolum poſcimus ſed ſupplicamus & ſupplicamus pacem quæ ab omnibus appetenda eſt: & ſupplicamus non externis: ſed tuis: & ijs qui ad id calamitatis deuenerunt: vt ſint ſane commiſeratione digni. ℱ Pône animos: ideſt elationem animi quam nemo ſapiens retinet. Qui enim recte ſapit ratione ducitur non furore rapitur: ſed maius etiam in te peccatum eſt. Nam cum reliqui etiam furentes ſoleant: ſi vincuntur tumorem animi deponere tu non deponis: Aut ſi fama mouet ſententia eſt: ſi tu non vis minuere gloriā tuā in

rebus

rebus bellicis:et tm̃ tibi tribuis ne obijcias nos hostibus tanquam viles alas:sed ipse:cum ti bi et non nobis petas coniugium in hostes prodi:præsertim cum te vocet:quasi concludat q̃ et inhumani et eius qui nihil alios faciat sit obijcere hostibus alios pro sua aut gloria:aut voluptate: et simul etiam meticulosi.

Talibus exarsit dictis violentia Turni;
Dat gemitus,rumpítq; has imo[a] pectore voces.
Larga[b] quidé semper Drance tibi copia fandi
Tũ cũ bella manus poscunt,patribúsq;[c] vocatis
Primus ades,sed non repléda est Curia verbis,
Quæ tuto tibi magna[d] volãt;dũ distinet[e] hosté.
Agger murorum,nec inundãt sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio solitũ tibi,méq;[f] timoris
Argue tu Drance,tot quando[g] stragis aceruos
Teucrorũ tua dextra dedit,passímq; Trophæis
Insignis[h] agros,possit,quid viuida Virtus,
Experiare licet,nec longe scilicet hostes
Quærendi nobis,circunstant vndiq; muros.
Imus in aduersos?quid cessas?an tibi Mauors
Ventosa in lingua,pedibúsq; fugacibus istis[i]
Semper erit?
Pulsus[k] ego?aut q̃sq̃ merito Fœdissime pulsũ
Arguet,iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine,et Euandri totam cum stirpe[l] videbit
Procubuisse domũ,atq; exutos Arcádas armis?
Haud ita me experti Bitias[m] et Pandarus ingés,

SER. a ¶ IMO pectoris voces:inore suo habitum futuræ oratõis. ostẽdit. b ¶ Larga quidem drãces semper tibi copia fandi: tũ quum bella manus poscunt:sẽ mista sua vi optima: quæ qñ per se non possunt vituperari:ab accidentibus vituperantur:vt hoc loco qm̃ eloquentia per se optima est: eam culpat ex tempore dicens: tunc incumbis eloquẽtiæ quum manus bella deposcunt. c ¶ Patribusq; vocatis prim' ades: bella penitus ignoras:atq; formidans primus es inter senes ad danda cõsilia. d ¶ Magna volant: Homerus ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. e ¶ Distinet:arcet depellit proprie extra tenet.Nã dis separantis ẽ:vñ et diduco et distraho dicim'. f ¶ Meq; timoris argue:vt Cantando tu illum? Arguo aũt genitiuũ recipit:vt arguo te cædis insidiarum et est de græco:nam ita dixit κατηγορῶ σε φόνοιο ἐλέγχω δὲ φόνου ἄκλοπῆς. g ¶ Quando:siquidẽ:et p irrisionẽ i illum confert laudes. h ¶ Insignis cãpos:nobilitas clarificas:Nã verbũ est insignis: et dicit exauctorari eius debere sentẽtiã: quod de bello iudicat virtutis ignarus. i ¶ Istis:δεικτικῶς. k ¶ Pulsus ego:qa ille dixerat:Pone alos et pulsus abi:et agit coniectura: nam hoc vult intelligi non posse dici merito pulsum eũ:qui sequendo bella deseruit: apte aũt hoc dicit Potest merito credi q̃ pulsus sit is cuius tot extant trophæa? l ¶ Cũ stirpe:occiso enim Palante interijt eius cuncta posteritas. m ¶ Bitias: subaudi ingens a consequentibus.

DON. ¶ VIOLENTIA turni: Ante ardẽs magis exarsit.Ostẽdit aũt Drancẽ vti præpostera eloquẽtia cũ tpe manibus:et non verbis sit vtendũ. ¶ Iliaco tumidus tybrim sangui. Magna põpa effert sua fca:nũc ex turbulenta orone ad mites redit.

CHRI. ¶ EXARSIT violentia: Facile.n. q natura sua violẽtus ẽ: et virib' oĩa arrogat armis:dictis accendit: et prius intra se vehemẽter cõmouet. ¶ Dat gemitũ:nã nulla res in maiorẽ dolorẽ ĩpellere põt virũ præstanti aío q̃ si meticlosus habeat. ¶ Rumpit:subito et cũ furore emittit. ¶ Imo pectore: ab intimo corde qđ totus ira accensum erat. ¶ Larga:principiũ abruptũ vt cõuenit furenti:et qm̃ obiecta erant diluẽda. Primo quidẽ ostẽdit potuisse illũ copia verborũ auribus auditorũ obstrependo persuadere falsa: deinde cũ maxime argueret ab eo timiditatis illud in primis confutat. Nã artis est cum auditores ab aduersarijs nostris persuasi iã esse videntur ab eo argumẽto incipere. Quod omnium validissimum fuisse videatur. Primus ergo ostendit illum allucinatione verborum auditores fallere potuisse: deinde cõfutat qđ magis præmebat. Postremo vitium quod in se obiecerat in illum retorquet quadam Ironica derisione. Ipsumq; ad periculum faciẽdum insultat:concludit deniq; quicquid in illo iurium est:id totum esse in verbis et in fuga. ¶ Pulsus:ergo in ea re persistit:quã summopere probari poterat: atq; omnia extollit: nam cum interemisset palãte: ex cuius morte cum vnicus patri esset et pater vltimo senio iam flacesseret optimo iure poterat affirmare se domum Euãdri funditus sustulisse. hac enim ratione et deprimere multa et extollere quãuis non recedatur a vero possumus. ¶ Haud ita me: Singula quæq; maiora a se facta exornat atq; amplificat.

Et quos mille[a] die victor sub Tartara misi
Inclusus muris, hostilíqz aggere[b] septus.
Nulla[c] salus bello: capiti cane[d] talia demens
Dardanio rebúsqz tuis: próinde[e] omnia magno
Ne cessa turbare metu, atqz extollere[f] vires
Gentis bis victæ, & contra premere arma Latini.
Núc & myrmidonũ[g] Proceres Phrygia arma tre/
Núc & Tydeides, & Larissæus achilles, (miscũt,
Amnis & adriacas retro[h] fugit Aufidus vndas.
Vel cum[i] se pauidum contra mea iurgia fingit;
Artificis[k] scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunq̃ aiam talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes: habitet[l] tecum, & sit pectore in isto.
Núc ad te, & tua magne Pater cõsulta[m] reuertor.
Si nullam[n] nostris vltra spem ponis in armis[o],
Si tam[p] deserti sumus, & semel agmine verso
Funditi[q] occidim[r], neqz habet[q] Fortuna regressũ;
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.

SER. a ¶ MILLE: finitus numerus pro infinito. b ¶ Aggere septus: vt Vestris o ciues vndiq; septus Aggeribus. c ¶ Nulla salus bello: capiti cane talia demens dardanio: Quoties argumentũ nõ possumus soluere: aut cõtraria obiectione: aut risu: aut maledicto: vt ĩ hoc loco aduersario respõdem⁹. d ¶ Cane: pro diuina. e ¶ Pró inde: itaq;: & est ordo: Nulla salus bello: proĩde omnia magno Ne cessa turbare metu. Cætera per parẽthesim dicta sunt. f ¶ Extoller vires gẽtis bis victæ cõtra premere arma latini: hæc est virtus eloquentiæ: arma autẽ Latini inuidiose dicit: vt Drances Latino reddat inuisũ. Nam debuit mea dicere. g ¶ Myrmidonum proceres: græcorum principes. Dicit autẽ Patroclũ & Achillẽ: nam licet ipsi aliunde fuerint: tamen myrmidonib⁹ imperarũt. hoc autẽ ponit inter impossibilia: & vti ĩ græco puerbio ἄνω ποταμῶν ῥέουσι πηγαί. sic Horatius: Et ante padus matina lauerit cacumina: & sic est modo dictũ: vt in quarto Nũc lyciæ sortes: nũc & ioue missus ab ipso. h ¶ Retro fugit aufidus vndas: apuliæ fluuius cadẽs in adriaticũ pelagus. i ¶ Vel cũ se pauidum cõtra mea iurgia fingit: contra illud quod ait Det libertatẽ fandi: flatusq; remittat. Nã hoc dicit timorem suũ naturalẽ inuidiose in eã causam retorquet: vt meæ præsentiæ non illius naturæ quod timet esse videatur: hoc est enĩ quod planius iterat dicẽs Et formidine crimen acerbat. k ¶ Artificis scelus: nam scelcratorũ est simulare formidinẽ. l ¶ Habitet tecũ & sit pectore in isto: pessima & vilis anima habitet tecum ĩ membris congruis: Nã talem vilem & pessimã accipimus: quã nefas ẽ perire ea dextera: quæ tantũ viros fortes consueuit occidere. m ¶ Cõsulta reuertor: Cõsultor est qui consulit. Cõsultus q consulitur. Consultum vero res ipsa de qua cõsulitur. n ¶ Si nullam nostris spẽ ponis in armis; insinuatione vtitur: idest callido et subtili aditu ad persuadendũ. Vult enim dicere melius esse interire: q̃; pacẽ rogare: quod quia aperte non audet: latenter & paulatiz ad hoc serpit. Nãq; inter principiũ & insinuationem hoc interest: q principiuz est aperta rei narratio: Insinuatio (vt diximus) est callida & sbtilis oratio. o ¶ In armis: aut meis aut latinorum generaliter omnium. p ¶ Si tam deserti sumus: propter Diomedem q sol⁹ negauit auxilia. q ¶ Neq; habet fortuna regressum: omnia q sibi possunt obijci ponit: sed cum solutionibus suis: nam & fortuna non est immutabilis: & q semel pellitur iterum potest reuerti: & auxiliis non sunt penitus destituti: & in ipsorum exercitu est adhuc plurimũ spei: est aũt syllogismus.

¶ MAGNE pater: occulta ironia est: quasi dicat: quomodo magne pater qui non recte consulis filiæ tuæ. DON.

¶ NVLLA salus: postquã confutauerat id quod erat omniũ maximũ fortitudinẽ troianorum non esse qualẽ dicebat Drances ostẽdit multis exemplis: inuenies autem in his duabus orationibus copiosissimũ exemplis quo vnamquãq; rẽ in vtranq; partem disputare cum vehementia possimus: Postremo vt in contemptionem drancem trahat: & demonstret falsa illum retulisse cum dixerit q sibi mortẽ minaretur: Turnus affirmat illum hoc esse mentitum vt inuidiam sibi concitaret. Se autem pudere sitas meticulosũ interimat Nunc ad te: Confutauerat dicta aduersarij vt æquiores aures sibi p̃staret latinus: nũc ad sententiã dicendam accedit: & primo demõstrat non esse actũ de latinis: vt dixit drãces. ¶ Nostris, q. d. q̃ tu ĩuictissima esse sæpe numero exptus es: & dissimulanter ne illum offendat arguit meticulositatẽ. ¶ Oremus. p. pmissio ẽ neq; hoc añ ptulit q̃ demonstrauit nõ esse orandũ: & ostendat quãta ignominia futura sit: in hoc affirmat fœlices eos q ante occubuerunt qm̃ hoc nõ videbunt. CHRI.

¶ QUANQ̃

SER. a Quanq̃ o si solitæ qcq̃ virtutis adesset:nō se fertiæ arguit:sed quærit de virtute omissa per negligētiā.O aūt dolētis est exclamatio:ꝛ ītelligimus īmoratā esse illic ei ora tionē:nā exarsit dolore:qa apte nō potuit dicere moriēdus potiꝰ eē q̃ hostes rogandos: qđ tñ dixit cōferēs se ad aīs psonas:ꝛ laudās eos qbus cōtigit pire:ne ista cōspiceret. b Añ alios: melior olbꝰ pferēdus. c Fortunatusq; labo rus:sicut lætor bonoꝝ:ꝛ ēgræcū εὐτυχεῖς τῶν πόνων. d Tale videret: te laudare: vel hostes rogare:vel qđ latēter īsinuat tradi alteri sibi añ desponsatā. e Semel ore mo. cito cōfestī.i.q tota mortis celeritate cōsumi pꝰ est.Vulnerati aūt solēt vel terras vel arma mordere:ne dolorē coꝝ īdicet gemitꝰ. Lucanus de Pōpeio: Timuit ne q̃s effundere voces Vellet:ꝛ æternā fletu corrūpere famā: ꝛ est Hom.hemistichion:ὀδὰξ ἕλον οὖδας. f Vrbes italæ:quia Diomedes peregrinus fuerat:nā hoc dicit habemus robur italū:nō græcū militem inertem ꝛ dissolutum. g Supersunt:supabundant:adsunt vltra q̃ bella deposcūt. h Sin ꝛ troianis:mire agit post cōfirmatas partes suas troianoꝝ vires īminuens:qđenim pderat dixisse q superēt latinis auxilia:si etiā troianorū ītegræ vires esse probarentꝰ i Cū multo gloria venit sanguine:ac si diceret nō est iudicāda victoria:q per īmēsa detrimenta cōtigit:ꝛ hoc est:vnde laudat Salustiꝰ duces q victoriā incruentato exercitu reportarūt. k Sūt illis sua funera.i.troianis:legit ꝛ illi:ꝛ aut Aeneæ ītelligimus:aut aduerbiū loci est p illic:vt in secūdo Patet isti ianua leto:p istic. l Párq; p oēs tēpestas:alibi Quanta per idæos sæuis emissa mycenis Tempestas ierit campos. m Indecores:decor decōris facit:sicut auctor auctoris:décus decōris:sicut pécus pécoris:similiter facit ī cōpositiōe īdecor īdecōris:ergo ī neutro co breuis:ī masculino pducit:vnde apparet systolen fecisse Virgiliū nā īdecores nōiatiuus est pluralis a masculino ab eo q est indecor:nā nō potest hic īdecus facere:neutrū enī in us terminatū masculinū ex se nō facit:aut certe dicamus indecores declinationē esse:cuius nominatiuus singularis nō inuenitur. n In limine primo: quasi in ipso initio ꝛ aditu īfelicitatis:ꝛ ad illud respexit qđ supra dixerat: Semel agmine verso Fuditꝰ occidimus. o Multa dies:illi rei vehementer incūbit:quas dixerat Nec habet fortuna regressus dicens fortunā tam labores q̃ felicitatem pro tēporū q̄litate mutare. p Dies: tempus. q Lusit:decepit:vt Quid natū toties crudelis tu quoq; falsis Ludis imaginibꝰ r Et insolido rursus fortuna locauit: subaudi ꝛ multos:ꝛ ē sēsus: In solidū reuocauit oppssos ꝛ paulo añ derelictos:lusit vo ꝛ decepit felices. s Nō erit auxilio nobis ætolus ꝛ arpi:redit ad res:qa occurrebat:sed negātur auxilia. Aetolū aūt dicēdo eius vires ex græciæ cōmemoratiōe debilitat. t At mesapus erit felixq; tolūnius:bene duo iunxit:quæ quærunt in bello fortitudinē,ꝛ felicitatē:nā de Mesapo iā legimus:Quē neq; fas igni culq; nec sternere ferro.Vtrūq; aūt cōtra Diomedē dicit:quē dicēdo græcū inertē significat:īfelicitatē vo eius supradicta legatorū verba testantur.

Quanq̃ᵃ o si solitæ quicq̃ Virtutis adesset,
Ille mihi ánteᵇ alios,fortunatúsqᶜ labo:um
Egregiúsq; animi,qui ne quid taleᵈ videret
Procubuit,moriēs ꝛ humū semꝉ oreᵉ momordit;
Sin ꝛ opes nobis,ꝛ adhuc intacta iuuentus.
Auxilióq; vrbesᶠ Italæ,Populiq; supersuntᵍ;
Sin ꝛ Troianisʰ cum multoⁱ Gloria venit
Sanguine;sunt illisᵏ sua funera,párq; ˡ p omnes
Tempestas,cur indécoresᵐ in limineⁿ primo
Deficimus?cur añ tubā tremor occupat artus?
Multaᵒ diesᵖ, variúsq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius multos alterna reuisens
Lusitᵠ,ꝛ in solidoʳ rursus Fortuna locauit.
Non eritˢ auxilio nobis Aetolus,ꝛ Arpi.
At Mesapusᵗ erit,felixq; Tolumnius,ꝛ quos

DON. Ille mihi ante:Multi de Mezentio intelligunt. Procubuit moriens:quasi ītelligat nō victū sed sua voluntate cecidisse.

CHRI. ❡SEDENTIS: idest illi' equitis qui i equo sedet. ☞ Lucent: apparẽt: quoniã rima quæ ẽ inter finem galeæ: & summitatẽ parmæ relinquit illã partes corporis apertam. ☞ Cõgeminat .s. i. duplicat vulnus agẽdo securis. ☞ Incidit huic: idest in hũc. incidere autẽ in aliquẽ est cum nihil tale expectantes aliquẽ obuiam offendimus. Sæpi' autẽ dicimus hoc de re infelici q̃ de felici. ☞ Appẽninicolæ: liguris maior enis liguriæ pars in montib' ab Appennino deductis posita est. ☞ Auno: nõ sine ratiõe fictũ nomen. Nam Aunus antiquissimus rex est liguriæ. ☞ Fallere: nã vitiũ vernaculũ est illius nationis. Cato in originib' ait: ligures esse versipelles: fallaces: malignos. ☞ Consilio & astu: idest astuto cõsilio. Astu autẽ malitiosa calliditas est dictũ ab ἄστυ græce vrbe: nã q intra vrbes versant callidiores sunt quã qui in agro degunt. Asty autẽ non omnes græci sed Athenienses vrbes dicũt: quod verbum ægyptiacus est. Athenæ enim vt est apud Plato. ægyptiorum colonia est. Fraudẽ recte vt puto: Seruius fraudem: & non laudem legit. Nõ autem placet ꝙ fraus pœnas significet: Nam quãuis dicat Salu. diem statuit antequã sine fraude liceat ab armis discedere. Sentẽtia est antequã non dabitur fraudi. Ergo cui ventosa gloria: idest inanis gloria afferat fraudem. Nam cum ex tua vanitate tu iactes fortitudinem: si relinques equus cuius viribus tu fallis homines ostendens te esse fortem cum ipsa fortitudo si tibi ab equo: si pedes pugnabis succumbes: et inanis tua gloria demonstrabitur. ☞ Furens: nam fœmina impatientior iræ est q̃ vir: et appetentior gloriæ.

Quadrupedémq; citum ferrata calce fatigat.
Vane[a] Ligur, frustráq3 animis elate superbis
Nequiq̃; patrias tentasti lubricus[b] artes,
Nec fraus te incolume3 fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, ⁊ pernicibus[c] ignea plantis
Transit[d] equom cursu, frenísq; aduersa[e] p̃hẽsis
Congredit̃, poenásq3 inimico ex sanguíe sumit.
Quàm facile Accipiter[f] saxo sacer ales ab alto
Consequit̃[g] pinnis sublimẽ in nube Colũba3,
Cõprensámq3 tenet, pedibúsq3 euiscerat vncis.
Tunc[h] cruor, ⁊ vulsæ labunt̃ ab æthere plumæ.
At non hæc nullis[i] hominũ ator; atq3 Deoru3
Obseruãs oculis summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum Genitor Tarcontem in prælia sæua
Suscitat, ⁊ stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergò ínter cædes, cedentiáq3 agmina Tárcon
Fertur equo, variísq3 instigat[k] vocibus alas
Noie[l] quẽq3 vocans, reficitq3 in prælia pulsos.
Quís[m] metus ò nunq̃;[n] dolituri, ⁊ semp inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fæmina Palantes agit, atq3 hæc[o] agmina vertit.
Quó ferrũ, qd ue hæc gerim[o] tela irrita[p] dextris?
At non[q] in Venerem segnes, nocturnáq3[r] bella,
Aut vbì curua[s] choros indixit Tibia Bacchi,

SER. a ℭVANE ligur: aut fallax: aut inaniter iactans: Nam vanos stultos posteriores dicere cœperunt: vnde tractus est etiam in neotericis. Iuuenalis: Sic libitum est vano qui nos distinxit othoni. quid autem hoc loco vane significet consequentia demonstrãt Frustraq; animis elate superbis. b ⁋Lubricus: falax: mobilis. c ⁋Pernicibus ignea plantis: modo velocibus: alias perseuerantibus. Na3 pernix interdum velox: interdum perseuerans significat: vt ipse in georgicis: Et liter dura iacet pernix in strato saxa cubili. d ⁋Transit equũ cursu: nũc hoc incredibile esse videret: nisi præmisisset in septimo: Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina: nec teneras cursu læsisset aristas. e ⁋Aduersa: opposita. f ⁋Accipiter saxo sacer ales ab alto: sacer ideo quia est Marti consecratus: aut auibus execrabilis: vt Auri sacra fames: Aut quod verius est nomen græcum expressit: nã ἱέραξ dicitur: hoc est sacer. ἱερεὺς enim sacerdos vocatur. Cur autem græce ita dictus sit: ratione non caret: quæ nota est sacrorum peritis. g ⁋Consequitur pinnis: noua laus Camillæ: siquidem accipiter columbam sequitur: ipsa præcedit hostem. Ipsa etiam auium comparatio est sumpta ex contrario: nã æquius vir accipitri: Camilla compararetur columbæ. h ⁋Tunc cruor ⁊ vulsæ labuntur ab æthere plumæ: ecbasis est: idest excursus. i ⁋Nonnullis: idest non negligentibus: nam liptotes figura est. vult enim dicere: non leuiter Iupiter intuebatur ista certamina. k ⁋Instigat vocibus alas: incitat ⁊ irritat ad reditum. primum enim est vt fugere desinant: post vt in hostes impetum faciant. l ⁋Nomine quemq; vocans: per hoc extrema necessitas indicat. m ⁋Quis metus: qualis quantus: qui vos etiam fœminas timere compellit: vnde paulopost: Quæ tanta animis ignauia venit? Fæmina palantes agit n ⁋O nunq; dolituri: idest stulti. Stultus est enim qui si quis iniuria nõ mouetur: ⁊ bene nunq; siquidem ante sæuitiam Mezentij pertulerũt: nec se vlti sũt: nũc præbent terga mulieri. ⁊ ne hinc quide3 cõmouentur dolore. o ⁋Atq; hæc agmina vertit: δείκτικῶς idest multitudinem tantam. p ⁋Irrita: inertia quæ nos vlcisci minime valeant. q ⁋At non in Venerem segnes: latenter dicit hoc fugitis mulierem: qa armata est. Alias primi ad hunc curritis sexu3. r ⁋Nocturnaq; bella: coitum. alibi: Et si quando ad prælia ventum est. s ⁋Curua tibia: symphonia: chorum. Bacchi autem ideo quia apud veteres ludi theatrales non erant nisi in honorem Liberi patris.

CHRI. ℭACCIPITER: accipitrum genera sexdecim ponit Plinius in eis enumerat circon altero pede claudum: item triorchen a numero testium. Byteonem auis marti sacra est: vnde græce ἱέραξ dicitur. Puto omne genus auium quæ ex raptu viuunt accipitris nomine excepta aquila venire. ⁋Fæmina: indignatio a sexu. ⁋Pallantes: item a modo: na3 quod fæmina illos pellat turpe est: quod aũt ita pellat: vt palantes sine ordine fugiãt turpissimum. ⁋Hæc agmina: quasi dicat: tã robusta: tam valida. ⁋Quo ferrum: nam frustra fertis quo vti non audetis. ⁋At nõ in venerem segnes: quasi dicat: cum torpetis in bello: vtinam ⁊ in omni voluptatum genere torpeatis.

ℭEXPECTATE:

SER. a ¶ EXPECTATE: pro expectatis: modū pro modo posuit. b ⁋ Secundus aruspex: p secūda sacra. i. pspera: sicut ecōtrario Homerus μάντι κακῶν. i. maloꝝ diuine. c ⁋ In altos lucos: illic. n. epulabant sacris diebus. l ⁋ Ducis exemplūꝫ euentumq;: scilicet virtutem ꝛ felicitatem. k ⁋ Meonidæ: lydi: vt Meoniæ dilecta iuuentus. l ⁋ Arte: fraude dolo: vt Arte pelasga. m ⁋ Qua se cunq; ferens medio tulit agmine virgo Hac aruns subit: vt etiā supra diximꝰ: ita poeta loqͥ: vt in aliquibus locis det suspitionem ꝙ Aruns de turni partibus fuerit: nāq; ꝛ cuꝫ Camilla impetum fecit ꝛ cum ipsa rursus recedit: qꝺ nisi de socio sī procedit. Donatus etiam dicit esse manifestum signuꝫ socium fuisse: ꝙ Apollinem soractis inuocat mōtis: de quo Turno venisse cōstat auxilia: licet posset fieri: vt alterius loci inuocet numen. Item ad argumētuꝫ Vocat patrias remeabo inglorius vrbes. quod etiam de hoste procedit: nā superare fœminam nullaꝫ cōstat esse virtutem.

Expectate[a] dapes, ꝛ plenæ pocula Mensæ,
Hic amor, hic studiū, dū sacra secūdꝰ [b] Aruspex
Nunciet, ac lucos vocet hostia pinguis ī altos[c].
Hæc effatus equū in medios moriturus[d] ꝛ ipse
Concitat, ꝛ Venulo aduersuꝫ se turbidus[e] īfert,
Direptúmq;[f] ab equo dextra cōplectitur hosteꝫ,
Et gremiū ante suū multa vi concitus aufert.
Tollitur in cælum clamor, cunctiq; Latini
Conuertēre oculos. volat igneus æquore Tarcō
Arma, virumq; ferēs: tū summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, ꝛ partes rimatur apertas,
Quā vulnus letale ferat: contra ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, ꝛ vim viribus exit[g].
Vtq; volans[h] alte, raptum cum fulua Draconē
Fert Aqla, īplicuitq; pedes, átq; vnguibꝰ hæsit;
Saucius at Serpens sinuosa volumina versat,
Arrectísq; horret squamis, ꝛ sibilat ore
Arduus īsurgēs; illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthéra verberat alis,
Haud aliter prædā Tyburtū ex agmine Tarcon
Portat ouans: ducis[i] exemplū, euētúmq; secuti
Meonidæ[k] incurrunt: Tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo ꝛ multa prior arte[l] Camillam
Circuit, ꝛ quæ sit Fortuna facillima tentat:
Quà se cúq;[m] furēs medio tulit agmine Virgo,
Hac Aruns subit, ꝛ tacitus vestigia lustrat.

d ⁋ Moriturꝰ ꝛ ipse: moriturus also: nā moriturus nō est. qꝺ aūt ait ꝛ ipse: aut ad Camillam: aut ad Venulū respicit. e ⁋ Turbidus: terribilis. f ⁋ Direptūq; ab equo dextra complectit hostem: hoc de historia tractum est: nam. C. Iulius Cæsar cuꝫ dimicaret ī gallia: et ab hoste raptus equo eiꝰ portaret armatus: occurrit de hostibus q̄ euꝫ nosset: ꝛ īsultās ait cecos Cæsar: qꝺ gallorū lingua dimitte significat: ꝛ ita factū est: vt dimitteretur. hoc aūt ipse Cæsar in ephemeride sua dicit: vbi ꝓprias commemorat felicitateꝫ. g ⁋ Exit: euitat: vt Atq; oculis vigilantibus exit. h ⁋ Vtq; volans alte: homerica comparatio.

ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν
αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων
φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὔπω λήθετο χάρμης·
κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος περὶ δειρὴν
ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε
ἀλγήσας ὀδύνῃσι· μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ
αὐτὸν δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇσιν ἀνέμοιο

DON. ¶ AQVILÆ: Comparatio aptissima: Vt enim ꝛ aquila ꝛ serpens fortissimi sunt: ita illi duo fortissimi erant itidem mira perspicacitate: vt illi sunt.

CHRI. ¶ ARVSPEX: ab ara: ꝛ inspiciendo dicitur quoniam cæsa iaꝫ hostia iuxta aram exta rimātur: ꝛ ex illorum situ: colore: imminutione: vel augmento futura prænoscunt. Dicuntur alio vocabulo extispices ab extis inspiciendis. ⁋ Direptumq; ab equo: ostendit nō fuisse intentionem in socios ex tumiditate aut vaniloquentia: sed a conscientia propriæ fortitudinis. Fuit enim omnino heroicum. Quod hostem ab equo ad se attraheret: secúq; portaret. ⁋ Tollitur in cælum: mouebatur enim miraculo rei ꝙ celeritate summa arma: ꝛ virum tanta vi portaret: vt etiam superessent vires ait: ꝛ ferrum ex sua hasta ra-

peret: illamq; interimeret: q̄uis repugnantem conaretur: Poterat ergo suo iure sociorum Inertiam reprehendere. ¶ Debitus: Fatis: vel destinatus a fatis cum hoc fatis deberet: scilicet interimere Camillam: vel debitus fatis quoniam inde esset moriturus; Ostendit autem magnam fuisse eius astutiam.

Quà victrix redit illa, pedéq; ex hoste reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hósq; adit[e], iámq; hos aditus, omnémq; perrat
Vndiq; circuitū[a], ⁊ certā[b] quatit improbus hastam.
Forte sacer[c] Cybele Choreùs, olímq; sacerdos
Insignis longe phrygijs fulgebat in armis,
Spumātémq; agitabat equū, quē[d] pellis ahenis
In plumam[e] squamis, auróq; inserta tegebat.
Ipse peregrina Ferrugine clarus, ⁊ Ostro
Spicula[f] torquebat lycio Cortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat Arcus, ⁊ aurea vati
Cassida[g], tū croceā chlamydéq;, sinúsq; crepātes
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro
Pictus[h] acu tunicas, ⁊ barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troïa, captiuo siue vt se ferret in auro
Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totúmq; incauta per agmen
Fœmineo[i] prædæ, ⁊ spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidijs cunctantem tempore capto
Conijcit, ⁊ superos Aruns sic voce precatur.

SER. a ¶ CIRCVITU: proprie: nam circuire insidiantium est: vnde est Nec gregibus nocturnus obambulat. b ¶ Certam hastam: Ineuitabilem: vnde contra Incertam excussit ceruice securim: idest infirmam vitabilē. c ¶ Sacer cybele: nam montem pro numine quod in eo colitur posuit: ⁊ bona occasio ad mortem Camillæ: vt sacerdotem maioris numinis conetur occidere: p quod quasi ex auctoritate Dianæ fauor interueniente maioris numinis iracundia. d ¶ Quem pellis ahenis in pluniam squamis auro conserta tegebat: cataphractum eum fuisse significat. Cataphracti autem equites dicuntur qui ⁊ ipsi muniti ferro sunt: ⁊ equos similiter munitos habent: de quibus Salustius: Equis paria operimenta erant: quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant: nunc pro linteo pelles imposuit: ⁊ æneas squamas æreas laminas intelligimus. e ¶ In plumam: vero est in similitudinem plumæ: vt Excisum euboicæ latus ingens ruptis in antrum: idest in antri similitudinem. Sane sciendum q̄ ipsos equites cataphractos dicimus. Salustius: Et sequebantur equites cataphracti. f ¶ Spicula torquebat lycio cortynia cornu: cretenses sagittas lycio arcu dirigebat: quod vt etiam supra diximus ad ornatum poni consueuit. g ¶ Cassida: pro cassis: nam accusatiuum posuit pro nominatiuo. h ¶ Pictus acu tunicas ⁊ barbara tegmina crurum: pictus tunicas pictus crurum barbara tegmina: idest habebat vestem phrygionis arte perfectam. Sane armorum longa descriptio illuc spectat: vt in eorum cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa. i ¶ Fœmineo: impatienti: irrationabili: vt Fœmineæ ardentes.

¶ CYBELE: DON. Locus est ī quo Cybele colebatur. ¶ Squama: Serpentis: ⁊ piscis quam facit compositio naturalis. Nam ⁊ ordinibus digesta est: ⁊ viarum plurimarum impressione distincta. Quicquid igitur in hanc similitudinem facit artifex squama dicit. Hæc fit ex minutis laminis inuicem se retinentibus: ⁊ ita digestæ: vt est in auibus pluma. ¶ Peregrina: quasi dicat: ex melioribus regionibus aduecta. ¶ Cornu: Ligni species est. ¶ Barbara: nomen artis indicat: nam q hanc exercent Burburicarij dicuntur qui auro: et varijs filis hominum: ⁊ aliarum rerum figuras exprimunt acu pingentes. ¶ Tandem: quia diu insectatus fuerat. ¶ Teda: hoc lignum naturali succo veluti oleo: violentius ardet: Primi electi.

¶ FORTE sacer. Hos omnes versus vsq; ad eum locum. Hunc virgo ex eo genere dicendi constat quod cultum ⁊ floridum appellāt. CHR. ¶ Ferrugine: De qua diximus ī Geor. ¶ Barbara: quasi aurea ⁊ ornata: quoniam Barbari diuitijs pollent. Vnde alibi: Barbarico postes auro. Hunc ostendit poeta naturalia penitus tolli non posse: erat quidem egregia fœmina: ⁊ inter viros enumeranda: Sed tamen vt fœmina nimia cupiditate talium rerum quas viri contemnunt ardebat vnde dixit fœmineo amore. ¶ Incauta: nam quicunq; nimia cupiditate fertur: rationem amittit: vnde nullam sibi cautionem adhibere potest.

¶ SVMME

Summe[a] Deûm sancti[b] custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus[c] ardor aceruo[d]
Pascitur, & mediú freti[e] pietate per ignem
Cultores multa[f] premimus vestigia pruna
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens, non exuuias[g], pulsæ ue trophæú
Virginis, aut spolia vlla peto. mihi cætera laudé
Facta ferent. hæc dira meo dũ vulnere pestis
Pulsa cadat; patriá remeabo iglorius vrbem.
Audijt, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem[h] vólucres dispersit in auras
Sterneret, vt subita turbatam morte Camillam;
Annuit oranti, reducé vt pria alta videret
Non dedit, inq; notos vocé vertêre procellæ.
Ergò vt missa mãu sonituz dedit hasta p auras;
Conuertêre animos acies, oculósq; tulere
Cuncti ad reginaz Volsci, nihil[i] ipsa, nec auras,
Nec sonitus memor, aut veniétis ab æthere teli,

SER. a ¶ SVMME deûm: ex affectu colétis dici/ tur: ná Iuppiter summus est. b ¶ Sancti cu/ stos soractis apollo: Soractis mons é hirpi/ norũ in flãminia collocatus: i hoc aũt mõte cũ aliquãdo Diti patri sacrũ persolueret (ná manibus cõse cratus est) subi to veniétes lu/ pi exta rapue/ rũt: quos cum diu sequerétur delati sunt ad quandã spelun cam halitũ ex se pestiferuz e/ mittenté: adeo vt iuxta stãtes necaret: ex ide est orta pestilé/ tia qa fuerãt lu pos secuti: de q respõsuz é pos se eaz sedari si lupos imitaré/ tur. i. rapto vi/ uerent: qđ po/ steaq; factũ est. dicti sunt ipsi populi hirpini sorani: ná lupi sabinorũ ligua hirpi vocantur. Sorani vero a Dite: naz Di/ tis pater Soranus vocatur: quasi lupi Ditis patris: vnde memor rei Virg. Aruntez paulo post comparat lupo quasi hirpinũ soranum. c ¶ Pine ardor: ignis περίφρασις. d ¶ A/ ceruo: pyra coaceruatõe lignoȝ. e ¶ Freti pie tate: iste qdé hĩ dixit: s; Varro vbiq; expugna tor religiõis ait: quũ qđdã medicaméitũ dscri beret: vt solét hirpini: q ambulaturi per ignes medicaméto plãtas tingũt. f ¶ Multa pru/ na: iter prunas: pruna aũt q; diu ardet dĩ. Ho/ ra. Prætextã latũ clauũ prunæq; bathyllũ: cũ aũt extīcta fuerit carbo noīaĩ. Terétius: Taz excoctã atq; atrã reddã q; carbo é: ná pruna a perurẽdo dicta est. g ¶ Exuuias pulsæ ue trophæũ: exuuias occisæ: pulsæ trophæũ: & p prie: ná vt supra diximus hostib' occisis triũ phabãt: de fugatis figebãt trophæa. h ¶ Partẽ méte dedit ptẽ volucres dispsit i auras: bona moderatõ Apollĩs iter sacerdotẽ pces: & volũ tatẽ sororĩ: é: sĩ hom. oráte p patroclo achille.

ὣς ἔφατ' εὐχόμενος τοῦ δ' ἔκλυε μη/
τίετα ζεύς
τὸ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον
δ' ἀνένευσεν
νηῶν μὲν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μά
χην τε
δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἀπονέε/
σθαι.

i ¶ Nil ipsa nec auras: nec sonit' memor: hæc é antiq lectio: ná apud maiores trahebaĩ iter dũ a græco gẽitiuus singularis: hĩc ét pr̃ famĩ lias & materfamilias: q duo tm̃ nola remanserũt: ná nec hui' auras dicim': nec huius cu stodias sctm Salustiũ qui ait Castella custo/ dias thesauroȝ pro custodiæ. & ita eni etiã A s p itelligit: licet alij custodias ac cusatiuũ velit. Sane pr̃ famĩ/ lias qñ dicim': familias idecli nabile é: si auté pater familiæ dicere volueri/ mus: iã nõ erit vnũ nomé: sed locutio: & fami liæ erit datiu': ná pr̃ mihi est dicimus. Teré tius: Natura tu illi pater es: cõ silijs ego. Mul/ ti tñ volunt in numero plura li nomen vtrunq; declinari: vt dicam' hi pa tres familiæ horũ patrũ familiarum.

CHRI. ¶ SORACTIS: Hyrpi familiæ in agro fa/ liscorũ sacrificium annuũ ad soracte monté apollini faciunt id operãtes gesticulationib' religionis ipune exultant ardentib' lignoruȝ struibus in honoré diuinæ rei: & flãmis paré/ tibus cuius deuotiõis mysteriũ. ¶ Senat'. c. honorauit omniũ muneruz vacatiõe perpe/ tua illis donata: Ait Solinus: idé ait Pli. Sora cte mons est in agro falisco sacer apollini. Aiunt ad montis radicez locum fuisse Di/ ti sacrum in quo cũ sacra fierét lupi ex igni/ bus exta rapuerũt: quos sacerdotes vsq; ad terræ hiatus. Vnde pestilens aer exalabat in/ secuti sunt q morbo omnia vicina loca im/ plicuit. Fuitq; oraculum posse sedari mor/ bum si incolæ raptu viuerent: vt lupi fece/ runt. Ob hocq; appellati sunt hirpi sorani: quia lingua sabina hirpus lupuȝ: & soranus Plutonez significat Hinc sãnites qui hir/ pos lupos dicunt: videntur a sabinis origi/ nez trahere. ¶ Nihil ipsa nec auras: Ostendit quod dixerat Totumq; incauta per agmen. Ponit autez hoc optimũ exemplum homini bus: quantaz pernitiem afferant hominibus nimiæ cupiditates cũ ita mentes occæca/ tas reddant: vt præcipites delati in omne periculum ferantur.

SER. a ¶ PAPILLAM exertã: nudã. Sane mã-milla est oĩs eminẽtia vberis: pupilla vo breue illud vnde lac trahit. b ¶ Dominã: reginã: vt Hi dominam ditis thalamo deducere adorti. c ¶ Virginis audet: sic fuerat cõster-

¶ EXERTAM: vt de amazonib' diximus. CHR. ¶ Hæsit: ita fixa est: vt nõ laberet a vulnere. ¶ Virgineũ: Pathos ab ætate ⁊ a sexu. ¶ Bibit Quãuis præteritũ sit dissyllabũ: ⁊ ppterea deberet pduci pma syllaba: tñ vt in paucis aliis corripitur.

Hasta sub exertam donec perlata papillam[a]
Hæsit; virgineúmq; alte bibit acta cruorem.
Concurrũt trepidæ comites, dominámq;[b] ruẽtẽ
Succipiunt: fugit ánte omnes exterritus Aruns.
Lætitia, mixtáq; metu, nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis[c] audet.
Ac velut ille, prius quã tela inimica sequãtur
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso[d] Pastore Lupus, magnó ue Iuuenco
Conscius audacis facti, caudámq;[e] remulcens
Subiecit pauitanté vtero, filuásq; petiuit.
Haud sec' ex oculis se turbidus[f] abstulit Arũs,
Contentúsq; fuga medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit, ossa sed intèr
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro[g].
Labitur exanguis, labuntur frigida[h] leto
Lumina, purpureus quõdã color ora relíquit.
Tunc sic expirans Accam ex æqualibus vnam[i]
Alloquitur, fida ánte álias quæ sola Camillæ
Qui cum partiri[i] curas, atq; hæc ita[k] fatur.
Hactenus Acca soror potui[l], nũc vuln' acerbũ
Conficit, ⁊ ténebris nigrescunt omnia circùm,
Effuge, ⁊ hæc Turno mãdata nouissima perfer.
Succedat[m] pugnæ, Troianósq; arceat vrbe.
Iámq; vale, simul his dictis linquebat habenas
Ad terrã non sponte[n] fluens: tum frigida toto
Paulatim[o] exoluit se corpore, lentáq; colla
Et captum leto posuit caput arma relinquens.

natus; vt etiã vulneratam timeret. d ¶ Occiso pastore lupus: bene pastori reginã cõparat: nã reges ipsi pastores vocãtur: Home. ποιμένα λαῶν. e ¶ Caudã pauitantem remulcẽs: quæ timoré indicat p ipse pauitãs. f ¶ Turbidus: nunc timidus: sup terribil: vt Venulo aduersus se turbidus ifert. g ¶ Mucro: hic apparet mucronẽ eẽ cuiuslibet teli acumen. h ¶ Frigida leto: alij telo legũt: ⁊ itelligũt vulnẽ. i ¶ Partiri curas: subaudis cõsueuerat. k ¶ Hæc ita fatur: vnũ abũdat: nã sup ait alloquitur. l ¶ Potui: absolute: vel pugnare vel viuere. m ¶ Succedat pugnæ: alus bellatricis ondit: q non se dolet lucẽ: sed bella deserere. n ¶ Nõ spõte fluẽs: nõ spõte vt supra: Portisq; ab equo regia sub ipsis Desiluit: quã tota cohors inimica relict. Ad terrã defluxit eqs. o ¶ Paulatĩ exoluit se corpore: Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub vmbras: fuat h vbiq; vt iuuenum alas a corporib' dicat cũ dolore discedẽ: q adhuc eẽ superstites poterãt: qd ẽt d Turno dictur' ẽ: idẽ Cic. i Catõe maior ait: iã oĩs cõglutiatio recẽs ægre lueterata facillime diuellit: ⁊ ẽ Home. ψυχὴ δ᾽ ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει. ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ᾽ ἀνδροτῆτα, καὶ ἥβην.

is corripitur. ¶ Trepidæ: et festinæ ⁊ timẽtes. ¶ Fugit: exprimit naturã ei' q insidijs valeat: apto marte nihil audeat. ¶ Lætitia: quia voti cõpos fuerat. ¶ Metu: q a n erat loc' fraudi: ⁊ ipse nã meticulosus erat. ¶ Occurrere: Virgi. Viderat se illã vulneras se: sz cuz nesciret qle eẽt vulnus hõ meticulosus ne illa mortez vlcisci anteq; caderet posset verebat. ¶ Lupus: Optiẽ illũ lupo cõparat qd aĩal insidijs plus q; apto marte valet. ¶ Turbidus: vehement ex motu perturbatus. ¶ Illa trahit: Nã neq; ex vulnẽ ita alo pster nata erat: q n te lũ educẽ tentaret. ¶ Mucro ferreus. i. ferrũ hastæ in mucronẽ. i. in acutũ pductũ. ¶ Labit: Repetitio ẽ color q ad cõmiseratioẽ cõmouendũ valet. Mouet primũ pathos a pulchritudine puellæ: inde a robore animi ipsi' quæ i morte manifesta non oblita est salutis publice. Ergo dũ expiraret misit q Turnũ vt periculo succurrat admoneret. Vsa etiaz est cautione: vt eã mitteret: cui' sibi fides i multis aliis reb' fuisset perspecta. ¶ Hactenus: breuissima oratio: ⁊ rei: ⁊ tẽpori accomodata. In primis eniz excusat impotẽtiaz suam ne temere videat pollicita in superiorib' fuisse. ¶ Succedat: mihi deficiat. ¶ Arceat: Ostẽdit psentaneuz periculuz: nã arcemus q iaz ruunt. ¶ Iam vale: vt in extrema morte charitatez in eam ostendat.

DON. ¶ ANTE oẽs: dimissis olbus actionibus.

¶ CLAMOR

SER. a CLAMOR sidera: troianorum scilicet: qui exultabant. b Crudescit: crudelior fit cæde multorum: nam crudus & crudelis a cruore dicitur. c Mulcatam: debilitatam. d At triuiæ custos: ministra. e Conata lacessere teucros: propter illud Bellum importunum clues cum gente deorum Inuictisque viris geritis. f Coluisse dianam profuit: non deam lusisse: sed fatorum necessitatem: cōtra quæ nec numinis opitulatur auxilium. g Sine nomine: sine gloria: sine fama. h Famam patieris inultæ: nec inulcisatæ ignominiam sustinebis: quod etiam Dido dolet dicens: Moriemur inultæ: Sed moriamur ait. i Monte sub alto: vt Monte sub aerio. Apud maiores nobiles aut sub monti bus aut in mōtibus sepeliebātur: vnde natū est: vt supra cadauera aut pyramides fierent: aut ingētes collocarent columnæ. Luc. & regū cineres extructo monte quiescant Cum Ptolomeorum manes serienique pudendam Pyramides claudant. k Ac vana tumentē: plenum κενο δοξια. l Digna camillæ præmia: sicin secundo Persoluant grates dignas: & præmia laudū Reddant. Item alibi: & hæc tibi porto Dona prius. m Tu ne etiam telis moriere dianæ: cum ingenti amaritudine dictum est: nā etiam ei genus inuidet mortis: qd autem ait tu ne etiam ad Niobes numerosam pertinet sobolem. n Cornuque infensa te. cornu accusatiuus est singularis: ac si diceret Arcumque infensa tetendit: nam horum dubiorum casus ex similibus vel synonimis cōprobantur. o Coirent inter se ca. homerica ē ista descriptio pādaro fœdera iussu palladis cōfundente.

ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν τόξῳ δὲ σίδηρον

Vitaque cum gemitu fugit idignata sub vmbras.
Tum vero imensus surgens ferit aurea clamor[a]
Sidera, deiecta crudescit[b] pugna Camilla.
Incurrunt densi simul omnis copia Teucrûm
Tyrrhenique duces, Euādrique arcadis alæ.
At Triuiæ[d] custos iādudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas.
Vtque procul medio iuuenū in clamore furentū
Prospexit tristi multatam[c] morte Camillam,
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces.
Heu nimium Virgo, nimium crudele luisti
Suppliciū, Teucros conata[e] lacessere bello.
Nec tibi desertæ in dumis coluisse[f] Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse sagittas.
Non tamen indecorem tua te Regina relinquet
Extrema iā morte, neque hoc sine[g] nomine letum
Per gentes erit, aut Famam[h] patieris inultæ.
Nam quicūque tuū violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. fuit ingēs monte[i] sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurētis, opacaque ilice tectum.
Hic Dea se primū rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Aruntem tumulto speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana[k] tumentem,
Cur iquit diuersus abis? hūc dirige gressum.
Hūc periture veni, capias vt digna[l] Camillæ
Præmia, tú ne[m] etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata vólucrem Threissa sagittam
Deprompsit pháretra, cornúque[n] infensa tetēdit,
Et duxit longe, donec curuata coirent[o]
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis
Leua aciem ferri, dextra neruóque papillam.

DON. PVLCHER rima. Bonā cōsilio hic intelligi. Cur inquit: Hæc loquitur secū ex dolore. Tu ne etiā: idignatur qd telis Dianæ sit periturus.

CHRI. CVM GEmitu fugit idignata. Nā quoniam immatura erat mors Idignabatur magis mori. Tū vero. Ostendit quid possit dux egregius i pugna: Cum ipsa sola tot hostes sustinere potuerit. Qua extincta: & hostibus vires restaurataæ sunt: & sui conturbati facile cedebant. Morte luet sultingens: Ex loci descriptione rē facit verisimilem. Dercenni: Hic ex antiquissimis regibus larij fuit: quē aliqui sub nomine Latini posuerunt. Terreno: cōsueuere prisci sepulchris: aut colūnas superponere: aut magnas moles: aut sepulchra i altis locis struere. Nisu conamine: Idest volatu. Cur inquit: Oratio amara & felle plena. Tu ne etiā: Dolet quia non putat illum dignum: qui Dianæ telis periret. Cornu: Corneum arcum. Capita: Extremitates arcus.

SER. a ℭ TELI.ſt. Hom. λίγξε δ' διςὸς. b ⁋ Audijt vna aruns hæſitq; in cor. fer. celeritas iaculantis exprimitur. Sta. cum iam percuſſus dixiſſet extinctum ait Nec dum certi tacet arcus amyntæ. c ⁋ Ignoto cā. ī pul. li. faciē te numinis iracundia eſt relict⁹: vt nec ſepl turā poſſet mereri. d ⁋ Turbati fu. ru. hoc ad Camillæ ptinet laudē: quā amiſſa immutātur fata bellorū. e ⁋ Acer ar. ſ. fugit tñ. f ⁋ Deſolatiq; mani. ſigniferi deſerti: quod ē nimij diſcriminis. nanq; hoc vbiq; dux præcipit: vt frequē ter circa ſe ſint milites: ſicut in Salu. leginius. Manipli autē dicti ſunt ſigniferi: qa ſub Romulo paup adhuc roman⁹ exercit⁹ haſtis fœni manipulos illigabat: ⁊ hos pro ſignis gerebat: vñ hoc nomen remanſit. Ouidius in faſtis: Illa quidē e fœno: ſed erat reuerentia fœno: quantā nūc aquilas cernis hr̄e tuas. Perticā ſuſpēſos portabat lōga maniplos: vñ maniplaris noīa miles hēt. g ⁋ Laxos ar. nō intentos: ſꝫ iā ſolutos. h ⁋ Fœmineū cla. impatientē. nā iā dixerat mr̄es: p qd̄ muliebrē clamorē poteram⁹ accipe. i ⁋ Miſerā mor. qa ſequit Lic in ipſo. k ⁋ Mœnib⁹ in. p. ſ. vbi ſe iā tutos eē credebāt. l ⁋ Aprire vi. ā. i. dare aditū: ⁊ bono locut⁹ eſt ambitu: nā cū portis via ⁊ aperit ⁊ claudit. m ⁋ Oriturq; mi. cæ. ſic in. ij. vbi ītulit Armoꝝ faciē ⁊ graiarū errore iubarū. n ⁋ Defendentū: iō defendentū ⁊ ruentū: qa ad maſculinū rettulit: ⁊ hī defendentes facit: quod de fœminino dicimus: ſi aūt de neutro loquamur: defendētium dicamus neceſſe eſt: qa hæc defendentia facit: ⁊ vt ſupra diximus genitiuus pluralis a nominatiuo plurali minor eſſe non debet: qꝫ ſi forte minorē cū aliqñ inuenerimus metri neceſſitas facit: ⁊ incipit etiam pathos eſſe non declinatio. o ⁋ Præcipites ſo. decliues: in qtas qd pōt præcipitari. p ⁋ Pars cæ. irrationabilis: quæ in clauſas portas more arietis ruebat: ideſt bellici machinamēti. q ⁋ Sūmo certamine: extremo diſcrimīe: vt ſup: Vocat labor vltimus omnes.

Extemplo teli[a] ſtridorem, auráſq; ſonantes
Audijt[b] vnà Aruns, hæſitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem ſocij, atq; extrema gementē
Obliti ignoto[c] camporum in puluere linquūt.
Opis ad æthereum pinnis aufertur Olympum.
Prima fugit domina amiſſa leuis ala Camillæ,
Turbati[d] fugiūt Rutuli fugit acer[e] Atinas.
Diſiectíq; duces, deſolatiq;[f] manipli
Tuta petunt, ⁊ equis auerſi ad mœnia tendunt.
Nec quiſq; inſtantes Teucros, letúmq; ferentes
Suſtentare valet telis, aut ſiſtere contra;
Sed laxos[g] referūt humeris languētibus Arcus,
Quadrupedúmq; putrē curſu qtit vngſa cāpū:
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis, ⁊ è ſpeculis percuſſæ pectora matres
Fœmineum[h] clamorem ad Cæli Sidera tollūt.
Qui curſu portas primi rupêre patentes,
Hos inimica ſuper mixto premit agmine turba;
Nec miſerā[i] effugiūt mortem, ſed limine ipſo
Mœnibus[k] in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi expirant animas, pars claudere portas
Nec ſocijs aperire[l] viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes, oritúrq;[m] miſerrima cædes
Defendentum[n] armis aditus, ínq; arma ruētū.
Excluſi añ oculos lachrymātúmq; ora parētū,
Pars in præcipites[o] foſſas vrgente ruina.
Voluitur, immiſſis pars[p] cæca ⁊ cóncita frenis
Arietat in portas, ⁊ duros obijce poſtes.
Ipſæ de muris ſummo[q] certamine Matres
(Mōſtrat amor verus patriæ) vt vidêre Camillā

ℭ IGNOTO DON. camporum in puluere li. Q ꝺ fuit vltōis augmentum: vt ſocij illius obliuiſcerentur.

ℭ IGNOTO CER. camporum in puluere liquūt. Quod fecit acerbioris vltionis vt non ſolū interficeretur: verum etiam inhumatus relinqueretur.

⁋ Prīa fugit. Oſtendit quāta fuerit ſcā mutatio ex morte fortiſſimæ ducis: vt inde appareret quid valeat in bello fortis imperator. Fugæ aūt deſcriptio illuc ptinet: vt virtus Camillæ manifeſtetur: ⁊ quantū in pugna potuerit. ⁋ Aduerſi: ſcilicet hoſtibus. ⁋ Suſtentare: Multo ego minus repellere. ⁋ Voluitur puluis turbidus caligine. i. denſus: quo oſidit catervatim fugam factā. ⁋ Clamorem tollunt: qa vident ſuos in fugam verſos. ⁋ Limine: in ipſo. ⁋ Mœnibus in patrijs: Pathos a loco. ⁋ Inter tuta: Non quæ eſſent: ſed q̄ eſſe ſolēt. ⁋ Audēt: Quia timēt ne hoſtes ſimul irruāt. ⁋ Añ oculos parētū: quia qdē re qd durī⁹ aut parētibus ipſis aut fugiētib⁹ eē potuit.

ℭ TREPIDÆ:

Tela manu trepidæ[a] iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrū, sudibúsq; imitantur obustis
Præcipites[b], primæq;[c] mori pro mœnib⁹ audēt.
Interea Turnum in siluis sæuissimus[d] implet
Nuncius, & iuueni ingentē fert Acca tumultū.
Deletas[e] Volscorum acies: cecidisse Camillā,
Ingrúere[f] infestos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iā ad mœnia ferri.
Ille furēs[g] (nam sæua[i] Iouis sic numina poscūt)
Deserit obsessos colles; nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campúmq; tenebat,
Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos[h],
Exuperátq; iugum, siluáq; euadit opaca.
Sic ambo[k] ad muros rapidi, totóq; feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Aeneas fumātes[l] puluere campos
Prospexit longe, Laurentiáq; agmina vidit,
Et sæuum[m] Aenean agnouit Turnus in armis,
Aduentúmq; pedum, flatúsq; audiuit equorū.
Continuóq; ineant pugnam, & prælia tentent,
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero[n]
Tingat equos, noctémq; die labente reducat,
Considunt[o] castris ante vrbē, & mœnia[p] vallāt.

SER. a ¶ TREPIDÆ: licet trepidæ tamen obliti sexus tela iaculabantur. b ¶ Præcipites autem aut festinæ: aut in mortem ruentes. c ¶ Primæq; mori pro mœnibus audent: nimij doloris est: vt Me primam absumite ferro. d ¶ Sæuissimus īplet nuncius: vt etiā supra diximus nūcius est tā qd nunciatur: quā qui nūciat. nūcium quod nūciatur: s; quod nūc nec de fœmina nec de re: quæ nunciatur procedit nuncius: vnde multi volunt alium nuncium intelligi: Accam do postea venisse: sed melius est vt nuncius de Acca dictū intelligam⁹. Nouimus enī poni aliqua ī subauditione: quæ ex aperto dicere nō debem⁹: vt Nec dextræ erranti deus affuit: cum necesse sit abfuit aut Iunonem: aut Alecto intelligamus. Item Salustius; Prima qui forte venientes exciperent: cum de insidijs loqueretur: quas numeri tantum pluralis esse plus q̄; manifestum est. e ¶ Deletas volscorum acies: falsū est. tantū enim fugerant: sed vim exprimit nuncij: cuius mos est plus q̄; habet veritas nunciare. f ¶ Ingruere: impetum facere: vt Ingruit æneas armis. g ¶ Ille furens & sæua iouis sic numina poscunt: dupli ci ratione euā insidias reliquisse commemorat dolore nimio & numinum voluntate: qd vtrunq; ideo agit: ne capi possit Aeneas. h ¶ Apertos: vacantes insidijs. i ¶ Sæua iouis sic numina poscūt: Homerus. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. k ¶ Ambo ad muros: vt tueretur Turnus: vt obsideret Aeneas. l ¶ Fumantes campos: veluti fumantis caligine pulueris. m ¶ Sæuum: fortem: vt Sæuus vbi æacidæ telo Iacet hector. Item Nec minus interea maternis Sæuus in armis. n ¶ Ibero: oceano: occiduo. i. hispano. Hispaniam autem hiberiam ab hibero flumine cōstat esse nominatam. o ¶ Cōsidunt castris: in sua quisq; digressi. p ¶ Mœnia vallant: hinc ꝓbatur: quia & q̄; tuentur: & qui obsident vallare dicuntur.

CHRI. ¶ AVDENT: nā supra muliebres vires est. ¶ Pro mœnibus: pro defensione mœniū. ¶ Interea: Ostendit fortunā plurimū in re militari posse: Nam si hic nūcius quo vehementer turbatus Turnus est: & propterea coactus ex insidijs discedere: et transitum Aeneæ liberū relinquere: paulo post venisset: Aeneam in insidijs excipere: & exceptū vincere potuisset: Admonet autem in hoc loco poeta etiam præclaros duces: nisi fortuna assit vinci posse. ¶ Deletas volscorum acies: Nō. n. solū referebat q̄ facta fuissent s; maiora addebat: Nā vt est apud Oui. auditis q̄; nouus semper aliquid adijcit auctor Quæ res impulit Turnum: vt consiliū optime initium desereret. Nam in prouerbio est deus illis mentem eripere quos præcipitari vult. Hinc ait poeta: Nam sæua iouis sic numina poscunt. Ergo falsus nuncius victoriam eripuit. ¶ Vix conspectu exierat. Ostendit ad quam breue spacium morandū fuit: vt posset vel Aeneam vincere Vel saltem ab vrbe arcere. ¶ Campumq; tenebat. Loca plana & aperta relictis montibus & syluis. ¶ Ingressus exuperat: Potuit enī vt ingressus est momento temporis superare: Non autē potuisset si Turnus in insidijs mansisset.

¶ EXplicit Liber Vndecimus.

SER[a] TVRNus vt infra/ctos ad// uerso. Postquã Turn' bello de fecisse videt la tios antea sem per infractos. nãq; ita maior est sensus: q̃ si infractos val/ de fractos ac/ cepis. b Sua nunc promissa reposci: quia di xerat Ibo ani/ mis cótra: vel magnum præ/ stet Achillem. c Se signari oculis: propter illud In te ora latini In te ocu los referunt. d Vltro: aut insuper: aut an teq; aliquis ex poscat: sponte sua se in certa/ men offert. e Saucius il. κατ' ἐξοχήν. i Ille leo. i. princeps fera/ rum. Saucius autem pectus: idest sauciũ pe ctus habens. & bene alia ver/ ba interposuit: quia saucius pe ct' sonabat a// sperrime: & im peritis poterat solœcismus vi deri. f Graui vulnere: for ti: vt Feritense grauem thym bræus osyrim. g Tũ demũ: nouissime: id/ est postq; fuerit vulnere lacessi tus. hæc enim leonum natu/ ra est: vt nisi la cessiti irasci ne queãt. h Mo uet arma: vires



ADILON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

Modestini Iurisconsulti. Argumentũ. XII.



Vrn' iã fractis aduerso Marte latinis,
Semet in arma parat, pacẽ cupiente Latino
Fœdus pcutiẽ passurus & oĩa victus.
Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
In pugnã populos agit emẽtita Camertem.
Aeneas volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur. vitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus, vtrinq;
Circunfusa acie, vitã spoliauit, & armis.

P. Virgilij Maronis Aeneidos. Liber. XII.



VRNVS[a] vt infractos aduer/ so Marte Latinos
Defecisse videt, sua nũc[b] promiss a reposci,
Se signari[c] oculis, vltro[d] impla/ cabilis ardet.
Attollitq; animos: Pœnorum qualis in aruis
Saucius[e] ille graui[f] venantum vulnere pectus
Tũ dẽmũ[g] mouet[h] arma leo[i], gaudẽtq; comãtes

suas experitur: nã arma sunt vniuscuiusque rei possibilitas: vnde est. Et q̃ rere cóscius ar ma. i. dolos. IN Fractos: DON. valde fractos. Latios: Nõ solum eius gẽ tis milites. Sz omnes qui est sent in exerci tu Turni com/ parat leõi: Qui in bestias im/ perium habet: vt Turnus I su os: sed vulnera to: & qui vleisci non potest. TVRNVS CHRI. vt Ifractos. Ob seruatur ab op timo qq; poe/ ta: vt qualem a principio per/ sonam aliquas induxerit tales eam ad finem vsq; producat ergo quoniam functo: & excel/ so aio Turnus iam formaue/ rat iure nũc in vltimo rerum discrimine il/ lum facit: & pa/ ratum illus de monstrat: & sin gulare certa// men subiturũ: & mortem ma gno animo p salute patriæ la turum. Se si gnari oculis: vel quod I suo exercitu iã mi lites int se hæc mouebãt: vel qa sic putabat in ciuitate fie/ ri: Vnde illũ ge nerositati leo/ nis comparat. Mouet ar/ ma leo: vt I su perioribꝰ

perioribus cōparauit A runtē lupo q̄ð aīal dolo:⁊ insidijs potiusq̄; al generositate res agit: sic
nunc generositatem Turni ⁊ alum inuictū cōparat leoni: quo nullum ex brutis generosius
est. Nā supplicibus parcit in Imbecillos: vt sunt fœminæ ⁊ pueri:nisi necessitate cogatur non
sæuit:sed de leo ne in Buco. diximᵘ. In primis aūt illud ꝙ si vulneratus fuerit:reliquis negle
ctis in solum percussorem fertur: Eum autem qui tela misit:nec tamen vulnerauit correptus
rotat:rotatumq̄; sternit neq̄; vulnerat.

SER. a ℭLATRO
nis mō vena-
toris:⁊ ēst græ-
cū:nā λατρεύ-
ειν dn̄t obseq ⁊
seruire merce-
de:vn̄ latrones
vocant condu
cti milites. Mo
ris autē erat vt
hos Imperator
ē circa se habē
ret:⁊ prios mit
teret ad oē di-
scrimen: vnde
nūc dicit latro
nis telo fixum
leonē:qa ēt ve-
natores operas suas locare ɔsueuerūt. Varro
tn̄ dicit hoc nomē posse hēre ēt latinā etymo
logiā:vt latrones dcī sint quasi laterones: qa
circū latera regū sint:quos nūc satellites vo-
cāt:vna tn̄ est significatio:lʒ diuersa etymolo
gia:Plautᵘ in pyrgopolinice ōndit qd sint la-
trones dicēs:Rex me Seleucus misit ad con
ducēdos latrones. b ℙ Impauidus frāgit te-
lū. Lucanus:Per ferrū tanti securus vulneris
exit. c ℙ Fremit ore cruento:fremit lʒ hēat
os suo cruore ɔfusus. Sane ipsa cōparatio exi
tū ōndit futurū .nā ēt Turnus ruet in mortes
ferocitate cōpulsus:sic in quarto indicat futu
rū reginæ exitū dicēs Qualis cōiecta cerua
sagitta. d ℙ Gliscit:crescit:vn̄ ⁊ glires dicti
sunt:quos pingues efficit somnus. e ℙ Tur
bidus:plenus terroris ⁊ pturbationis. Sāe no
tādū affat atq̄; infit:nā iteratio ē:qua freque-
ter est vsus:licet nōnulli dicāt tēperare hoc i
terposit.ī cōiūctionē. f ℙ Retractēt:repetāt
⁊ reuoluāt. g ℙ Cōgredior:Sta.vbi Polyni
cē.vbiq̄; īducit loq̄ntē:Nō me vlliᵘ doniᵘ an-
xia culpet Expectēt ue truces obliquo lumie
nati:vn̄ ēt supra ait poeta Se signari oculis.
h ℙ Desertorē asiæ:vt Exulibus ne dat ducē
da Lauinia teucris:vn̄ est præmissa illa excu
satio:⁊ in tota secundi œconomia:⁊ in quar
to vbi dicit:Me si fata meis paterent ducere
vitā Auspicijs:⁊ sponte mea cōponere curas
Vrbē troian.ī primū dłcesq̄; meoꝝ Relliqas
colerē. i ℙ Sedeant spectētq̄; latini: ductus
est vt diximus supra.pollicet.n. se singulari
certamine dimicare velle:quū nolit:nam di
cens Sedeāt spectentq̄;: Latēter eos ignauiæ
arguit:ꝙ solus oībus quiescentibus dimicet:
quā rē plenius sequens indicat versus: Et so

Excutiens ceruice toros, fixúmq̄; Latronis[a]
Impauidus[b] frangit telum, ⁊ fremit[c] ore cruēto.
Haud secus accenso gliscit[d] violentia Turno.
Tum sic affatur regem, atq̄ʒ ita turbidus[e] infit.
Nulla mora i Turno. nihil est q̄ð dcā retractēt[f]
Ignaui Aeneadæ, nec quæ pepigere, recusent.
Congredior[g]. fer sacra Pater. ⁊ concipe fœdus,
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittā
Desertorem[h] Asiæ, sedeant[i], spectēntq̄ʒ Latini.
Et solus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.
Olli sedato respondit corde[k] Latinus.

lus ferro crimē
cōmune refel-
laʒ.i.cōæ fugæ
ac timoris de-
decᵘ solᵘ p meis
vtutibᵘ cōpmā.
k ℙ Corde seda
to:qa de Turno
ait: A tq̄; ita tur
bidus īfit. pro
decoro ætatis
inducit sermo.
hoc est q̄ð præ-
cipit Horat. in
arte poetica in
tererit: Multū
dauús ne loq̄t
an heros: Matu
rúsue senex:an adhuc florente iuuenta.

ℭDESERTOREM asiæ: Tria conuitia a DON.
loco ꝙ asianus:quasi dicat:ex corrupta pro-
uincia:a genere ꝙ esset Dardanus quasi rebel
lis:a fato ꝙ esset proditor. ℙ Cōmune: naʒ
commune dedecus est ꝙ troiani Italiam te-
neant. ℙ O præstās:enumerat bona ac ma
la iuuentutis ⁊ senectutis. In iuuene enim
quantum eminet vis corporis tantuʒ in om
nes casus inconsulta temeritate capitur: So
la meliorum spe ducitur: Totum fore prospe
rum putat: Nec aduersa præuidet: In sene vis
corporis minor:consilij maior. ℙ Omnia
expen. abest ab eo temeritas cuius mala: aut
in se expertus est:aut in alijs videt.

ℭNVLLA mora in tur. diligentius nota- CHRI.
bis has duas orationes:⁊ vt in Turno cogno
sces genus illud erectum ⁊ concitatum : ita
in latino id quod est graue maturum ⁊ consi
deratum. ℙ Nulla mora:non vtitur princi
pio:sed sibi beniuolentiā captat:confutando
id quo maxime ab aduersario promi pote-
rat:scilicet quod alios periculis q̄; seipsum
obijcere malit. ℙ Dicta retractent: idest quæ
dixerit dicta esse: noluit. Nam cum aliquid
tractando constituerimus:⁊ deinde constitu
tionem factam infectam velimus retracta-
mus:⁊ aliam in sententiam traducere cona-
mur: vnde diuus Augustinus retractionum
illos libros dixit. ℙ Desertorem asiæ : tra-
hit in contemptum:⁊ onerat odio: quasi di-
cat:qui regnum proprium non est ausus de-
fendere:⁊ nunc petit sibi aliena. ℙ Et solus
ferro:ne credas me recusare. ℙ Sedato:qua
si dicat:qui prudenter quid agendum esset cō
sultaret:⁊ nulla animi perturbatione ferret.

O pꝛæſtans [a] animi iuuenis, quantuꝫ ipſe feroci
Virtute exuperas, tanto me impẽſius æquũ eſt
Cõſulere, atq; omnes metuẽtẽ expẽdereᵇ caſus.
Sunt [c] tibi regna pr̃is Dauni, ſunt Oppida capta
Multa manu, nec nõ Aius, aurũmqꝫ Latino,
Sunt aliæ innuptæ Latio [d] ⁊ Laurentibus agris
Nec gen⁹ [e] idẽcoꝛes. ſie [f] me h̃ haud [g] mollia fatu
Sublatis aperire dolis, ſimul hæc aĩo [h] hauri.
Me natam nulli [i] veterum ſociare pꝛocorum
Fas erat. idqꝫ omnes homines, Diuiq; [k] canebãt.
Victus [l] amoꝛe tui; cognato [m] ſanguine victus,
Cõiugis ⁊ mœſtæ lachꝛymis, vĩcla [n] omnia rupi.
Pꝛomiſſam [o] eripui genero. arma impia ſumpſi.
Ex illo, qui [p] me caſus, quæ Turne ſequantur
Bella vides. quantos pꝛimus [q] patiare laboꝛes.
Bis [r] magna victi pugna, vix vꝛbe tuemur
Spes Italas, recalent noſtro Tyberina fluenta
Sãguine adhuc, campiq; ingentes oſſib⁹ albẽt [s].
Quó referoꝛ toties? quæ mentẽ inſania [t] mutat?

SER. a ❡O PRÆſtans al: ⁊ pſtãs viriũ ⁊ pſtans viribus dicimus. Sane magnæ moderatiõis eſt hæc oꝛo: nã ⁊ laudat Turnũ q̃ſi virũ fortẽ. ⁊ tñ eũ a ſingulari certamine dehortat: dicẽs eñi pſt:ãs al: latenter eũ oñdit inferiorẽ eẽ virtute. b ❡Expendere caſus: ne ex abrupto de eius virtute deſpare videatur: caſuũ varietateꝫ ſe timere cõmemorat. c ❡Sũt tibi regna pr̃is dauni ſunt oppida: ſi ꝓp regnũ dimicare diſpõis: hẽs pr̃nũ. ſi ꝓp gl'iam: multos virtute ſuperaſti: qꝺ aũt dicit: Nec nõ aurũq; aiuſq; latino ẽ: varie exponit: nãq; alij dicũt hẽs regnũ pr̃nũ hẽs oppida: ẽt a me habes auꝝ ⁊ ꝓmptũ aiuꝫ ad danda oĩa ꝑter filiã. Alij vo ſic intelligunt: ſi propter opes ⁊ vxorẽ dimicaturus es: hæc non ſolus habeo. vnicuiq; .n. latino eſt ⁊ auꝝ ⁊ aius promptus in geneꝝ: vt latino nõ de ſe dicat: ſed cuicunq; de latio. d ❡Latio ⁊ laurentibus agris: ſcilicet in ciuitate ⁊ in oĩ regno latinorũ. e ❡Nec genus indẽcores: qa iſte regis filiã petebat. f ❡Sine me hæc: hoc loco intelligimus Turnũ dolore voluiſſe in aliqua verba prorumpere. g ❡Haud mollia fatu. i. vera: nã aſpera ſunt quæ cuꝫ veritate dicunt. falſa enim plena ſolẽt eſſe blandicijs: hæc. n. libenter audiunt: illa vo grauiter. hinc Terentius: Obſequium amicos: veritas odium parit. h ❡Animo hauri: oĩ intentione percipe. i ❡Nulli veteruꝫ ſociare procorũ: generaliter dicit prohibitum eſſe dari Lauiniã cuilibet latio: vt Turn⁹ ſolatiuꝫ aliqꝺ hr̃e poſſit doloris: qñ latinũ neminẽ pferri ſibi videat. k ❡Diuiq; hoieſq; canebãt: ꝓp Faunũ ⁊ vates. l ❡Vict⁹ amore tui: hoc ẽ ꝓp tuuꝫ amorem. Sane inter tui cauſa feci ⁊ tua cauſa feci hæc diſcretio eſt: vt tui cã tũc dicamus ſi aliquid ipſi ad quẽ loquimur præſtiterim⁹: vt puta tui cã te defendi: tua vo cã tunc cũ alteri aliqd alterius cõtemplatione pſtam⁹: vt tua cã hoiem tuum defendi. m ❡Cognato ſanguĩe: qa Venilia mr̃ Turni ſoror ẽ Amatæ. n ❡Vincla oĩa rupi: ⁊ religionis ⁊ fœderis. o ❡Promiſſam eripui generoq;: verum eſt. naꝫ Aeneæ ꝑ legatos ꝓmiſerat filiam: cui poſtea intulit bellũ: licet multi dicant añ Turno eã fuiſſe ꝓmiſſam: quod falſum eſt. nam ante Latin⁹ nõ q̃ eã Turno ꝓmiſerat: nam nec Faunũ cõſuleret: ſi eam Turno añ promiſſet: ſed tñ eum generum Amata cupiebat: qꝺ etiã legimus: Quem regia coniux Adiungi generuꝫ miro properabat amore. p ❡Qui me caſus q̃ bella ſequant: excuſat turnũ vt nõ ipſi⁹ eſſe videat: ꝙ victus eſt: ſꝫ ſuus: qa auſus ẽ õ generus bella ſuſcipe. q ❡Primus: præcipuus. r ❡Bis magna victi: ſemel cũ ẽ occiſus Mezẽtius: iterũ cũ iterijt Camilla. s ❡Albẽt: vſurpatũ verbũ albeo es. t ❡Inſania mutat: inſania. n. eſt illuc reuerti vnde vix euaſeris.

DON ❡O PRÆſtãs aĩ: Laudat ei⁹ virtutẽ cũ pſua ſur⁹ eẽt ne pugnaret: ne putaret ꝙ illi deficẽt. Oñdit deide nuptias filiæ nũq̃; fuiſſe ĩ ſua ptãte: ſꝫ in deoꝝ numie. Oñdit ſua cã oĩa feciſſe.

CHR ❡O PRÆſtãs al iu. Captat beniuolẽtiã a ꝑſõa turni cũ eã illi laudẽ tribuat: quã ipſe pter oẽs amet: ⁊ dſoueat ſuſpitionẽ: ne credat turn⁹ q̃ dicet latin⁹ iccirco dicere qa paꝝ ſue fortitudini fidat. ❡Sũt tibi: oñdit nõ odio aut cõtẽptu Turni ſꝫ ei⁹ vtilitate ſic pſulere. ❡Sine me: hæc ex magno ĩ turnũ amore pferũt verba. ❡Me natã nul. nõ ẽ meo pſilio duct⁹: ſꝫ neceſſitate cõpulſus hæc facio. nã hacten⁹ õ holuꝫ volũtate: ⁊ deoꝝ rñſa tua cã ĩ belluꝫ ſuſcepi: erratiq; pœnas ſolui. ❡Promiſſaꝫ. e. ẽ fcã eẽ iniuria: vt tibi obſeqrer: ⁊ violata fides ĩ q̃ oñdit q̃; to tibi filiã mallẽ q̃ æneæ dare cũ aduerſus fidẽ feceri. ❡Genero: ſi nulli violãda ẽ fides: mlto min⁹ genero. Ex illo q me caſus oñdit in hac re nõ hoies ſolũ: ſꝫ dos oſſẽdiſſe: qꝺ mãifeſtũ ẽ cũ ipi a me pœnas expetiſſent: ⁊ ita ĩ vltione pſeuerẽt: vt vix vrbẽ tueamur: q qdẽ reꝝ ⁊ ad id ptinet: vt oñdat dñ Turno obſeqꝫ hoies doſq; ſibi inimicos ſũpſiſſe.

❡CERTAMINA

Si Turno extincto ſocios ſum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina [a] tollo?
Quid conſanguinei Rutuli? quid cætera dicet
Italia ad mortem ſi te (Fors [b] dicta refûtet)
Prodiderim natam [c], & connubia nr̃a petentem?
Reſpice [d] res bello varias: miſerere parentis
Longæui, mœſtũ [e] quẽ nunc patria Ardea lõge
Diuidit. haud quiquam dictis violentia Turni
Flectitur: exuperat magis, ægreſcítq; [f] medẽdo.
Vt primum [g] fari potuit, ſic incipit ore.
Quã [h] ꝓ me curã geris, hãc precor Optie ꝓ me
Deponas, lætúmq; ſinas pro laude paciſci.
Et nos tela pater, ferrúmq; haud debile [i] dextra
Spargim[o], & Noſtro [k] ſeqtur de vulnere ſanguis.
Longe [l] illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea tegat, & vanis ſeſe occulat vmbris.
At regina noua [m] pugnæ conterrita ſorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
Turne p has ego te lachrymas, p ſiqs [n] Amatæ
Tangit honos aĩum (ſpes tu nunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ, decus, imperiúmq; Latini
Te penes, in te [o] omnis domus inclinata recũbit)
Vnum oro, deſiſte manu; [p] cõmittere Teucris.
Qui te cunq; manent iſto certamine caſus,
Et me [q] Turne manẽt. ſimul hæc inuiſa reliquã
Lumina, nec generũ Aeneam captiua videbo.
Accepit [r] vocem lachrymis Lauinia matris
Flagrantes [s] perfuſa genas, cui plurimus igne; [t]
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.

Hoc hẽt[o]. hæc melior magnis data victia Diuis.
Concurrunt Itali, spoliántq3 calentia membra.
Obuius ambustum torrem [p] Chorinæus ab ara
Corripit, & venienti Ebuso, plagámq3 ferenti
Occupat os flammis. illi ingens barba reluxit,
Nidorémq3 [q] ambusta dedit: super ipse secutus
Cæsariem leua turbati corripit hostis,
Impressoq3 genu nitens terræ applicat ipsum.
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primáq3 acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superiminet. ille securi
Aduersi frontem mediam, mentúmq3 reducta
Disijcit, & sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, & ferreus [r] vrget
Somnus, i æternam clauduntur lumia noctẽ3.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato [s] capite, atq3 suos [t] clamore vocabat

DON. ¶ DIRIPVERE aras: vocat furore certãdi. ¶ Hoc habet: idest bene se habẽt res. ¶ Meliorem vitam eu3 loco dixit: quia in ara3 cecidit. ¶ Olli q.d. dura quies: qa est quies nõ dura: & somnus non ferreum: & nox si æterna.

CHRI. ¶ CRATERASq; focosq;: Optime ponit ante oculos qualis quantusq; sit furor popularis: nam cum in turba illa increbruerit. increbrescit aũt persæpe vel minimis de causis: nihil consilio geritur: Nulla est religionis: nulla ducum reuerentia: neq; sacris neq; profanis parcunt:

nis parcunt: vnde oportet ipsos duces vel illis obtemperare vel fugere. ¶ Subijciunt: sursus iaciunt. non enim componit a sub quod est subter: sed a subsus. i. sursus antiq̃ præpõne: vt in Bucolicis. Quantũ vere nouo florẽ se subijcit alnus. ¶ Voluitur aris: pathos a loco vt ẽ san guine turpantem quas ipse sacrauerat aras ab ara. Et hinc indignatio quod rebus pparatis reli gioni abuterent ad cædes. ¶ At pius æneas: Et fortis & religiosi hoĩs sibi offi͠m ascribit q vt fœdus ictus sulolatũ maneret nihil omisit: sz vt diximus nihil pficit in turba iã furore ɔcita. ois sine dubio.

SER. ¶ REPENS: aut subito vt sit aduerbiũ: idest, repẽte: vt Sole recẽs orto p re cẽter: aut repẽs discordia p re pẽtina. b ¶ Faxo: faciam. c ¶ Incertum quã pulsa ma nu: hoc loco ad huc quidẽ q̃si du bitat tñ ab Iu turna intelligi mus immissus quendam: qui vulneraret Ae neam. quod autez paulopost Iu no dictura ẽ de Iuturna Nõ vt tela tamen nõ vt cõtenderet arcuz: minime est mirandũz. nã scimus vni cuiq; imputari. quod alter in eius gratiaz fecerit, sicut est Et po tes in totidem classes conuer tere nymphas. Aeneam autez ab homine vul neratum indi cat Iuppiter pau lo post dicens Mortali decuit violari vulne re diuum. d ¶ Molit: re git: & est acyro logia. naz pro prie molit est parat. e ¶ He bri: fluuij thra ciæ. f ¶ San guineus ma uors: gaudens sanguine αἱμοχαρὴς. g ¶ Clypeo i. sonatu alibi arguit: vt Increpat vltro Cuctãtes soci os. h ¶ Vltima: hic ẽ tota. si enĩ gemit vltima

Quó ruitis? quæ ue ista repẽs[a] discordia surgit?
O cohibete iras. ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges, mihi ius concurrere soli
Me sinite, atq; auferte metus. ego fœdera faxo[b]
Firma manu. Turnũ iaz debent hæc mihi sacra.
Has inter voces, media inter talia verba
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est
Incertũ[c] quã pulsa manu, quô turbie adacta.
Quis tantã Rutulis laudez Casus ue, Deús ue
Attulerit; pressa est insignis gloria facti.
Nec sese Aeneæ iactauit vulnere quisq̃.
Turnus vt Aeneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatósq; duces, subita spe feruidus ardet,
Poscit equos, atq; arma simul, saltúq; superbus
Emicat in currum, & manibus molit[d] habenas.
Multa virûm volitans dat fortia corpora leto,
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cuz flumina ɔcitus Hebri[e]
Sãguine[f] Mauors Clypeo[g] increpat, atq; furẽtes
Bella mouẽs immittit equos. illi æquore aperto
Añ Notos Zephyrũq; volãt. gemit vltia[h] pulsu
Thraca pedum, circúmq; atræ formidinis ora,
Iræq;, insidiæq; dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile[i]) cæsis
Hostibus insultans, spargit rapida vngula rores
Sanguineos: mixtáq; cruor calcatur Arena.
Iãq; neci Sthenelũq; dedit, Thamarimq;, Polũq;
Hũc ɔgressus, & hũc, illũ eminus, eminus ambo
Imbrasidas Glaucũ, atq; Ladẽ, q̃s ibrasus ipse[k]
Nutrierat Lycia, paribúsq; onerauerat armis
Vel conferre manũ, vel equo præuertere vẽtos.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur
Antiqui proles bello præclara Dolonis.
Nomine auom referẽs, aio manibúsq; parentẽ.
Qui quõdã castra vt Danaûz speculator adiret

i ¶ Miserabi le cæsis: misera biliter: nomen pro aduerbio. k ¶ Ipse nutrie rat: Solent eniz plerũq; filios a lijs dare nutri endos parẽtes. vñ Persi. Cũ sa pim⁹ patruos. DON. ¶ RVItis: ali ud est ire: aliud tẽdere: aliud rue re. ¶ Sãguine us: non ipse: sz qui alijs sangui nem effundit. CHRI. ¶ TVRNVS: nã ad singulare certamẽ iturus vehement sibi timebat: Nunc turbato fœdẽ & saucio aduersa rio redijt bona spes. ¶ Supbus: nimis elat⁹ ar ridẽte fortuna: Si autez oẽs lo cos in quibus de Turno poeta scribit annota bis: illũ audacẽ potiusq; fortez descriptũ inue nies. In hoc lo co crudelissi me oĩa agit. ¶ Hebri: flumẽ thraciæ cui⁹ ho stiũ nobilitatũ ẽ tumulo Poly dori. ¶ Ma uors: Nã thra cia vt dictũ ẽ ei attribuitur. ¶ Eq̃s. s. δεῖμον & φόβον. ¶ Añ no. q̃a ce leritate pcedit. ¶ Dei. c. Nã insidiæ: met⁹: discor dia: & iræ: Comites sũt belli: itiũ. ¶ Hũc. c. vt va rietate oẽ auditorib⁹ tediũ: fastidiũq; auferat.

Ausus[a] Pelidæ precium sibi poscere currum,
Illum Tidides alio pro talibus ausis
Affecit[b] precio, nec equis[c] aspirat Achillis.
Hunc procul, vt cāpo Turnus prospexit apto,
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit equos biiuges, ꝛ curru desilit, atq;
Semianimi, elapsóq; superuenit, ꝛ pede collo
Impresso dextræ[d] mucronem extorquet, ꝛ alto
Fulgentē tinxit iugulo, atq; hæc insup addit:
En agros[e], ꝛ quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens: hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt, sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten coniecta cuspide mittit.
Chloreáq;, sibarimq;, daretáq;, Thersilochūq;,
Et sternacis[f] equi lapsum ceruice Thymœten,
Ac velut Edoni[g] Boreæ cum spiritus alto
Insonat Aegæo[h], sequitúrq;[i] ad littora fluctus
Quà venti incubuere, fugā dāt nubila Cælo,
Sic Turno, quacunq; viā secat, agmina cædūt,
Conuersæq; ruunt acies, fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantē.
Nō tulit instantē[k] Phegeus animisq; fremētē.
Obiecit sese ad currum,[l] ꝛ spumantia frenis
Ora citatorum[m] dextra detorsit equorum,
Dum trahitur, pendētq; iugis, hūc lata retectū
Lancea consequitur, rumpitq; infixa bilicem[n]
Loricam, ꝛ summū degustat[o] vulnere corpus.
Ille tamē Clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat; ꝛ auxilium stricto mucrone petebat,
Quem rota præcipitē, ꝛ procursu[p] cōcitus axis
Impulit, effuditq; solo. Turnúsq; secutus
Imam intèr galeam summi Thoracis, ꝛ oras
Abstulit ense caput, truncúmq; relîquit arena.
Atq; ēa duz campis victor dat funera Turnus,

SER. a ℭAVSVS pelidæ preciū sibi poscere currus: difficilis hypallage: nā hoc vult dicere q vt Achillis equos posset accipere: ire ausus ē ad castra græcorū. ordo. n. nō pcedit: q vt iret ausus est petere. b ℘ Affecit precio: mō pœna. nā preciū ē τῶν μέσων. Teren. Ego ob stultitias pcius fero: vñ græci τιμορίαν pœnā vocāt ἀπὸ τῆς τιμῆς: qđ est preciuz. c ℘ Nec equis aspirat achillis: aspirare apud maiores accedere significat. Cice. Nūq; aspirauit ad curiaz: sed hic figurate dixit aspirat eqs p ad equos occisus est nec ad equos Achillis accessit. melius tñ est: vt đ Diomede itelligamus vt sit sensus Diomedes occidit Dolonē qui equos Achillis ausus est petere: quos nec ille: qui eus vicit poposcit. d ℘ Dextræ mucronem extorquet: quasi procœconomia est: vt non eus suo interimat gladio: ne agnoscat q Metisci est etiam nunc suum requirat: quo facto perire poterat seques fracti gladij œconomia. e ℘ En agros: qs victore Aenea te accipere posse credebas. inde enim sarcasmos facta est. nam consuetudo erat vt victores imperatores agros suos militibus darent: vt in historijs legimus. Item in Luca. An meli' fierēt piratæ magne colōi. f ℘ Sternacis equi: ferocis: qui facile sternit sedentez. g ℘ Edoni boreæ: thracij. nam edon mōs est thraciæ. Sane sciendū in hoc loco errasse Donatum: qui dicit edonij legendum est; vt do breuis sit ꝑm Lucanum: qui dicit Edonis ogygio decurrit plena lyæo. nanq; certum est lystolē fecisse Lucanum: vnde edoni legendum est: vt sit hic edonus huius edoni. Statius ꝛ Virgilium ꝛ artem secutus ait: Tristius edonas hyemes hebrumq; niualem: non edōias. h ℘ Aegæo: mari scilicet sicut sequētia indicant. i ℘ Sequiturq; ad littora fluctus: nam male ait Donatus montē esse vnde flat boreas: quum certū sit eum de hyperboreis montib' flare. k ℘ Instantem phegeus: aut sibi aut olbus. l ℘ Ad currus: pro curruī se obiecit. m ℘ Citatorum: aphæresis est: pro concitatorum. n ℘ Bilicem: loricam li lōga est: ꝛ accentum habet: sicut bifilum ꝑ producitur: qa ꝛ fila ꝛ licia dicim'. o ℘ Degustat: leuit tāgit: vnde contra de alto vulnere ait: Virgineumq; alte bibit acta cruorē. p ℘ Procursu: īpetu: ꝛ est vna pars orationis procursus.

CHRI. ℭEN AGROS: arma ꝛ hostilis insultatio ꝛ temere effusa. non enim decet virum excelso animo præstantem ita efferri præsertim marte adhuc dubio. ℘ Nō tulit instantem: Vt res variet: neq; omnes. ℘ Turno cedentes inducat: hunc repugnantem facit.

ℭSÆVIT:

Interea Aeneam Mnestheús, & fidus Achates
Ascaniúsq; comes castris statuere cruentum
Alternos longa nitentem cuspide gressus
Sæuit[a], & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilióq; viam, quæ proxima, poscit
Ense[b] secent lato vulnus, telíq; latébram
Rescindant penitus, seséq; in bella remittant.
Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis[c]
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Auguriũ[d], citharámq; dabat, celerésq; sagittas.
Ille vt depositi[e] proferret fata parentis,
Scire potestates[f] herbarum, vsúmq;[g] medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius[h] artes.
Stabat acerba fremens ingenté nixus in hastam
Aeneas magno iuuenum, & mœrentis Iuli
Concursu, lachrymísq; immobilis ille retorto
Pæonium[i] in morem senior succinctus amictu
Multa manu medica, Phœbíq; potétib⁹ herbis
Nequiq̃; trepidat nequiq̃; spicula dextra
Sollicitat, présátq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla[k] viã Fortuna regit, nihil[l] auctor Apollo
Súbuenit, & sæuos cãpis magis ac magis horror
Crebrescit, propiúsq;[m] malũ est iã puluere Cælũ
Stare[n] vident, subeunt equites, & spicula castris
Densa cadũt medijs. it tristis ad æthéra clamor
Bellantũ iuuenũ, & duro sub Marte cadentũ.
Tum Venus indigno[o] nati concussa dolore
Dictamum[p] genitrix cretæa carpit ab Ida
Puberibus[q] caulem folijs, & flore comantem
Purpureo non illa feris incognita Capris
Gramina, cum tergo vólucres hæsere sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem[r] circũdata nimbo
Detulit, hoc fusum[s] labris splendentib⁹ amné

SER. a SÆVIT: qa non põt s. in bella pcedere. b Ense secẽt lato vulnus: alum viri fortis expressit. c Iapis: aptũ nomẽ medico: nã ἰᾶσθαι dñt curare. d Auguriũ citharãq; dabat: vera lectio est dabat: nã nõ dedit. Sane p citharam scientiam indicat harmoniæ. e Vt depositi: desperati: nõ cõsuetudo erat vt desperati añ ianuas suas collocarent: vl vt extremus spm redderẽt terræ: vel vt possent a trãseuntibus forte curari: q aliqñ simili laborauerãt morbo. Cice. A egrã & prope depositã rei pu. partẽ. Stati. in Theb. Ite ferte depositis opẽ. f Potestates herbarũ: vl Possibilitatẽ: nã in herbaꝝ cura nulla est rõ: vñ ẽt ait mutas artes: ls alij mutas artes tactũ venæ velint. Alij mutas artes musicæ comparatiõe. g Vsũq; medendi: ἐμπειρίαν scientiam: hoc est medicinã in vsu nõ i rõne cõstãtẽ: h Inglĩ⁹: cõparatõe sagittarũ: & harmõiæ & diuinitatis. i Pæoniũ in morẽ: medicinalẽ a Pæõe: nã doricæ liguæ ẽ Pæan. nã nãle ẽ Pæon. k Nulla viã fortuna regit: null⁹ euẽtus rõnes præstat. l Nihil auctor apollo: medicinæ inuentor. nã Aesculapi⁹ præest medicinæ: quã Apollo inuenit: q in Ouidio prose ait Inuentũ medicina meũ est. m Propiusq; malum: ex fuga scilicet troianorum. n Stare: plenũ esse. & alibi: Stare puluere cælũ Stãt & ioniperi. o Indigno dolore: q fuerat natus ex vulnere indigne illato p insidias scilicet. p Dictamũ: hæc herba ls vbiq; nascat: melior tñ in creta est. q Puberibus caulem folijs: hoc est adultis: sicut in quarto: Pubẽtes herbæ. & est reciproca int herbas & homines translatio: nã & pubertatẽ herbarum & flores iuuentutis vocam⁹. r Faciem circundata: a parte. n. totũ corpus accipim⁹. s Fusum amnes: p aqua: a toto partẽ: sic supra: Fõtemq; ignemq; ferebant.

INTERea: CHRI. exornat narrationem suã cũ illam variet: & insperatos exitus tribuat. Ondit aũt & in Aenea & in Turno quid possit fortuna: Nã & Turnus sese victorem sperabat: & Aeneas omni pene spe destitutus erat: Cuꝫ lõge aliter esset euenturuꝫ: Vnde aurea sentẽtia est Senecæ: Nemo cõfidat nimium secũdis: nemo dspe ret meliora lapsis. Præterea: vt Turnũ victoria insolẽtiorẽ quaꝫ oporteret ponit: ita Aeneas quãuis speꝫ amisisset: Semper inuictũ gerit aĩum. Adde postremum & illud. Quod deus bonis semp fauet. Violauerat turnus fœdera: At Aeneas dũ illud obseruari curat: in calamitatẽ icidit. Quapp meruit eius Innocẽtia a deo subleuati pñte cuꝫ in se curando nulluꝫ dolorem subire recusaret. Dictamũ de hiã dix im⁹: atq; ẽt d ãbrosia.

SER. a ¶ AMBROSIÆ ſuccos: ambroſia cibus eſt deorum: nam nectar potꝰ: ab immortalitate dicta ἀ. n. ſine ⁊ βροτὸς mortalis. b ¶ Panaceam: genus herbæ. Sciendū tamē Lucretium panaceam vbiq; ſales dicere: vñ poſſumꝰ ⁊ hoc loco ſales intelligere. nā oēm pellit dolores: ſed melius herbā qa ait odoriferā. c ¶ Quippe dolor: quaſi dolor cuius natura hæc eſt: vt adhibito remedio ſtatim recedat. Nā dolor conſequens eſt res non principalis: vñ ſublata cā ēt ipſe ſtatim recedit. hic ait quippe. nā in vſa aqua inhærens laxare cœperat telū: qđ antea inferebat dolorem. d ¶ In priſtina: in vſus pores. e ¶ Maior agit deus: Apollo inuētor medicinæ ſcilicꝫ. f ¶ Verūq; laborē: quē p me ipſe ſuſcipio: ñ q ex alioꝝ vtute ſperatoribus aſcribi conſueuit. g ¶ Fortunā ex alijs: ſb audimus opta. neq; n. fortuna diſcit: ⁊ ē zeugma non integrū. h ¶ Inter præmia: ad præmia. Cicero: Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios. i. ad falcarios. i ¶ Matura adoleuerit ætas: adoleſcendo matura eſſe cœperit. k ¶ Antæꝰ mneſtheuſq;: ſuauit τὸ πρέπον: neceſſe. n. erat vt vulnerato duce multi cum eo in caſtra remearent.

Inficit occulte medicans, ſpargítq; ſalubris
Ambroſiæ[a] ſuccos, ⁊ odoriferam Panáceam[b].
Fouit éa vulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans, ſubitóq; omnis de corpore fugit
Quippe[c] dolor, oīs ſtetit imo vulnere ſanguis.
Iamq; ſecuta manum nullo cogente ſagitta
Excidit, atq; nouæ rediere in priſtina[d] vires.
Arma citi properare viro, quíd ſtatis Iapis
Conclamat, primúſq; animos accédit in hoſtē.
Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Proueniūt neq; te Aenea mea dextera ſeruat.
Maior[e] agit Deus, atq; opa ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ ſuras incluſerat auro
Hic atq; hic, oditq; moras, haſtámq; coruſcat.
Poſtq̄; habilis lateri Clypeus, loricáq; tergo eſt,
Aſcanium fuſis circūm complectitur armis,
Summaq; per galeam delibans oſcula fatur.
Diſce Puer Virtutem ex me, verúmq;[f] laborē,
Fortunā[g] ex alijs. nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, ⁊ magna inter[h] præmia ducet.
Tu facito, mox cum matura[i] adoleuerit ætas,
Sis memor, ⁊ te aio repetentem exempla tuorū
Et Pater Aeneas, ⁊ auunculus excitet Hector.
Hæc vbi dicta dedit, portis ſeſe extulit altis
Telū imane manu quatiens, ſimul agmīe dēſo
Antæus[k] Mneſtheúſq; ruunt, omniſq; relictis
Turba fluit caſtris. tum cæco puluere campus

CHRI. ¶ PANACEA: de hac herba Pli. Panaces ipſo nomine oīum morborum remedia pmittit: numeroſum: ⁊ dijs ⁊ inuentoribus adſcriptū. Multæ eius ſpecies: vnū aſclepion dicitur: qm is filiā Panaceā appellauit. Hac auulſa ſcrobē vario genere frugū repleri religio eſt ⁊ terræ piamentū: id ātqđ ex macedonia effertur bucolicū vocant armentarijs ſponte erumpentem ſuccū excipientibus: Alterum genus heracleon vocāt ab Hercule inuentū. Vocatur etiam origanon heracleoticum: qm̄ ſylueſtri origano ſit ſimile. Tertiū chironeon panaces dicitur ab inuentore: folium habet lapatho ſimile maius tamen ⁊ hirſutius: flos aureus. Quartum eſt centaurion ab eodē Chirone repertum: Sed ⁊ pharnaceon q̄niā in controuerſia eſt an ſit a Pharnace rege deductū. Huius radix odorata eſt ⁊ i vmbra ſiccata vino gratiam affert. ¶ Iapis conclamat. Nā maiō fides medico in hoc q; Aeneæ danda erat. ¶ Opera ad maiora: Optima. n. coniectura erat Aeneam debere magna moliri: poſtq; deorū cura ſuaꝰ erat. Fruſtra. n. ſuaſſent ſi paulopꝰ erat periturus. Præbet igitur magnam ſpem futuræ victoriæ. ¶ Auidꝰ: quaſi dicat ſua ſponte cupiebat: ſed verbis medici magis incendebatur. ¶ Diſce puer virtuté. Nō glorioſi eſt hominis: ſed optimi pr̄is qui ſuo exemplo filium ad virtutem excitare cupit: Licet enim gloriari Parentem: vt filium incendat ad eandē gloriam acquirendā. ¶ Portis: caſtrorum quæ alte erant propter aggerē ⁊ foſſam. ¶ Simul agmine denſo: Nam qui paulo ante fugiebant Saucio imperatore: cū eodem in bella redeunte frequentes alacreſq; ſequuntur. Eos autem qui ſequuntur ⁊ plurimos eſſe: ⁊ cum impetu egredi oſtēdit poeta pluribus verbis: Nam turba multitudo indiſtincta eſt: ⁊ ruit habet impetum: ⁊ fluere ſeriem hominum continuatam: vt fluuius eſt: oſtendit. Relictis caſtris hoc eſt ab oībus deſertis: indubitata enim victoria oēm curam ſeruandorum caſtrorum remouerat.

¶ MISCETVR:

Miſcetur[a],pulſuq́; pedum tremit éxcita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere[b] Turnus,
Vidêre Auſonij,gelidúſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor.prima ánte oés Iuturna Latinos
Audijt,agnouitq; ſonum,& tremefacta refúgit.
Ille volat,campóq; atrum[c] rapit agmen apto.
Qualis vbi ad terras abrupto[d] ſydere Nimbus
It mare[e] per medium,miſeris heu præſcia longe
Horreſcunt corda agricolis.dabit ille ruinas
Arboribus,ſtragémq; ſatis,ruet[f] omnia late.
Ante uolant,ſonitúmq; ferunt ad littora Vẽti.
Talis[g] in aduerſos ductor Rhœteius[h] hoſtes
Agmen agit.denſi cuneis[i] ſe quiſq; coactis
Agglomerát,ferit enſe graué Thymbræ Oſiriƺ
Archetiũ Mneſthe,epuloné optrũcat Achates,
Vfentémq; Gyas,cadit ipſe Tolumnius augur
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur[k] in Cælum clamor,verſiq; viciſſim
Puluerulẽta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neq; aduerſos dignatur ſternere morti,
Nec pede congreſſos nec equo,nec tela[l] ferentes
Inſequitur.ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans,ſolum in certamina poſcit.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna Virago[m]
Aurigam Turni media intèr lora Metiſcum
Excutit,& longe lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit,manibúſq; vndanteis flectit habenas
Cũcta gerẽs,vocémq;,& corp⁹,& arma Metiſci.
Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes[n]
Peruolat,& pinnis alta atria luſtrat Hirundo
Pabula parua legens,nidiſq; loquacibus eſcas,
Et nunc porticibus vacuis[o], nũc humida circũ
Stagna ſonat,ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis,rapidóq; volãs obit omnia curru.
Iamq; hic germanũ,iamq; hic oſtendit ouantem.
Nec conferre[p] manũ patitur.volat auia[q] longe.
Haud minus Aeneas tortos[r] legit obuius orbes,
Veſtigátq;[s] viruƺ,& diſiecta[t] per agmina magna

SER. a ¶ MISCETVR:modo confunditur.alibi perturbatur:vt Miſcet agẽs telis iter frondea turbam. b ℞ Aggere turnus:eminẽtia. de via autem aggereƺ non poſſumus dicere:niſi viæ aggerem dicere voluerimus.i.viæ coaceruatióes:quam hiſtorici viã militarem dicũt:vt Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens. c ℞ Atrum rapit agmen:pulueris nube coopertum. d ℞ Abrupto ſidẽ:magna tẽpeſtate.alibi Sorbet in abruptũ fluctus.Itẽ Scit triſte mineruæ ſidus. e ℞ It mare per medium miſeris:Statius plenius de hiſ ſenſu:Deflent ſua dána coloni Et tamẽ oppreſſos miſerant in æquore nautas. f ℞ Ruet:eruet:euertet.aliť dictuƺ eſt in ſecũdo Ruet alto a culmine troia. g ℞ Talis:taliter:ſimili mõ:ſic paulo poſt:Similis medios iuturna p hoſtes. h ℞ Rhœteius:troianus a promõtorio troiæ. i ℞ Cuneis ſe qſq; coactis Agglomerant:deſentur:vt cuneatiƺ dimicẽt:ſcilicet in cuneoꝝ modum compoſiti. k ℞ Tolliť I celuƺ clamor:occiſo eo:q auctor dirumpendi fœderis fuerat:ex ortus eſt clamor:& ſtatim ſecuta fuga rutuloꝝ:vt Verſiq; viciſſim Puluerulenta fuga rutuli dant terga p agros. l ℞ Nec tela ferẽtes inſeqtur.i.nec ꝯtra ſtãtes nec fugientes dignať occidẽ.& magna Aeneæ oſtẽdiť pietas:q nec vulnerat⁹ iraſciť:vt velit ꝯtra legeƺ fœderis in bellũ moueri. m ℞ Virago:virago dr̃ mulier q̃ virile ĩplet officiuƺ. n ℞ Aedes puolat:per ædes volat:nã more ſuo vbo dedit detractaƺ nomini ꝓpoſitioné. o ℞ Vacuis:magnis:vt Vacua atria luſtrat Sauci⁹. p ℞ Nec ꝯferre manũ:cuƺ Aenea nã alios ꝓſequiť. q ℞ Auia:ab ea.ſ.pte q̃ veniebat Aeneas. r ℞ Tortos orbes:obliquas & implicitas vias. ſ ℞ Veſtigatq; viꝝ:inqrit.Trãſlatio a canib⁹:q per veſtigia & pedũ ſigna ferã indagãt. t ℞ Diſiecta per agmina:diſſipata aduẽtu Aeneæ.

CHRI ¶ IPSE NEQ; aduerſos:Tanq̃; q fœdus quãuis ab hoſte violatum ſeruaturus in ſolũ Turnum feratur. ℞ Ipſa ſubit:turpe eniƺ fuiſſet Turno ſi ſua ſpóte ſubter fugia quæſiſſet. ℞ Parua:num muſcas legit. ℞ Loquacib⁹:impropria locutio.i.garrulis. ℞ Iamq; hic.g.ſæpe ducebat germanum in cõſpectu æneæ:ne fugere videretur. Deinde ne manus conferre cogeretur diuertebat.

SER. a ¶ HEV quid agat: Omne aduerbium verbo cohæret: vnde heu & at & similia quia verbo cohærere non possunt separatim fecerunt alliā partem orationis: scilicet interiectionem: quā sola latinitas possidet: cū græci sub aduerbio tales cōprehēdāt voces vt φεῦ. b ¶ Huic: pro i hūc: & est ordo huic dirigit. c ¶ Se collegit in arma: ita se texit vt nulla parte possit feriri. d ¶ Apicē tamē incita sūmū: galeæ eminentias: quam græci conum vocant: in qua eminēt cristæ. e ¶ Multa iouem & læsi testatur fœderis aras: licet haberet causam iracundiæ: quod & fugiebat Turnus: & ipse appetebatur insidijs: non tamē ante prorupit ille in bellum: q; Iouis fides: & læsa fœdera testaret. f ¶ Nullo discrimine cædes suscitat: indiscrete obtruncat vniuersos: quibus ante pari pepercerat mō. g ¶ Irarum effudit habenas: potestatē: facultatem: vt Et premere & laxas sciret dare iussus habenas: et hic moderate locutus est. nam Ennius Effundit irarū q̄drigas dixit. g ¶ Quis mihi nunc tot acerba deus: ac si diceret nec musa nec Apollo sufficiūt. Statius: Maior ab aonijs sumēda audacia lucis Mecū omnes audete deæ. h ¶ Inq; vicem: nanq; vacat. i ¶ Tantōn placuit concurrere: apostrophe ad Iouē. Sane tantōn on circunflectitur. nas cū p apostropham apocopen verba patiunt: is q in itegra parte fuerat pseuerat accēt᷑: vt tantō ne: Ide fit tanton. k ¶ Rutetes teucros quos insequebat᷑ Turnus. l ¶ Crudū enses: modo durū: al's crudelē. m ¶ Et crates pectoris. Donatus superfluā vult eē piunctionē: & vt fit epexegesis adigit ensē p costas. i. pectoris crates vbi celeri᷑ fata complentur: & hoc ē qđ ait supra: Haud multa moratur. n ¶ Amycum fratrēq; diorē: hi duo duces sunt etiā supra memorati: vt Nūc amyci casus gemit. Ites Et nunc tertia palma diores: vñ ad terrores populi eoꝝ capita religabant in curru. Curru aūt aut septim᷑ casus ē: aut datiuus ātiqu᷑ sm regulam: ne sit maior a noīatiuo plurali. o ¶ Mœstū onytē: nāliꝰ tristē se ne p: quē græci ἀγέλαστον dicūt: mittit autē sociū sup memoratis. Sane Onytē Donat᷑ dicit aut gētile aut patronymicō: vt nomē ei᷑ pprium fit Echionius: s3 hoc nō pcedit: qa nec patronymicō intes exit: nec Onytes a q̄ gēte veniat vsq; lectum est: p priū ergo est: & sequēs vsus erit nomē echionii. i. thebanā glori. ī p piphrasim: nā echionij sunt thebani a rege Echione: vñ male q̄dam legunt nomine echionium.

Voce vocat[a] quoties oculos coniecit in hostē,
Alipedúmq; fugam cursu tentauit equorum;
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat? vario nequiq; fluctuat æstu;
Diuersæq; vocāt animum in contraria curæ.
Huic[b] Mesapus, vti leua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit[c] in arma
Poplite subsidens: apicē[d] tamen incita summū
Hasta tulit, summásq; excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt iræ, īsidiisq; subactus
Diuersos vbi sensit equos, currúmq; referri;
Multa[e] Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis sæuā nullo[f] discrimine cædem
Suscitat, irarúmq;[g] omnes effundit habenas.
Quis mihi nūc tot acerba De[g]? q̄s carmie cædes
Diuersas, obitúmq; ducum, quos æquore toto
Inq;[h] vicē nunc Turnus agit, nūc Troius Heros,
Expediat? tantōn[i] placuit concurrere motu
Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruētes[k]
Pugna loco statuit Teucros) haud m̄lta morat᷑
Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudum[l]
Trāsadigit costas, & crates[m] pectoris ensem.
Turn᷑ equo deiectū Amycū[n], fratrémq; Diorē
Congressus pedes; hunc venientē cuspide lōga,
Hunc mucrone ferit, currúq; abscisa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainq; neci, fortémq; Cethegum
Treis vno congressu, & mœstum[o] mittit Onytē.

CHRI. ¶ TVM VERO: iā satisfecerat fœderi: & sæpius iniustissime lacessitus nō poterat nō vlcisci iniurias. Quis cū sūmo stupore pnunciandū: quasi dicat: non possunt hæc exprimi. ¶ Aeterna gētes in pace futuras: Nā ex duobus populis vnus erat futurus.

¶ MATRISq;

Nomẽ Echionium, matrísq; [a] genus Peridiæ
Hic fratres Lycia [b] missos, & Apollinis agris,
Et iuuenẽ exosum [c] nequicq; bella Menœtem
Arcáda, piscosæ cui circùm flumina Lernæ
Ars fuerat, paupérq; [d] domus, nec nota potentũ [e]
Munera, conductáq; pater tellure serebat.
At veluti imissi diuersis partibus Ignes
Arentem [f] in siluam, & virgulta sonantia Lauro,
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dãt [g] sõitũ spumosi Amnes, & i Aequora currũt
Quisq; suum populatus iter nõ segnius ambo
Aeneas, Turnúsq; ruunt per prælia nunc nunc
Fluctuat ira intus rumpuntur nescia [h] vinci
Pectora nunc totis in vulnera viribus itur.
Murranũ [i], hic atauos, & auorũ antiqua sonãtẽ
Nomina per regésq; [k] actũ genus omne latinos;
Præcipitem scopulo, atq; ingenti turbine saxi
Excutit, effunditq; solo hũc lora, & iuga supter
Prouoluêre rotæ crebro super vngula pulsu
Incita nec domini [l] memorũ proculcat equorũ.
Ille ruenti Hilo, animísq; immane frementi
Occurrit, telúmq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerébro
Dextera [m], nec tua te Graiûm fortissime Creteù
Eripuit Turno, nec Dij texere Cupentum
Aenea veniente sui, dedit obuia ferro
Pectora; nec misero Clypei mora profuit ærei.
Te quoq; laurentes viderunt Aeole campi

SER. a ¶ MATRISq; genus peridiæ: periphasis: hoc ẽ filiũ Peridiæ. b ¶ Lycia missos & apollinis agris: vacat &: nam per ἐπεξήγησιν lycia arua Apollinis dixit: vt Nunc lyciæ sortes. c ¶ Exosũ nequicq; bella: sic supra Iniecere manũ parcæ: nã per transitum ostendit vrgentibus fatis eum ad bella deductum: q nequicq; semp vitare cupiebat hunc autẽ Menœtẽ oriũdo arcadem fuisse intelligim⁹ sz habitasse circa argos: nam lerna palus argiuorum: & quã eum dicit solitus fuisse piscari: nam hoc significat piscosæ cui circum flumina lernæ ars fuerat. d ¶ Pauperq; domus: hic et hæc pauper dicimus: nã paupera vsurpatũ est: sic Plautus Pauperã ẽ mulier: sed hoc hodie nõ vtimur: ea enim nomina quæ ablatiuo singulari in e exeunt: & fœminina ex se faciunt heteroclita: idest alterius declinationis esse non possunt: vtputa quia ab hoc hospite facit: hic & hæc hospes dicamus necesse est. Luca. Hospes in externis audiuit curia tectis: ab hoc leone hic & hæc leo: ab hoc latrone hic & hæc latro: ab hoc fullone hic & hæc fullo: ab hoc nepote hic & hæc nepos: nam vt neptis dicamus per successionis discretionẽ admissum est. Sciendum hospita: paupera: leæna: lea vsurpata a poetis. e ¶ Potentum munera: obsequia: quæ pauperes diuitib⁹ loco munerũ soluunt. f ¶ Arentem in siluas: p aridam. g ¶ Dant sonitum spumosi amnes: bellum semper Icendio & fluminib⁹ cõparat: sic in secundo In segetem veluti cum flamma furẽtibus austris Incidit: aut rapidus montano gurgite torrens. h ¶ Nescia vinci pectora. Horarius: Pelidæ stomachus cedere nescij. i ¶ Murranũ hic atauos et nomina: hoc est cuius nomine maiores omnes murrani dicti sunt: & reges fuerunt: vt Per regesq; actum gen⁹ omne latinos. Scimus enim plerunq; solere fieri vt primi regis reliqui nomen etias possideant: vt apd romanos Augusti vocãtur: apud albanos Siluij: apud psas Arsacidæ: apud ægyptios Ptolemæi: apud athenienses Cecropidæ: Vnde supfluum est quod ait Donat⁹ debere nos accipere interemptum esse Murranũ: dũ auos & atauos Turni tantum cõmemorat & effert laudibus maximis. k ¶ Per regesq; actum genus omne latinos: Horati⁹ Et nepotũ per memores genus omne fastos: de Lamo. l ¶ Nec domini memorum pculcat equorum: domini immemorum. m ¶ Dextra nec tua te gralum fortissime creteu Eripuit turno: nec dij texere cupentum: ita Aeneam cõparat Turno: vt eum superiorem esse significet: nam quẽ Turnus interimit: fortitudo sua liberare non potuit: ei vero quem occidit Aeneas: ne sua quidem numina prodesse potuerunt: Sane sciendum Cupentũ lingua sabinorum sacerdotem vocari.

¶ NVNC nunc: quasi dicat: & si añ vterq; fu rebat tamẽ omne illud cõparatione illius tẽporis nihil erat. ¶ Rũpunt: ex nimia ira: nã ipsa indignatio flat & inflato rumpit. ¶ Nescia vinci: Nã in quo est habitus fortitudinis is dediscit omnem pusillanimitatem. CHRI.

Oppétere, ꝛ late[a] terram constérnere tergo.
Occidis, argiuæ quem nunc potuere Phaláges
Sternere; nec Priami regnorū euersor[b] Achilles.
Hic tibi mortis[c] erant metæ: domus alta sub Ida
Lyrnessi domus alta, solo lauréte sepulcrum.
Totæ adeo conuersæ[d] acies, omnésq; Latini
Omnes Dardanidæ Mnestheus acerq; Serestus
Et Mesapus equôm domitor, ꝛ fortis Asilas
Tuscorúmq; Phalanx, Euandríq; Arcadis alæ.
Pro se[e] quisq; viri summa[f] nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies: vasto certamine tédunt.
Hic mentē[g] Aeneæ genitrix pulcherrima[h] misit,
Iret vt ad muros, vrbiq;[i] aduerteret agmen
Ocyus, ꝛ subita turbaret clade Latinos.
Ille vt vestigans diuersa per agmina Turnum,
Hûc atq; hûc acies[k] circumtulit; aspicit vrbem
Immunem[l] tanti belli, atq; impune[m] quietam.
Continuo pugnæ[n] accendit maioris imago
Mnesthéa, Sergestúmq; vocat, fortémq; Serestū
Ductores, tumulúmq; capit quò cætera teucrûm
Concurrit Legio, nec scuta[o], aut spicula densi
Deponunt, celso medius stans aggere fatur.
Ne qua meis esto[p] dictis mora: Iuppite[q] hac stat:
Neu[r] quis ob iceptum subitū mihi segnior ito,
Vrbem hodie caussam[s] belli, regna ipsa Latini
Ni frenum accipere, ꝛ dicto parêre fatentur,
Eruam, ꝛ æqua solo fumantia culmía ponam.
Scilicet expectem libeat dum prælia Turno
Nostra pati: rursúsq; velit concurrere victus?
Hoc[t] caput ò Ciues: hæc belli summa nefandi.
Ferte faces própere, fœdúsq;[v] reposcite flāmis,
Dixerat, atq; animis pariter certantibus omnes

SER. a ℂLATE terras: allud ex altero ōdit: nā p hoc corporis exprimit magnitudo: vt Stabāt tercētū nitidi ī pſepib' altis. b ┌Euersor achilles: sepat Achillē a græcis. vt Relliqas danaū atq; imitis achilli. c ┌Mortis erant metæ. i. mors: q meta ē ꝛ finis. nā metā fines vitæ dicimus: nō mortis. Sciendū tñ hoc de Home. eē trāslatū: q ait θανάτοιο τελευτὴ h' est finis mortis: naꝫ in ipsa morte finis ē. Lyrnessi dom' alta: lyrnessos ciuitas ē phrygiæ vñ fuit Briseis: ꝛ p trāsitū docet neminē posse fatura vitare. d ┌Cōuersæ acies: in bellū coactæ. e ┌Pro se qsq; viri: p q̄litate viriū suaꝝ: sic ī gnto Pro se q̄sq; viri ꝛ depromūt tela pharetris. f ┌Summa nitunt opū vi: hemistichiū ennianum. g ┌Mētē æneæ gēitrix pulcherrima misit: cōsiliū: vt Qua facē id possis nostrā nūc accipe mētē. h ┌Et pulcherrima: p petuū ē epithetō nec ad negociū ptinēs: Sæ bōa vsus ē œconomia vt diceret īstictu numinis pfectū eē Aeneā ad ciuitatis excidiū: nā incōgruū fuerat occupatū bello p se tale cepisse ꝯsiliū. i ┌Vrbiq; aduerteret agmē: ꝯ vrbē. k ┌Acies circūtulit: oculorū. s. ꝛ bona occasione puenit ad id: vt Aeneas possit ciuitatē aspicere. l ┌Immunē belli tanti: sine officio dimicādi: nā īmunis ē q̄ nihil præstat q̄si sine muneribus siue munijs. m ┌Impune q̄etā: q̄ specialit' debuit pœnas luere pp fœdus abruptū. n ┌Pugnæ accēdit maioris imago: subaudis eum. o ┌Nec scuta aut spicula densi deponūt: ex eo qđ nō est factū qđ fieri soleat idicauit: vt supra Defigūt tellure hastas: ꝛ scuta reclināt. p ┌Esto: p sit. q ┌Iuppiter hac stat. i. p nobis religio est: quā læserūt rutuli ruptis fœderibus. Nouimus aūt interfuisse fœderi ꝛ deos alios ꝛ Iouis imaginem sceptri præsentia redditam. r ┌Neu qs ob īperiū subitū mihi segnior ito: tertia psona ē ito. i. eat: ꝛ hortat eos vt ita ī bellū eāt q̄si res fuerit aū disposita: nā h' dicit repētinū īperiū nullam nobis afferat morā: sic paulo post Scalæ se prouiso subitusq; apparuit ignis. s ┌Caussaꝫ b. q illic erat Lauinia. t ┌Hoc caput ò ciues: sic supi' dr̄ āces Turno: O latio caput: ꝛ cūctoꝝ cā maloꝝ: id ē principium. v ┌Fœd'. r. fl. ā. grauitate smōis ꝯclamatiōi pōdus iposuit: nā h' dicit flāmas fœderis vrbis ī nouem' icēdio: nā hic reposcite ē inouate: reuocate.

CHRL. ℂTOTÆ adeo: nō describit solū: sꝫ pīgit celeritatē ꝛ vehemētiā pugnātiū. Hic mētem æneæ genitrix: Optimū figmentū. Nā amor potiūdæ rei īgeniū excitat: vt rimemur oēm viā ad rē pficiēdā. ┌Tumulúq; capit: vt ab oībus ꝛ videri ꝛ audiri posset. ┌Nec. s. d. Quod prudētiæ fuit: Naꝫ non ita audiendus erat: vt interim cōtra hostes parati nō essent. ┌Scilicet: expectem Indignatio est: sed tñ nō ita īdignatur: vt a iustitia discedat.

ℂDISCVRRVNT

SER. a ¶ DISCVRRVNT alij ad portas ꝑmosq; trucidant: subaudi improuiso: & hæc simul pronuncianda sunt: vt simul facta videantur: quo vehemens vis bellica possit agnosci. b ¶ Inter primos: inter duces: inter principes.

Dant Cuneū, densáq; ad muros mole ferunt.
Scalæ improuiso, subitúsq; apparuit ignis,
Discurrunt[a] alij ad portas, primósq; trucidant,
Ferrum alij torquēt, & obumbrāt æthera telis.
Ipse inter[b] primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas, magnáq; incusat voce Latinum.
Testatúrq; deos, iterum se ad prælia cogi
Bis[d] iam Italos hostes, hæc altera[c] fœdera rūpi.
Exoritur trepidos inter Discordia ciues,
Vrbem alij reserare[e] iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsúmq; trahunt[f] in mœnia regē.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas[g] vt cum latebroso in pumice Pastor
Vestigauit Apes, fumóq;[h] impleuit amaro.
Illæ intus trepidæ[i] rerum, per Cerea castra
Discurrunt, magnísq; acuūt stridoribus iras.
Voluitur ater[k] odor tectis, nūc murmure cæco
Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam[l] Fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina, vt tectis[m] venientem prospicit hostem,
Incessi[n] muros, ignes ad tecta volare,
Nusq̄ acies cōtra Rutulas, nulla agmīa Turni,
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum: & subito mentem[o] turbata dolore
Se caussam clamat crimenq;, capútq; malorū.
Multáq; per mœstum demēs effata furorem
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum[p] informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postq̄ accepere Latinæ
Filia prima manu floreos[q] Lauinia crines

c ¶ Hæc altera fœdera rumpi: bis rumpi fœdera. d ¶ Bis hostis italos fieri: bis se in prælia sæua compelli: nam varie eandem rem iterat: bis autem fœdera facta sunt semel per Ilioneum: & paulo ante ꝓpter singulare certamen. e ¶ Reserare iubent: idest volunt: vt Iubeo chremetem. Teren. f ¶ Trahunt in mœnia regē: trahere volunt: nam voluntas animi est non facti. Trahunt autē scilicet vt possit imminens videre discrimen. Donatus dicit trahunt ī mœnia pro dilacerant ī mœnibus rumoribus suis. g ¶ Inclusas vt cum latebroso ī pumice pastor: pene omnia isti' comparationis verba ad supradictū ꝑtinent bellum. Nam ita apes inclusæ sunt vt homines qui obsidentur: ita ciuitatem timentium latebras dicimus: sicut apum aluearia. Item pastor vt rex: & re vera pastor est ductor exercitus: Vt Homerus ποιμένα λαῶν. Pumicem autē iste in genere masculino posuit: & hunc sequimur: licet Catullus dixerit genere fœminino: arida modo pumice rex politum. h ¶ Fumo amaro: qui elicit lachrymas. i ¶ Trepidæ rerum: nescientes quid agant: & ignaræ auxilij. k ¶ Ater odor: noue: nam in odore equis color est? sed hoc dicit odor ater atræ rei fumi scilicet ater odor pessimus: vt Fumoq; impleuit amaro. l ¶ Etiam fortuna: casus: nam oīs casus in potestate fortunæ ē. m ¶ Tectis venientem prospicit hostem: aut e tectis prospicit: aut contra tecta veniētē. n ¶ Incessi muros: inuadi. o ¶ Mentem turbata: vt Oculos suffusa. p ¶ Et nodum informis leti: alij dicunt ꝙ inedia se interemit. Sane sciendū ꝙ cautum fuerat in pōtificalibus libris: vt qui laqueo finiuisset vitam: īsepult' abijceretur: vñ bene ait Informis leti quasi mortis īfamissimæ. q ¶ Floreos lauinia crines: antiqua lectio floreos habuit. i. florulentos pulchros: & ē sermo ēnian'.

CHRI. ¶ SCALÆ improuiso: Sūmæ enim prudētiæ & celeritatis fuit ita incautos scalis ꝑuenire: Vt nihil tale futurū opinarent. ¶ Exoritur trepidos inter discordia ciues: Hoc. n. facit īpremeditatus casus: nā in re īprouisa cū consilij capiendi tēpus non datur vnusquisq; ad suū ingenium redit: & vt varia sunt īgenia: ita varie oriunt sententiæ. ¶ Inclusas vt cū: quadrat ex oībus partibus ista comparatio si diligenter aduertes. ¶ Per cerea castra: Quoniā ad bellū refertur recte dixit castra. ¶ Accidit: Cū res ad interitū deducunt fata sem per calamitatibus calamitates adduntur.

Et roseas [a] laniata genas: tum cætera circùm
Turba furit, resonant late plangoribus ædes.
Hinc [b] totam infelix [c] volgatur Fama p urbem.
Demittunt [d] mentes, it scissa veste Latinus
Coniugis [e] attonitus fatis, urbisq; ruina
Caniciem immundo [f] perfusam puluere turpās,
Multaq; se incusat qui non acceperit ante
Dardanium Aeneā, generumq; asciuerit vltro.
Interea extremo bellator [g] in Aequore Turnus
Palantes sequitur paucos iam segnior, atq;
Iam minus atq; minus successu [h] lætus equorū.
Attulit [i] hunc illi cæcis terroribus aura
Commixtū [k] clamorem, arrectasq; [l] ipulit aures
Confusæ sonus urbis, & illetabile murmur.
Hei mihi quid tanto turbantur moenia luctu?
Quis ue ruit tantus diuersa clamor ab urbe?
Sic ait, adductisq; amens [m] subsistit habenis.
Atq; huic in faciem Soror ut conuersa Metisci
Aurigæ, currusq;, & Equos & lora regebat.
Talibus occurrit [n] dictis: hac Turne sequamur
Troiugenas, quà prima [o] viam victoria pandit.
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet?
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris.
Nec [p] nũero inferior pugnæ, nec honore recedes.
Turnus ad hæc.
O soror, & dudum agnoui, cum prima [q] p artes
Fœdera turbasti, teq; hæc in bella dedisti.
Et nunc nequiq; fallis dea: sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele videres?
Nā [r] quid ago? aut quæ iā spōdet fortūa salutē?
Vidi oculos ante ipse meos ne voce [s] vocantem

SER. a ¶ ET ROSEAS laniata genas: moris fuit apud antiquos: ut añ rogos human' sanguis effunderet: vel captiuorū vel gladiatorū: quorū si forte copia nō fuisset: laniātes fœminæ genas suū effundebāt cruorē: ut rogis illa imago restitueret. Tñ sciēdū cautū lege duodecī tabularū ne mulieres carperēt faciē his verbis: Mulier faciē ne carpito. b ¶ Hic totas: de domo regia. c ¶ Infelix fama: rerum īfelicium nuncia. d ¶ Demittūt mētes: desperāt. sic ptra sperantes aliqd mētes erigūt. e ¶ Cōiugis attonitus fatis urbisq; ruina: & puatis & publicis luctib'. f ¶ Immūdo puluere: bñ immūdo addidit. sicut I geor. Et cinerē imūdū iactare per agros: qa ēt pulvis ille q utunt puellæ cinis vocat: vñ ēt cinislones dcī sunt. Hor. Custodes lecticani cinislones parasiti. g ¶ Bellator: epithetō pacti tpis. h ¶ Minº successu læt' equorū: infirmitas al' ē tex eqrū tarditate veniebat. i ¶ Attulit hūc illi cæcis terrorib' aura: naturale enim ē ut a qua parte vent' flat: īde clamor audiat. k ¶ Cōmixtū clamorē: ex īpugnatōe & morte reginæ. l ¶ Arrectas aures: ad audiendū sollicitas. Ter. Arrige aures Pamphile. m ¶ Amēs: ↄsilij egēs: nesci' rei gerēdæ. nā mentē & cōsiliū significare diximus: ut Mētē æneæ genitrix pulcherrima misit. n ¶ Occurrit dictis: orōni eius ubis obuiā venit. o ¶ Prima victoria. i. primū,

p ¶ Nec numero īferior pugnæ nec honore recedes: nec pauciores īterimes: nec minor te q; Aeneā comitabit gl'ia. nā occisorū multitudo cōpēsat hoc qđ tu fugiētes īterimis. Sane sciendū in hac oī oratione Iuturnā occurrere q̄stiōib' tacitis. q ¶ Prīa p artes fœdera turbasti: prima aut inchoātia: aut tu pma. nas p' ei' orōnē Toluni' tela ptorsit. r ¶ Nā q̄d ago: argumētū a necessario. s ¶ Ne voce vocantem: atqui hoc nusq; legimus: sed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus: aut moris est omen audire qđ non dicit: videre qđ minīe occurrit sic in q̄rto: Hic exaudiri gemitus & verba vocātis Visa viri.

¶ ET NOS: CHRI. nā hac maxime rōne possim' æquare hostes. ¶ Fallis dea. i. quāuis dea sis: non tñ decipis. Validissima est orō: prio. n. demonstrat suū aduentus nihil posse cōferre: seq; venire non ut victorias videat: sed ipm victū. Post hæc demōstrat dū æneas fugit in eā incidisse ignominiam: ut pstet illi mori q; turpiter viuere: nā cū viros excellētissimos īterfici passus sit: ultimū dedecus accedit captiuitas urbis & soceri & uxoris: q̄ nisi succurrat ī cōspectu suo occidēt. Quid aūt acerbius sibi accidere pōt: q; pbere facultatē: & Drāci & reliqs suis aduersariis ut iure illū reprhēdē possint. Quid vo magis ignominiosū q; fuge ī eā regionē ī q̄ toties victor euaserit: & sc æneā sugatū sit pollicit'.

¶ SUPERAT:

Murranum,quo non superat[a] mihi carior alter
Oppetere ingentem,atq; ingenti vulnere victũ.
Occidit infelix,ne nostrum[b] dedecus Vfens
Aspiceret;Teucri[c] potiuntur corpore,ꝛ armis.
Excindi ne domos(id rebus defuit vnum)
Perpetiar?dextra[d] nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo?ꝛ Turnũ fugiẽtẽ hæc terra videbit?
Vsq;adeó ne[e] mori miseꝝ est?vos ò mihi Manes
Este boni,quoniam superis[f] auersa voluntas.
Sancta ad vos anima,atq; istius[g] inscia culpæ
Descẽdã magnoꝝ haud vnq̃ indignus[h] auoꝝ.
Vix ea fatus erat;medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages aduersa sagitta
Saucius ora,ruitq; implorans[i] nomine Turnũ.
Turne[k] in te suprema salus,miserere tuorum.
Fulminat[l] Aeneas armis, summásq; minatur[m]
Deiecturum arces Italûm,excidióq; daturum.
Iamq; faces ad tecta volant,in te ora Latini
In te oculos referunt,mussat[n] Rex ipse Latinus
Quós gños vocet,aut q̃ sese ad fœdera flectat.
Præterea[o] Regina tui fidissima,dextra
Occidit ipsa sua,lucémq; exterrita fugit.
Soli[p] pro portis Mesapus,ꝛ acer Atinas
Sustentant aciem,circũ hos vtrinq; phalanges
Stant densæ,strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea,tu currum deserto in gramine versas.
Obstipuit varia[q] confusus imagine rerum
Turnus,ꝛ obtutu[r] tacito stetit,æstuat ingens
Imo in corde Pudor[s],mixtóq;[v] insania[t] luctu,
Et furijs agitatus Amor,ꝛ conscia Virtus.
Vt primũ discussæ[x] vmbræ,ꝛ lux reddita mẽti ẽ
Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit.

SER. a ¶ SVPERAT: viuit: vt Superat ne ꝛ vescitur aura. b ¶ Ne nr̃z dedecus vfens aspiceret: ac si diceret fortasse vinceret: nisi ideo voluisset occumbere:ne nos victos videret. c ¶ Teucri potiunt corpore ꝛ armis.i. et sepultura caret. n.d vt l Homero legimus de viroꝝ fortium cadaueribus erat: iter hostes grãde certamẽ:qđ maxime apparet de Patrocli cadauere. d ¶ Dextra nec drãcis dicta refellaz.i. ḃtute.J nõ pro rei officio ipsaz rẽ posuit:pro virtute dextrã. e ¶ Vsq;adeó ne mori miseroz est: tacitæ quæstioni occurrit. f ¶ Supis auersa volũtas: qa vt sup̃ diximꝰ: donec viuimꝰ curæ sumus superis dijs. post mortẽ ad inferos ptinemus: qbus se modo commendat. g ¶ Istiꝰ Iscia culpæ: vł fugæ: qa fuga grande crimen ẽ apud virũ fortes: vel rupti fœderis: vel læsæ religionis:a qua re se dicit eẽ alienum ppter futura supplicia. h ¶ Indignus auoꝝ: græca figura est.nos.n. indignus illa re dicimus.contra græci ἀνάξιος στεφάνου.i.coronæ indignus. i ¶ Implorans noĩe turnũ:ex multis rebus indicat pturbationẽ ꝙ festinãs venit: ꝙ p hostes vulneratus:ꝙ Turnũ noĩe appellat. nãs cõtumelia est noĩe superiorem vocare:sic in Georgicis: Mater Cyrene mater: quom p̃misisset te crudelem noĩe dicit:sicut ꝯtra Aeolus ad Iunonem ait Tuus o regina qđ optes Explorare labor. k ¶ Turne in te suprema salus miserere tuoꝝ:oĩa quæ supra Iuturna dixerat: oratio ista dissoluit. l ¶ Fulminat æneas armis:exaggeratio ẽ:sic paulo post Horrendũq; intonat armis. m ¶ Minatur deiectuꝝ arces:qa dixerat: Et æqua solo fumãtia culmina ponam. n ¶ Mussat: modo dubitat. o ¶ Præterea regina: qa occurrebat Amatæ proeiꝰ partibꝰ niti. p ¶ Soli p portis:contra illud: Sunt alij q recta manu defendẽ possunt. q ¶ Varia ꝯfusus imagine reꝝ:multiplici nuncio. r ¶ Et obtutu: varie tacito stetit vultu: ꝛ obtutus est ꝓprie vultꝰ: quẽ græci dicunt πρόσωπον. s ¶ Pudor:pp illđ: Tu currũ deserto ĩ gramĩe versas. t ¶ Insania:qa in hostes ferebat. u ¶ Mixto luctu: ꝓpter Amatæ cognitam mortem. x ¶ Discussæ vmbræ:postq̃ mentis caligo discessit: qđ sequẽtia indicãt: ꝛ lux mẽti reddita est.

CHRI. ¶ SANcta ad vos anima.q.d.ꝓstat innocẽtez mori q̃; nocentez viuere. Maximuz autem omniũ scelerum viro forti videtur turpiter cedere. ¶ Vix ea.f.Iustus rationibꝰ mouebatur ne fugeret verum si qua in re dubitasset præsenti casu ꝛ nũcio socrus extinctæ ꝯfirmari potuit. ¶ Imo in corde pudor: valdissimæ erant singulæ per se huiuscemodi ꝑturbatiões:pudor ne sibi obijceretur fuga: furor ex indignatione ꝙ inuictus vinceretur: luctus ex morte socrus: ꝛ amor ex magnitudine in furorem adducens.

SER. a ¶ TVRBIDVS: plenus perturbationis. b ℞ Quã eduxerat ipse: qđ ei maiorẽ creabat dolorẽ. c ℞ Subdideratq; rotas: quo posset trahi ad ea loca: qb' hostis instabat. d ℞ Quicquid acerbus est morte pati: aut quicqd morte acerbũ ẽ placet pati: hoc est inferna supplicia: vel quæ potest superb' hostis inferre: sicut de Hectore legimus. Aut certe positiuus est pro cõparatiuo: placet pati si quid etiam morte acerbi' suenit. e ℞ Furere ante furores figura antiqua: vt seruitutem seruit: dolores dolorem: & est sensus sine me furere ante bellicũ furorẽ: scilicet priusq; ad eũ veniã vt pugnas mente cõcipiã: & instructus furores in bella prũpam. f ℞ Saxũ de vertice pceps Cum ruit: cõparatio ipsa futurũ ostẽdit euentus. Simul notãdũ q sic sup in pliõe ita & nũc i cõparatione pfertur Aeneas: nam Turnũ parti cõpat mõtj: mõti v' æq̃tæneã: & ẽ ꝑpatio ð homi. sũpta sic dicẽs: g ℞ Auulsum vẽto: ꝑprie: nã & Turnus inultus attrahit ad bellũ. h ℞ Mons iprobus: ꝑ montis: & ἐμφατικῶς dictũ ẽ: sic supra ait. Haud pte exiguã montis. i ℞ Magno actu: magno ĩpulsu. k ℞ Vbi plurima fuso sanguine terra madet hypallage ẽ ꝑ vbi plurimo sanguine terra madet. l ℞ Stridunt hastilibus auræ: sic Hom.

Turbidus[a], ẽq; rotis magnam respexit ad vrbẽ.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad Cælum vndabat vortex, turrimq; tenebat
Turrim cõpactis trabibus quam[b] eduxerat ipse,
Subdiderátq;[c] rotas, pontésq; instruxerat altos.
Iam iam fata soror superant, absiste morari.
Quõ De', & quó dura vocat Fortũa, sequamur.
Stat cõferre manũ Aeneæ: stat qcqd[d] acerbũ est
Morte pati, neq; me idéq; orem germana videbis
Amplius hunc oro sine me furere[e] ante furorẽ.
Dixit, & ẽ curru saltum dedit ocyus aruis,
Pérq; hostes, pér tela ruit, mœstámq; sororem
Deserit, ác rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti mõtis saxum[f] de vertice præceps
Cum ruit auulsum[g] vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa Vetustas,
Fertur in abruptũ magno[i] mons[h] iprobus actu,
Exultátq; solo siluas, armenta, virósq;
Inuoluens secum, disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima[k] fuso
Sanguie terra madet, stridúntq;[l] hastilib' auræ.
Significátq; manu, & magno simul incipit ore.
Parcite iam Rutuli, & vos tela[m] inhibete Latini,
Quæcunq; est Fortuna, mea est: me veri' [n] vnũ
Pro vobis fœdus lúere, & decérnere ferro.
Discessere omnes medij, spaciúmq; dedére.
At pater Aeneas audito nomine Turni
Deserit & muros, & summas deserit arces,
Præcipitátq; moras omnes; opera omnia rũpit
Lætitia exultans, horrẽdúmq; intonat armis,
Quãtus[o] Athos aut q̃tus Eryx, aut ipe coruscis

Fœdera turbaſti, téq; hæc in bella dediſti.
Et nunc nequiq̄; fallis dea: ſed quís Olympo
Demiſſam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miſeri letum vt crudele videres?
Nā [r] quid ago? aut quæ iā ſpōdet fortūa ſalutē?
Vidi oculos ante ipſe meos ne voce [s] vocantem

p ❡ Nec numero ïferior pugnæ nec honorē recedes: nec pauciores ïterimes: nec minor te q̄; Aeneā comitabitꝰ gl̄ia. nā occiſoꝝ multitudo cōpēſat hoc qđ tu fugiētes ïterimis. Sane ſciendū in hac oī oratione Iuturnā occurrere q̄ſtiōib' tacitis. q ❡ Prima partes fœdera turbaſti: prima aut inchoātia: aut tu ꝑma. nas p' ei' orōnē Tolūni' tela ꝯtorſit. r ❡ Nā qđ ago: argumētū a neceſſario. s ❡ Ne voce vocantem: atqui hoc nuſq̄ legimus: ſed aut κα τὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus: aut mortis eſt omen audire qđ non dicitꝰ: vidēre qđ minſe occurrit ſic in q̄rto: Hic exaudiri gemitus ꝛ verba vocātis Viſa viri.

❡ ET NOS: CHRI. nā hac maxime rōne poſſum' æquare hoſtes. ❡ Fallis dea. i. quāuis dea ſis: non tñ decipis. Validiſſima eſt orō: prīo. n. demonſtrat ſuū aduentus nihil poſſe cōferre: ſeq; venire non vt victorias videat: ſed ipm victū. Poſt hæc demōſtrat dū æneas fugit in eā incidiſſe ignominiam: vt pſtet illi mori q̄; turpiter viuere: nā cū viros excellētiſſimos ïterfici paſſus ſit: vltimū dedecus accedit captiuitas vrbis ꝛ ſoceri ꝛ vxoris: q̄ niſi ſuccurrat ï cōſpectu ſuo occidēt. Quid aūt acerbius ſibi accidere pōt: q̄; ꝑbeꝰ facultatē: ꝛ Drāci ꝛ reliq̄s ſuis aduerſariis vt iure illū reꝑhēdē poſſint. Quid ꝟo magis ignominioſū q̄; fugē ï eā regionē ï q̄ toties victor euaſerit; ꝛ ſc æneā fugatuꝝ ſit pollicit'.

❡ SVPERAT:

SER. a ¶ SVPERAT: viuit: vt Superat ne & vescitur aura. b Ne nostrum dedecus Vfens aspiceret: ac si diceres fortasse viueret: nisi ideo voluisset occumbere ne nos victos videret. c Teucri potiunt corpore & armis. i. et sepultura caret. nā vt ī Home. legimus de virorū fortium cadaueribus erat inter hostes grāde certamē: qđ maxime apparet de Patrocli cadauere. d Dextra nec drācis dicta refellas. i. virtute: nā pro rei officio ipsam rē posuit: pro virtute dextrā. e Vsq; adeó ne mori miserum est: tacitæ quæstioni occurrit. f Supis auersa volūtas: qa vt sup diximus: donec viuim' curæ sumus superis dijs. post mortē ad inferos ptinemus: qbus se modo commendat. g Isti' īscia culpæ: v' fugæ: qa fuga grande crimen ē apud virū fortes: vel rupti fœderis: vel læsæ religionis: a qua re se dicit eē alienum ppter futura supplicia. h Indignus auoꝝ: græca figura est. nos. n. indignus illa re dicimus. contra græci ἀνάξιος στεφάνου. i. coronæ indignus. i Implorans noie turnū: ex multis rebus indicat pturbationē ꝙ festinās venit: ꝙ p hostes vulneratus: ꝙ Turnū noie appellat. nam cōtumelia est noie superiorem vocare: sic in Georgicis: Mater Cyrene mater: quom ꝑmisisset te crudelem noie dicit: sicut ꝯtra Aeolus ad Iunonem ait Tuus o regina qđ optes Explorare labor. k Turne in te suprema salus miserere tuoꝝ: oīa quæ supra Iuturna dixerat: oratio ista dissoluit. l Fulminat æneas armis: exaggeratio ē: sic paulo post Horrendūq; intonat armis. m Minatur deiecturū arces: qa dixerat: Et æqua solo fumātia culmina ponam. n Mussat: modo dubitat. o Præterea regina: qa occurrebat Amatæ pro ei' partib' niti. p Soli p portis: contra illud: Sunt alij q recta manu defendē possunt. q Varia ꝯfusus imagine reꝝ: multiplici nuncio. r Et obtutu: varie tacito stetit vultu: & obtutus est pprie vult': quē græci dicunt πρόσωπον. s Pudor: pp illō: Tu currū deserto ī gramīe versas. t Insania: qa in hostes ferebat. u Mixto luctu: ppter Amatæ cognitam mortem. x Discussæ vmbræ: postq̄ mentis caligo discessit: qđ sequētia indicāt: & lux mēti reddita est.

Murranum, quo non superat[a] mihi carior alter
Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victū.
Occidit infelix, ne nostrum[b] dedecus Vfens
Aspiceret; Teucri[c] potiuntur corpore, & armis.
Excindi ne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra[d] nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnū fugiētē hæc terra videbit?
Vsq; adeó ne[e] mori miserū est? vos ò mihi Manes
Este boni, quoniam superis[f] auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atq; istius[g] inscia culpæ
Descēdā magnoꝝ haud vnq; indignus[h] auoꝝ.
Vix ea fatus erat; medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages aduersa sagitta
Saucius ora, ruitq; implorans[i] nomine Turnū.
Turne[k] in te suprema salus, miserere tuorum.
Fulminat[l] Aeneas armis, summásq; minatur[m]
Deiecturum arces Italûm, excidióq; daturum.
Iamq; faces ad tecta volant, in te ora Latini
In te oculos referunt, mussat[n] Rex ipse Latinus
Quós gños vocet, aut q̄ sese ad fœdera flectat.
Præterea[o] Regina tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucémq; exterrita fugit.
Soli[p] pro portis Messapus, & acer Atinas
Sustentant aciem, circum hos vtrinq; phalanges
Stant densæ, strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea, tu currum deserto in gramine versas.
Obstipuit varia[q] confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu[r] tacito stetit, æstuat ingens
Imo in corde Pudor[s], mixtóq;[v] insania[t] luctu,
Et furijs agitatus Amor, & conscia Virtus.
Vt primū discussæ[x] vmbræ, & lux reddita mēti ē,
Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit

CHRI. ¶ SAncta ad vos anima. q. d. pstat innocētē mori q̄ nocentē viuere. Maximum autem omniū scelerum viro forti videtur turpiter cedere. Vix ea. f. Iustus rationib' mouebatur ne fugeret verum si qua in re dubitasset præsenti casu & nūcio socrus extinctæ ꝯfirmari potuit. Imo in corde pudor: validissimæ erant singulæ per se huiuscemodi pturbatiōes: pudor ne sibi obijceretur fuga: furor ex indignatione ꝙ inuictus vinceretur: luctus ex morte socrus: & amor ex magnitudine in furorem adducens.

SER. a ¶ TVRBIDVS: plenus perturbationis. b ℣ Quã eduxerat ipse: qđ ei maiorẽ creabat dolorẽ. c ℣ Subdideratq; rotas: quo posset trahi ad ea loca: qb' hostis instabat. d ℣ Quicquid acerbus est morte pati: aut quicqd morte acerbũ ẽ placet pati: hoc est inferna supplicia: vel quæ potest superb' hostis inferre: sicut de Hectore legimus. Aut certe positiuus est pro cõparatiuo: placet pati si quid etiam morte acerbi' inuenit. e ℣ Furere ante furores figura antiqua: vt seruitutem seruit: dolet dolorem: & est sensus sine me furere ante bellicũ furorẽ: scilicet priusq̃ ad eũ veniã vt pugnas mente cõcipiã: & instructus furores in bella prũpam. f ℣ Saxũ de vertice pceps Cum ruit: cõparatio ipsa futurũ ostẽdit euentuz. Simul notãdũ q̃ sicẽ sup in plioꝛ ita & nũc i cõparatione pfertur Aeneas: nam Turnũ parti cõpat mõtis: mõti vero æq̃ternã: & ẽ cõparatio ð hom. sumpta sic dicẽs.

g ℣ Auulsum vẽto: pprie: nã & Turnus impulsus attrahit ad bellũ. h ℣ Mons iprobus: pe montis: & ἐμφατικῶς dictũ ẽ: sic supra ait. Haud pte exiguã montis. i ℣ Magno actu: magno ĩpulsu. k ℣ Vbi plurima fuso sanguine terra madet: hypallage ẽ p vbi plurimo sanguine terra madet. l ℣ Stridunt hastilibus auræ: sic Hom.

Turbidus[a], éq; rotis magnam respexit ad vrbez.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad Cælum vndabat vortex, turrimq; tenebat
Turrim cõpactis trabibus quam[b] eduxerat ipse,
Subdiderátq;[c] rotas, pontésq; instruxerat altos.
Iam iam fata soror superant, absiste morari.
Quõ De', & quõ dura vocat Fortũa, sequamur
Stat cõferre manũ Aeneæ stat qcqd[d] acerbuz est
Morte pati, neq; me ídécorem germana videbis
Amplius hunc oro sine me furere[e] ante furorẽ.
Dixit, & ẽ curru saltum dedit ocyus aruis,
Pérq; hostes, pér tela ruit, mœstámq; sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti mõtis saxum[f] de vertice præceps
Cum ruit auulsum[g] vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa Vetustas,
Fertur in abruptũ magno[i] mons[h] iprobus actu,
Exultátq; solo siluas, armenta, virósq;
Inuoluens secum, disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima[k] fuso
Sanguie terra madet, stridúntq; [l] hastilib' auræ,
Significátq; manu, & magno simul incipit ore.
Parcite iam Rutuli, & vos tela[m] inhibete Latini,
Quæcunq; est Fortuna, mea est me veri'[n] vnũ
Pro vobis fœdus lúere, & decérnere ferro.
Discessere omnes medij, spaciúmq; dedêre.
At pater Aeneas audito nomine Turni
Deserit & muros, & summas deserit arces,
Præcipitátq; moras omnes; opera omnia rũpit
Lætitia exultans, horrẽdúmq; intonat armis,
Quãtus[o] Athos aut q̃tus Eryx, aut ipe coruscis

m ℣ Tela inhibete: cohibete: & ẽ trãslatio a nautis. n ℣ Merius vnum Pro vobis fœdus luere: verius: iusti': & sẽ sus hic est iusti' est me vnus p omnibus rupti fœderis pœnas exoluere. o ℣ Quãtus athon: hæc ẽ vã lectio: nam si Athos legeris os breuis ẽ & v'sus nõ stat. Athon aũt dici accusatiu' idicat: nã hũc athona facit: sic Apollon Apollona. Quod aũt Herodotus: hũc Athon & hunc Apollon dicit: atticæ declinationis ẽ. Athõ aũt mõs ẽ thraciæ adiacens circa lemnon isulã.

ἀντικρὺ μεμαὼς ὀλοοίτροχος ὡς ἀπὸ
πέτρης
ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥο
ος ὤσῃ
ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχ
ματα πέτρης
ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται κτυπέει δέ
θ' ὑπ' αὐτοῦ
ὕλη, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει, ἔμπεδον ὄφρ' ἂν
ἵκηται
ἰσόπεδον τότε δ' οὔτι κυλίνδεται ἐσ
σύμενός περ

¶ QVO DEVS: verba sunt aĩ inuicti & omnia pati parati: vt turpitudinẽ fugiat. ℣ Quãtus athon: mons hic Macedoniæ vel vt alijs placet thraciæ mari ægeo immĩnẽs tãtæ altitudinis: vt vmbram suam in lemnuz vsq; iacere quidam dicant. Referuntq; habere in suo cacumine vrbez attothon nomine: in qua homines duplo temporis q̃ alibi viuãt. Hũc montẽ cuz cõtinẽti cõiunctus esset Xerses illuz ducta fossa isulã reddidit. Fuit ãt fossæ latitudo tãta: vt duo triremes iũctæ enauigarẽt ℣ Eryx: mõs siciliæ: quẽ alio loco ðscripsim'. CHRI.

¶ NIVALI

Cum fremit ilicibus quantus, gaudétq; niuali[a]
Vertice se attollens pater Appeninus ad auras.
Iam vero & Rutuli certatim, & Trôes[b], & omnes
Conuertere oculos Itali, quíq; alta tenebant
Mœnia; quíq; imos pulsabant Ariete muros.
Armáq;[c] deposuere humeris: stupet ipse Latin⁹
Ingentis genitos diuersis partibus orbis
Inter[d] se coijsse viros, & Cernere ferro.
Atq; illi vt vacuo patuerunt æquore campi
Pro cursu rapido cõiectis eminus hastis
Inuadunt Martem clypeis, atq; ære sonoro.
Dat gemitum Tellus, tũ crebros ensibus ictus
Congeminant: Fors[e], & Virtus miscétur in vnũ.
Ac veluti[f] ingenti Syla summóue Taburno
Cum duo cõuersis inimica in prælia Tauri
Frontibus incurrunt, pauidi[g] cessere magistri.
Stat pecus oẽ metu mutũ; mussántq;[h] Iuuencæ
Quis pecori imperitet, quẽ tota arméta sequant.
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuáq; obnixi infigunt, & sanguine largo.
Colla, armósq; lauãt: gemitu nem⁹ oẽ remugit.
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius Heros
Cõcurrunt clypeis: ingẽs fragor æthera cõplet,
Iuppiter[i] ipse duas æquato examine[k] lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum,
Quẽ dãnet[l] labor, & quõ vergat[m] pondere letũ.
Emicat hic (impune putans) & corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit, exclamant Trôes, trepidíq;[n] Latini;

SER. a ¶ NIVALI Vertice se tollens pater appẽninus ad auras: mons est italiæ: de hoc Luc. Nullo quoq; vertice tellus Altius intumuit: propiorq; accessit olympo. b ¶ Trôes & oẽs: græce declinauit: vñ breuis est es sicut supra Troes agunt. c ¶ Armaq; deposuere: vt spectaturi: vel defessi. d ¶ Inter se coijsse viros & cernere ferro: vera & antiqua est hæc lectio: nam Enniũ secutus est qui ait Olli cernebãt magnis de rebus agentes: & item Ferro nõ auro vitam cernamus vterq;: posteritas cœpit legere & decernere: scđm quam lectionem synalœpha opus est excluso os: vt sit Inter se coisse vir & decernere ferro. e ¶ Fors & virtus miscent in vnũ: casus in Turno: virtus in Aenea: nã in bello etiam casus plurimũ valet. Ci. in miloniana: Adde casus: adde incertos exit⁹: Martẽq; communem. f ¶ Ac ve. ingen. syla summóue taburno: Syla mons & silua est lucaniæ: taburn⁹ mons cãpaniæ. Sal. De fugitiuis in silua syla fuerunt: vnde pessime qdã silua legunt quia ppriũ appellatiuo exæqri nõ põt: vnde ppriũ bene iunxit. g ¶ Pauidi cessere magistri: pprie magistri sunt militũ: pastores pecoris: sed reciprocæ sunt inter se istæ trãslationes: nam ductor militũ pastor vocatur: vt diximus supra: & magistros pecorum dicimus. Ci. Quem magistrũ pecoris esse dicebant. h ¶ Mussantq; iuuencæ: dubitãt: sic supra Mussat rex ipse Latinus. i ¶ Iuppiter ipse duas æquato examine lances: aut poetice dictũ est: & ratione caret: nã Iuppiter ignorare non poterat: aut certe illud quærit quis sibi de Turno & Aenea mortis afferat causam. nam dicunt physici mortes minime ad deũ pertinere, nã bona tantũ præstãt: nec ad eũ q̃ sunt mala ptinẽt: vñ Cice. in offi. ait: Sz quia nocẽ deos non putãt: his exceptis hominib⁹ obesse plurimũ arbitratur. Tamen sciendus locum hunc a Virg. ita eẽ trãslatũ: vt in Home. lectus est. καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο, τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο· ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ. ᾤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων. k ¶ Examine: examen pprie ẽ filũ quo trutina regit. l ¶ Dãnet labor: liberet: vt Dãnabis tu quoq; votis. m ¶ Vergat põdere letũ: bene vergat: n. i. morientes iferos petũt. n ¶ Trepidiq; latini: atq; læti eẽ debuerũt: sed nimia Aeneæ ostendit virt⁹. n. iq; naturale ẽ vt socijs timori sit inferioris audacia: vñ nũc latini sunt territi ex eo qđ superiorẽ ferire ausus est Turnus.

CHRI. ¶ APPENNINVS: a liguria incipit vniuersamq; italiam longitudine diuidens ad promontoriũ vltimum: qood appellatur iunonis lacinæ desinit. ¶ Stupet ipse Latinus: Nam sua prudentia id considerabat quod reliqui non aduerterent. ¶ Fors & virtus: vterq; enim virtute sua vtebatur & fortuna. ¶ Inimica in plia tauri: de natura & pugna taurorum est expressum in Geor.

SER. a CVT CAPVLVM ignotú dextrámq3 aspexit inermem. locus hic totus ad gloriá Aeneæ pertinet: námq3 id agit ne videatur Turnus armorum vilitate superatus: vnde & ei reddit gladius: quo etiá cum diuinis armis ab Aenea possit extingui. b Patrio mucrone relicto. s. nó eo quo vulneratú vidit æneá: sed quo fuerat ante vsus pater Daunus. Sane patrio nió paterno signitú, cat. pani Dauni fuerat gladi[us]: vñ est illud Ensem3 qué dauno ignipotens deus ipse parenti Fecerat. Aliás patriú a patria est deriuatiuú. c Mortal[is] mucro: mortali manu factus. d Vndiq3. n. densa teucri iclusere corona: strategema é: ná postq3 Turnus videre fugere troiani clausere loca: p q̃ euadere poterat. e Cursumq3 recusát: retardant. s. genua: quæ impediebat vulnus illatum sagitta. Sane pite facit vt gladio non vtat[ur] Aeneas: sed hasta eminus supare cótédat: q̃a ípediéte vulnere nec seq poterat: nec ictú psurgere: vñ est Hic gladio fidés: hic acer & arduus hasta. f Inclusú flumi[ne]: cóparatio Apollonij.

nator canis: p venaticus. i Insidijs: pennap. s. k Viuidus vmber: acerrim[us] thuscus: ná vmbria ps é thusciæ. l Iá iáq3 tenet: ita vt videt[ur] sequentibus: & hi duo versus verbum ad verbum sunt tráslati de Apollonio.

Arrectæ amborum acies, at perfidus ensis
Frangitur, in medióq3 ardenté deserit ictu
Ni fuga subsidio subeat, fugit ocyor euro.
Vt capulum[a] ignotú, dextrámq3 aspexit inermé.
Fama est præcipité cum prima in prælia iunctos
Conscendebat equos patrio[b] mucrone relicto
Dum trepidát, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
Inq3 diu, dum terga dabant palantia Teucri
Suffecit postq3 arma Dei ad Volcania vétu3 est
Mortalis[c] mucro, glacies ceu futilis ictu
Dissiluit: fulua resplendent fragmina Arena.
Ergó amés diuersa fuga petit æquora Turnus,
Et nunc húc, déinde húc icertos implicat orbes.
Vndiq3[d] enim densa Teucri iclusere corona.
Atq3 hic vasta Palus, hinc ardua mœnia cigút.
Nec minus Aeneas (quanq3 tardante sagitta
Interdum genua impediút, cursúmq3[e] recusant)
Insequitur, trepidúq3 pedé pede feruidus vrget.
Inclusum[f] veluti siquando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ[g] septu3 formidine pinnæ
Venator[h] cursu Canis, & latratibus instat.
Ille autem insidijs[i], & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq3 vias. at viuidus[k] vmber
Hæret hians, iam[l] iámq3 tenet, similísq3 tenenti,
Increpuit malis, morsúq3 elusus inani est.
Tum véro exoritur clamor, ripǽq3, lacúsq3
Respóńsant circa, & Cælu3 tonat omne tumultu.
Ille simul fugiés Rutulos simul icrepat[m] omnes
Nomíe quéq3 vocás, notúmq3 efflagitat[n] ensem.
Aeneas mortem contra, præsénsq3 minatur
Exitium si quisq3 adeat, terrétq3[o] trementes
Excisurum vrbem minitans, & saucius instat.
Quinq3 orbes explent cursu, totidémq3 retexút
Húc, illuc, nec enim leuia, aut ludicra[p] petuntur
Præmia, sed Turni de vita, & sanguine certant.
Forte sacer[q] Fauno folijs Oleaster amaris.

m Increpat: obiurgat: lacessit: vt Aestate increpitás serás. n Efflagitat ensé: cú clamore deposcit. o Terrétq3 trementes: q[uo]s. n. saucius nó timeret si stetissé: quú eú integer fugeret. p Ludicra petunt[ur]: vilia digna ludo: hi duo versus de Homero translati. ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο q Sacer oleaster: fere oía latina arborum noía. g. fœ. sút: exceptis paucis: vt hic oleaster: hoc siler. Vir. Molle siler. Ité hoc buxú: licet & hæc buxus dicat[ur]: ná sup[er]fluá q̃dam volút facere differetionem: vt hæc buxus de arbore dicam[us]: buxu3 vero de ligno cóposítú. Legimus enim in Virgi. de tibijs Buxusq3 vocat berecintia matris idææ. Ité eu3 de arborib[us] loqueretur ait: Et torno rasile buxum.

g Puniceæ septú formidine pinnæ. Luca. Claudit odoratæ metuétis aera pénæ. h Ve

CAVT PVniceæ septum formidine pinnæ: & de ceruis dictum eorumq3 stupore. CHRI.

CVENERABILE

Hic steterat, olim nautis venerabile[a] lignum,
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti Diuo, et notas suspendere vestes.
Sed stirpē Teucri nullo[b] discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent concurrere cāpo.
Hic hasta Aeneæ stabat, hūc impetus illam
Detulerat, fixam[c] et lenta radice tenebat.
Incubuit, voluitq; manu cōuellere ferrum[d]
Dardanides, telóq; sequi quē prendere cursu
Non poterat: tū vero amens formidine Turnus
Faune precor miserere, inqt, túq; optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores;
Quos cōntra Aeneadæ bello fecere prophanos.
Dixit, opémq; Dei non cassa[e] in vota vocauit.
Nāq; diu luctans,[f] lentóq; in stirpe moratus
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas: dum nititur acer, et instat,
Rursus[g] in aurigæ faciē mutata Metisci
Procurrit, fratríq; ensem Dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci[h] nymphæ indignata licere
Accessit, telumq; alta ab radice reuellit.
Olli sublimes armis[i], animísq; refecti
Hic gladio fidens, hic acer, et arduus hasta
Insistunt contra certamina[k] Martis anheli.
Iunonē interea Rex omnipotētis Olympi
Alloquitur fulua[l] pugnas de nube tuentem.
Quæ iam[m] finis erit coniux? quid deniq; restat?
Indigetem[n] Aeneam scis ipsa, et scire fateris
Deberi Cælo, fatísq; ad sydera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis i nubib[9] hæres?
Mortalin[o] decuit violari vulnere diuom?
Aut ensem (quid[p] eniz sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno? et vim crescere victis?
Desine[q] iā tandem, precibúsq; inflectere nostris?
Nec te[r] tantus edat tacitā dolor, et mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventuz ad supremū est: terris agitare vel vndis
Troianos[s] potuisti, infandum accendere belluz,
Deformare domuz, et luctu miscere hymenæos.

SER. a ℂ VENERABILE lignum: antiquam arborem voluit exprimere: vbi figere dona solebant proprie: vt Aut sacra ad fastigia fixi. b ℙ Nullo discrimine: sine intuitu religionis. c ℙ Fixam lenta radice tenebat: plenuz est: quā radix fixam tenebat. d ℙ Ferrum terra tene: pro tellus elementū pro dea posuit. e ℙ Nō cassa i vota: nō ad inania vota poposcit auxilium. f ℙ Luctans mor. luctatus et moratus erat integrum: quod vitauit propter ὁμοιοτέλευτον g ℙ Rursus in aurigæ faciem mutata metisci. κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligim[9] Iuturnam in numen reuersam postq̄ currus reliq. h ℙ Audaci nymphæ: vt supra diximus vbicunq; inducit nitentem aliquem sine effectu audacem dicas. i ℙ Armis animisq; re. refecti sicut armis ita et animis: nanq; armoruz inopia animi ante vsq; torpebāt: k ℙ Certamina martis anheli: alij certamine legunt: vt sit sensus: adsistūt contra se Martis anheli certamine. l ℙ Fulua de nube: de aere elemento suo. m ℙ Quæ iam finerit con. quid deniq; restat Indi. A e. deniq; verba ista quasi iam tedentis sunt ad longam Iunonis iracundiam: vnde et paulopost ait: Desine iā tandē: precibusq; reflectere nostris. n ℙ Indigetem æneam scis ipsa: subaudis fore: et indigetes dij duplici ratione dicuntur: vel secūdum Lucre. q nullius rei egeant: q ait Nihil idiga curæ: vt certe indigetes dij sunt ex hoībus facti: et dicti idigetes q̄si in dijs agentes. o ℙ Mortalin[9] decuit vio. vulne. diuom: nō letali: sz aut q mortales laborāt: aut a mortali illato. diuū aūt subaudi futurū. p ℙ Quid n. si te iutur. va. parēthesis ē. poterat n. excusare se Iūo nil se fecisse cómemorans: sed eā auctorez fuisse Iuppit dicit pp illō auctor ego audēdi. q ℙ Desine iā ta. singula pnunciāda sunt. r ℙ Nec te tā. ed. do. Coe sine odijs vrgē troianos. Sane edo is edit integrū vbū ē: vt lego legis it. Nam edo es ē eē anomalū constat. s ℙ Troianos potuisti. i. iam nō potes: ideo enim præterito vsus est.

CHRI. ℂ TROIANOS potuisti: Ad vitaz moresq; pertinet: hæc fabula. Iuno autē est ipsa ambitio q̄ īpellit Turnum idest iniustū regē: et fœdus rūpere: et multa infanda patrare.

RRR

Vlterius tentare veto· sic Iuppiter orsus.
Sic Dea summisso[a] contra Saturnia vultu·
Ista quidẽ quia[b] nota mihi tua magna volũtas
Iuppiter, & Turnum, & terras inuita relinquo,
Nec tu me aerea solam nunc sede videres
Digna[c], idigna pati· sed flammis cĩcta sub ipsa
Starẽ acie, traherẽmq; inimica in p̃lia Teucros.
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri
Suasi, & pro vita[e] maiora audere probaui.
Non[d] vt tela tamen, non vt contenderet arcuz,
Adiuro[f] Stygij caput implacabile fontis,
Vna[g] superstitio superis quæ reddita[h] Diuis.
Etnunc cedo equidẽ, pugnásq; exosa relinquo·
Illud te, nulla[i] fati quod lege tenetur,
Pro Latio optestor, pro maiestate[k] tuorum,
Cum iam connubijs pacem felicibus (esto[l])
Component, cum iam leges & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
Neu Trôas fieri iubeas, Teucrósq; vocari
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes·
Sit Latium, sint Albani per secula Reges.
Sit Romana[m] potens Itala virtute propago·
Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum, rerúmq; Repertor
Es[n] germana Iouis, Saturníq; altera proles,
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus?
Verũ age, & inceptum frustra summitte furorẽ.

SER. a ¶SVM misso vultu: hitũ futuræ orõnis ostẽdit. b ¶Quia nota mihi tua magna volũtas Iuppiter: necessitatẽ obiecerat fati dicẽs. vẽtũ ad supmũ ẽ: s; Iuno sciẽs fatũ eẽ qcqd Iuppiter dixerit: se cedere ei⁹ volũtati asserit. naz agit vt cõciliet sibi fauorẽ eius ad petitionẽ futuraz. c ¶Digna idigna pati. i. oĩa: & puerbialiter dctũ ẽ. d ¶Nõ vt tela tñ nõ vt ptẽderet arcũ: hoc loco q̃si Iuturnã iecisse sagittaz significat. s; vt supra dixim⁹: possum⁹ accipere q̃ alter ĩ eius grãm ĩ Aeneã tela contorsit. e ¶Pro vita: ac si diceret p re nobis data. i. a supis. f ¶Adiuro stygij caput implacabile p iuro. nã pthesis ẽ. q̃dã tñ volũt iuro tũc dici debere: cũ cõfirmam⁹ aliqd aut pmittim⁹: vt iuro me facturuz: adiuro vo cũ negam⁹: vt adiuro me non posse: me nõ fecisse. Ter. Adiurat se nõ posse apud vos Pãphilo absente pdurare. potest tñ & ad valde significare. g ¶Vna superstitio: religio: metus: dicta eo quod superstet capiti omnis religio. & est Homeri locus.

καὶ τὸ κατειβόμενον στυγὸς ὕδωρ ὅστε μέγιστος
ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν

h ¶Reddita: data: nã prothesis est. i ¶Nulla fati quod lege tenet: bene fati. nã victoriæ lex est vt victi cedãt in habitũ nomenq; victoris. k ¶Pro maiestate tuorũ: respexit ad Saturnũ qui aliq̃n in Italia regnauerat: vnde ait tuorũ. nã & Latinus inde origĩnẽ ducit: vt Fauno picus pater: isq; parentez Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus auctor. l ¶Esto cõponẽt: cõsentit: sed inuitã. m ¶Sit romana potens itala virtute ppago: hoc vł dicere. si fataliter imminet vt a troianis origo romana descendat: troiani italorũ nomẽ accipiãt: vt romani de italis nõ de troianis videant esse pgeniti. n ¶Es germana iouis saturnique altera ples: locus de obscuris: de quo q̃dã hoc sentisse pertis pene illicita: sed concedẽda sunt: q̃ñ soror Iouis es: idest Saturni filia: qđ si voluerimus admittere: dupliciter sequens versus erit incongruus: vt Irarũ tãtos voluis sub pectore fluct⁹: vñ melius ẽ vt ita intelligam⁹ soror Iouis es: i. Saturni: Vnde nõ minus est tãtã te retinere iracũdiaz sub pectore: n. scim⁹ vnũquẽq; p generis qualitate in irã moueri. nobiles. n. & si ad pñs videnẽ ignoscere: tñ ĩ posterũ irã suã: qđ nũc Iunoni vł obijcere. nã cũ se concedere diceret: petit tamẽ quod grauiter posset obesse troianis: sic Home. inducit Calchanta dicentem de Agamemnone. Regum iræ ita se habent: vt etiam si ad præsens indulgere videatur: stimulos iracundiæ ad futurum reseruent.

κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ
εἴπερ γάρ τε χόλον γε, καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ
ἀλλά γε, καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ

CHRI. ¶VERVM iuppiter: idest ipse tandem huiuscemodi impia pacta cohercet atq; eum præstat fauorem recte a gentibus: & victores euadere possint. ¶Pro latio obtestor: ostendit impudentiam ambitiosorum: qui etiam victi aliquid contra fas petere audeant.

¶DO QVOD

Do[a] quod vis,& me victúsq;,voléntq; remitto·
Sermoné Ausonij patrium, moréstq; tenebunt,
Vtq; est,nomen erit·commixti corpore tantum
Subsident[b] Teucri,morem,ritúsq; sacrorum
Adijciam,faciámq; omnes vno ore Latinos.
Hinc gen[a] Ausonio mixtű qđ sanguine surget
Supra homines,supra ire Deos pietate videbis.
Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.
Annuit his Iuno,& mentem[d] lætata retorsit.
Interea excedit cælo,nubémq; relinquit.
His[c] actis aliud genitor secum ipse volutat,
Iuturnámq; parat fratris dimittere[f] ab armis.
Dicuntur geminæ pestes[g] cognomine Diræ,
Quas & tartaream[h] Nox intempesta Megæram
Vno[i] eódémq; tulit partu,paribúsq; reuinxit
Serpentum spiris,ventosásq; addidit alas.
Hæ Iouis ad solium,sæuiq; in limine Regis
Apparent[k],acuúntq; metus mortalibus ægris.
Siquádo letű[l] horrificű,morbósq; Deűm Rex
Molitur,meritas aut bello territat vrbes,
Harű vnam celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter,inq;[m] omen Iuturnæ occurrere iussit·
Illa volat,celeriq; ad terram turbine fertur·
Non[n] secus ac neruo p nubem impulsa sagitta
Armatam sæui Parthus quam felle[o] veneni
Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit
Stridens,& celeres incognita transilit[p] vmbras·
Talis[q] se fata nocte tulit,terrásq; petiuit,
Postq; acies videt Iliacas,atq; agmina Turni,
Alitis in paruæ subito collecta figuram
Quæ quódá in bustis,aut culminibus[r] desertis

a ℭDO QVOD vis:bű pűti vsus é spe. ná pmissio I nő s p scőé. b ⁋Subsidét:remanebűt:latebűt latinorű.ℭmultitudine:vt Galeaq; ima subsedit acestes. c ⁋Ritusq; sacrorum adijciá:verű é:ná sacra mřís deű romái phrygio mor coluerűt. d ⁋Mentem lætata retorsit:iste quidem hoc dicit: sed constat bello punico: secűdo exoratam Iunoné:tertio do bello a scipione sacris qbusdam etiam romá eé tráslatá. e ⁋His actis: remoto Turno auxilio. f ⁋Dimittere ab armis: p transitű historiæ vsus é verbis: ná qui ab exercitu relaxát:ab armis dőr dimitti.Salusti.de Appio vbi eum tota I ptióe ab exercitu cogit discedé dicit se eius opa nő vsu;:cű q;ab armis dimittit. g ⁋Pestes cognomie diræ: ppric pestes vocant.diræ do cogmie: & dictæ diræ q non nisi aű irá tű Ioué videntur:vt Sæuiq; I limie regis Apparent diræ. h ⁋Tartaream megæram:bene tartaream addidit: vt ostendat esse & terrenam & aeream Megærá.nam vt ét in tertio diximus: volunt piti quidá triplicé ptáté & I tris & apđ supos: sicut é furiaų apđ iferos. Ιδ ăt dicit has ex nocte pgéitas:vt oñdat & latéter oriri:& itolerabilé eé irá deoų. i ⁋Vno eódéq; tulit ptu:dispositio hæc poetæ:q dicit has & similes eé furijs & cű his eé pcreatas.hoc agit vt oñdat illá prudétiű opinione eé tá apud supos q; i terris:sicut apud iferos furias. k ⁋Apparét:pstosunt ad obsequiű: vñ ét apparitores pstat esse noíatos. l ⁋Letű horrificű: volűt Iouem non esse mortis auctorem: sed posse mortis genere vel prodesse vel obesse mortalibus. m ⁋Inq; omen iuturnæ occurrere iussit: vt Iuturnæ omen fraternæ mortis efficeret. n ⁋Nő secus ac neruo per nubem: sic illa descendit vt solet sagitta descendere. hinc Statius traxit vt diceret de disco iaeto Similisq; cadéti Crescit I aduersos. Impulsa autem pprie:sic supra Incertum qua pulsa manu. o ⁋Felle veneni: amaritudie veneni suco noxio: aut certe periphrasticos dixit venenum. parthi enim sagittas veneno oblinűt.Luc.Spicula nec solo spargunt fidentia ferro. Stridula sed misto saturantur tela venéo. p ⁋Tráslit vmbras:hyperbole est:ná q; vmbras semper tela comitantur.hinc ait Transilit vmbras sagitta: male enim quidam auras legunt. q ⁋Talis:se taliter collecta ex nimia scilz furiæ magnitudine. r ⁋Culminibus desertis:noctuam dicit non bubonem. ná ait Alitis I paruæ. Bubo aűt maior est.

ℭNON SECVS:interponitur parabola q̃ narratio interrumpatur:vt legentis tedium excludat. ⁋Alitis:noctuam vel bubonem intelligit. DON.

ℭDICVNTVR geminæ pestes:de his I superioribus diximus:Hic tñ demonstrat quales sint furiæ aduersus superos: A spet ait Megæram habere vim tñ apud inferos. CHRI

SER. a ¶ Serum canit: triste: diuturnu3: vt Seraq3 terifici cecinerunt omina vates. Salustius: Serum bellũ in angustijs futurum. b ¶ Sonãs clypeumq; euerberat alis: signa sunt ista plãgentiũ. c ¶ Stridorem: vocis. ¶ sonum. nã vtrunq3 tangit augurium3 & oscinũ & præpetum: q́s grauiter posset obesse troianis. sic Hom. inducit calchãtẽ.

χειρὶ παχείῃ κείμενον ἐν πεδίῳ μέλανα τρηχύν τε μέγαντε
Et alibi.
ἕκτωρ δ' ἁρπάξας λᾶαν φέρεν, ὅς ῥα πυλάων ἑστήκει πρόσθεν.

Nocte sedens serũ[a] canit importuna p vmbras.
Hanc versa in faciem Turni se pestis ad ora
Fértq3, refértq3 sonãs[b], clypeũq3 euerberat alis.
Illi membra nouos soluit formidine torpor,
Arrectæq3 horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
At procul vt diræ[d] stridorem[c] agnouit, & alas
Infelix Crines scindit Iuturna solutos
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua Turne põt germana iuuare?
Aut quid iã miseræ superat mihi? quã tibi lucẽ
Arte morer? talin' possum me oppõere mõstro[e]?
Iam iam linquo acies, ne me terrẽte timentem
Obscenæ[f] volucres alarum verbera nosco,
Letalémq3 sonum, nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis hæc pro virginitate reponit?
Quo[g] vitã dedit æternã? cur mortis adẽpta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certe, & misero fratri comes ire per vmbras
Iã mortalis ego haud quicq3 mihi dulce meorũ
Te sinẽ frater erit. ò quæ satis ima dehiscat
Terra mihi, manésq3 Deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco[h] contexit amictu
Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.
Aeneas instat contra, telúmq3 coruscat
Ingens[i] arboreum, & sæuo sic pectore fatur.
Quæ nũc dẽide mõa ẽ? aut qd iã turne retractas?
Non cursu sæuis certandu3 est cõminus armis.
Verte omnes tete in facies, & cõtrahe[k] quicquid
Siue animis, siue arte vales opta ardua pinnis
Astra sequi, clausúmq3 caua te condere terra.
Ille caput[l] quassans non me tua feruida terrent
Dicta ferox. Dij me terrent, & Iuppiter[m] hostis.
Nec plura effatus, saxum[n] circunspicit ingens
Saxum antiquũ, ingens campo[o] q forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent
Qualia nunc hominũ producit corpora tellus.

μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα· τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν. d ¶ Diræ: immiti: quæ posset fratrem cernere tot laboribus subditum. e ¶ Mõstro: augurio ex iouis volũtate veniẽti. f ¶ Obscenæ volucres: inuidiose dixit: nam vna est. g ¶ Quo vitã dedit æternam: qa occurrebat: s3 præstitit immortalitatem: dicit hanc æternã esse c.m dolore. h ¶ Glauco amictu: quasi nympha propter vndarum similitudines. i ¶ Ingens arboreũ: nõ sunt duo epitheta: s3 Aeneas ingẽs telum coruscat arboreum. k ¶ Contrahe: collige. Est aũt hostilis iracundia. l ¶ Caput quassans: cõcutiens & cõquassans caput.

o ¶ Cãpo qd forte iacebat limes agro positus: s3 artẽ priori respondit. sic Salustius: Est i carcere loc' qd tullianum appellatur.

DON. ¶ PRO virginitate: pro ere: pro virginitatis honore.

¶ Aeneas instat: redit ad narrationem quam interruperat interpositis dictis Iunonis: iouis & iuturnæ. ¶ Ingens arboreu3: Non hastã: sed gestatorem laudat. ¶ Pinnis: Semp pinna & non penna est apud Donatũ.

CHRI. ¶ ALTO: pro fundo: vt ne tã crudele spectaculum videret: nam grauiora: vt iam diximus sunt quæ videmus q3 quæ audimus. ¶ Arboreũ: expressit quid diceret ingens. ¶ Quæ nũc deinde mora: amara in hostẽ verba & hostis indubitata3 victoriã sibi pponẽtis & q simpliciter æneæ clemẽtiæ nõ puenirẽt: s3 merita Turni hæc ab eo extorqbant.

m ¶ Et iuppiter hostis: ordo est ferox hostis.
n ¶ Saxũ circũspicit: Home. totus hic locus est, ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο

¶ Ille caput quassans: nõ discedit a ferocitate sua: & vict' se victũ fateri nõ vult. Neq; humãis æneæ virib' cedit: s3 a ioue supari dolet.

¶ MANV

SER. a ¶ MANV raptum trepida: aut festina: aut re vera trepida: quia sequitur: Sed neq; currẽtem: nec se cognoscit euntem. b ¶ Torquebat: bene imperfecto vsus est tẽpore: quia nõ est perfectum qđ voluit: vt Nec spaciũ totũ euasit: nec pertulit ictum. c ¶ Nec spatiũ euasit: hic distinguendũ vt sit totũ nec totũ ꝑtulit ictũ: idest euacuatus est impetus ipsius spacio longiore. d ¶ Ac veluti insõnis: cõparatio Homeri. e ¶ Nec quò se eripiat: totum enĩ troiani clauserãt. f ¶ Sortit⁹ fortunam oculis: hunc locũ ad feriendum oculis elegit Aeneas: quem fortuna destinauerat vulneri. g ¶ Fulmine tanti: pro tonitru sine quo nũq; fulmen mittitur. h ¶ Atri turbinis instar: multis vtit cõparationib⁹ ad exprimendum nimium impetũ. Et instar vt supra diximus per se plenum est: nec recipit præpositiones: licet Seren⁹ ad instar dixerit: quod in idoneis non reperitur auctoribus. i ¶ Ictus: percussus: nunc participium est: ac si diceret cecidit elisus.

Ille manu [a] raptum trepida torquebat [b] in hostẽ
Altior insurgens & cursu concitus Heros.
Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem
Tollentẽm ue manu, saxúmq; imane mouẽtẽ.
Genua labant. gelidus ꝯcreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus
Nec spatium [c] euasit totum, nec pertulit ictum.
Ac veluti [d] insomnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicq; auidos extendere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus. nõ lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires; nec vox, nec verba sequuntur;
Sic Turno quacunq; viam Virtute petiuit,
Successum Dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur varij. Rutulos aspectat, & vrbem.
Cunctatúrq; metu, telúmq; instare tremiscit.
Nec quò [e] se eripiat, nec quã vi tendat in hostẽ.
Nec currus vsq; videt, aurigámq; sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat
Sortitus [f] Fortunam oculis; & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita nunq;
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine [g] tanti
Dissultant crepitus. volat atri [h] turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orásq; recludit
Loricæ, & Clypei extremos septemplicis orbes
Per mediũ stridens transit femur. incidit ictus [i]
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totúsq; remũgit
Mõs circùm, & vocẽ late nemora alta remittunt.
Ille humilis, suppléxq; oculos, dextrãq; ꝓcantẽ

DON. ¶ INSOMNIS: ponit parabolã quã quisq; in se expertus intelligere potest quid Turno euenerit. ¶ Vrbem: vel in qua erat Lauinia: vel vnde expectaret auxilium: quod pudor, petere vetabat. ¶ Nec quo se eripiat: fugiendi occasio deerat Audendi fiducia negabatur: nullum sperabat auxilium sorore iam remota. ¶ Humilis: corpore: idest supplex deiecto fastu.

CHRI. ¶ TORQuebat: incipiebat quid cõtorquere: sed defecerunt vires: vt rem perficere nõ posset. ¶ Genua.l. proceleusmaticus pes est: qui ex quatuor syllabis constat. Potest tamẽ redire ad dactylum si u quæ vocalis est conuertatur in consonantem & facta synæresi genua duarum sit syllabarum. ¶ Cõcreuit: cõtiguit: vt Subito concrescunt flumine crustæ. De hoc dictum est in Georgicis. ¶ Per inane: vacuum. At qui dare vacuum non: Sed regionum ab aere occupatũ dicimus vacuã: qa ita cedit aer vt Nihil eẽ videatur. ¶ Nec spacium euasit: idest non est egressus ex toto illo spacio: qui intercedebat inter se & æneam. Ergo defecit ĩ spacio antequã ad Aeneam ꝑueniret: hinc ẽ quod non pertulit: idest ad destinatum finem tulit. Nam per incompositionem absolutam rem demõstrat. Hinc illud est: Vt si quis legere incoeperit et non totum legerit dicat legi: sed non perlegi: Quod autem de isomnio dicit physicũ est. ¶ Sortitus fortunam oculis: idest sumens fortunam: idest fortunam ictum oculis: quia oculis præelegit quo telum dirigat: quæ res sibi futura sit fortunata. ¶ Nec fulmine tanti Dissultant crepitus: sententia est non venit tanto impetu fulmen: nam fulminis impetu scinduntur nubes. Vnde ipse dissultando gignunt crepitum. ¶ Turbinis: de quo iam dictum. ¶ Ille humilis: optimum exemplum: nam superbiores qui sunt nunquam cedere potiori volunt: nisi cum penitus victi sunt: & quo tempore nihil illis prodest.

Protēdens, equidem[a] merui nec dep̄cor[b] inquit.
Vtere[c] sorte tua: miseri te siqua parentis
Tangere cura potest: oro: fuit[d] & tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectæ;
Et me[e] seu corpus spoliatum lumine mauis
Redde meis: vicisti, & victum tendere[f] palmas
Ausonij videre: tua[g] est Lauinia coniux.
Vlterius[h] ne tende odijs: stetit acer[i] in armis
Aeneas voluens oculos dextrámq; repressit.
Et iam iámq; magis cunctantem[k] flectere sermo
Cœperat infelix[l], humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis,
Palantis pueri, victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atq; humeris inimicū īsigne gerebat.
Ille oculis postq̄ saeui monumenta[m] doloris

SER. a ¶ EQUIDEM merui: secūdum artē rhetoricā: nam quoties personæ insuidia sunt aliæ p̄ his p̄ponuntur: vnde ait: Ego quidē occidi mereor. sed tu debes ignoscere parētis intuitu. b ¶ Nec deprecor: nō refuto. c ¶ Vtere sorte tua: iterfice hostem tuū. d ¶ Fuit & tibi talis anchises: hic distinguendum vt duo dicat: & habuisti patrē: & pater es. e ¶ Et me Redde meis: ordo est redde meis: sed ne ex apto rem viro forti pudendā peteret: iterpositione vsus est dicens Seu corpus spoliatum lumine mauis. f ¶ Tēdere palmas ausonij videre: ad gloriā Aeneæ pertinet q̄ se Turnus cunctis p̄sentibus victū fatetur. g ¶ Tua est lauinia coniux: quæ fuerat cā certaminis. h ¶ Vlterius ne tende odijs: noli velle crudelitatē tuā vltra fata p̄tendere: sed redde corpus sepulcro. i ¶ Acer in armis: non tantū ad præsens refertur: sed quia semper in armis acer eē consueuit. k ¶ Cūctātē flectere sermo cœpat: omnis intentio ad Aeneæ pertinet gloriā: nā & ex eo q̄d hosti cogitat p̄cere: pius ostenditur: & ex eo q̄d eum interemit pietatis gestat insigne. nam Euādri intuitu Palantis vlciscit mortē. l ¶ Infelix Balteus: nulli domino felix. & sic est dictum infelix balteus sicut Lacedæmonios hymenæos. Et sciendū balteum habuisse Turnū ad insultationem: & iactantiā: non ad vtilitates. Vnde est Atq; humeris inimicū īsigne gerebat. m ¶ Monumenta doloris: proprie. nam & monumentum ab eo dictum est q̄d mentem moneat.

DON. ¶ VICTORIA æneæ: quam ponit in fine operis perficit atq; absoluit cumulū laudum æneæ: quas a principio ad finem omni artificio continuauit.

CHRI. ¶ MERVI nec deprecor: Cum viro forti pudenda res videretur vitā ab hoste deprecari: id artificio se latēterq; agit: & primo permittit mortē suam sibi: quæ res videtur posse vehementer hosti misericordiam cōmouere. Deinde cū persona sua odiosa sit: interponit personam parentis: quod validissimū eē poterat: præsertim apud eū qui in patrē sapientissimus fuit. ¶ Vtere sorte tua: non p̄cedit plenam victoriam sibi: non enim dixit vtere fortitudine tua: s; fortuna quæ tibi magis q̄ virtus fauit. ¶ Miseri parentis: Commiseratio a statu q̄ miser: & a sanguine q̄ parens: & postremo ab ætate: cū dicit: Dauni miserere senectæ. ¶ Et me: dū p̄cat reddat cadauer p̄t flectere vt p̄donet vitā. ¶ Vicisti: Magna ē laus q̄d victi testimonio victor euadas. ¶ Et victū: Cū summo gemitu p̄nunciant. Nō enim mouetur morte vir fortis: Sed q̄d victus sit. ¶ Ausonij: Quos ego cupiebam adhibere testes meæ victoriæ testes erūt meæ ignominiæ. Et hæc ēt flectere potuerūt æneam: vt cū nact' eēt plenā victoriā in victus clemētia vteret: q̄d oīno fortissimi viri est. ¶ Ausonij: apud quos summā gloriā ex rebus p̄ multa tp̄a præclarissime gestis acquisiuerā apud eosdem momento tp̄is & illā amitto & ignominiam subeo. ¶ Videre: q̄d neq; hactenus viderant: nec visuros putarant. ¶ Tua: Quia q̄d mihi miser' accidere pōt: vt victor premium victoriæ secus auferas. ¶ Lauinia: Emphasim habet nomē: q̄si dicat quā ego mea vita cariorē habui: & p̄pter quā omnes hos labores pertuli. ¶ Vlterius ne tēde odijs: nō enī est magni & excelsi viri: cū hostē tanta gloria superarit: & omnia sit premia cōsecutus: eū occidere velle: nam inter magnas fortitudinis partes reponitur inimicitias p̄donare: nā vindictā q̄rere humilis pusilliq; animi eē appet. hinc Iuuenalis. Ad summā collige q̄d vindicta nemo magis gaudet quā fœmina. ¶ Stetit acer: cōstitit non metu: Quia acer: s; īclinās ad misericordiā: ignouissetq; si Turnus Palāti ignouisset: Sed cum ex Balthei admonitu recordaret crudelitatis Turni magis pius iudicauit amico Euandro: & q̄ sua cā filiū vnicū amiserat satisfacere quā inimicissimo Turno vitā p̄cedere: vt pietate potiusquā crudelitate ip̄s iteremerit. Admonet p̄terea Poeta mlta in vita facere hoīes tāquā ad suā imortalitatē et Gloriā p̄tineāt: ex q̄b' deinde in exitiū ruūt. Id enim ob direptum Palantis baltheum opinione sua deceptus in se expertus est Turnus.

¶ HAVSIT

CIIR. a ¶HAVSIT: vidit: vt Hauriat hūc ocul' ignē crudelis ab alto. b ☞ Palas Immolat: ad suæ mortis & abrupti fœderis vltionē te tanquam hostiā immolat Palas. c ☞ Frigore: morte: vt Corpusq; lauāt frigētis: & vngūt. d ☞ Vitaq; cum gemitu fugit idignata sb vmbras: idignata vel qa mox preces venias nō meruerāt: vel quia Lauiniam fore sciebat Aeneæ: vel quia: vt supra de Camilla diximus: discedebat a iuuene. nam volunt physici animam discedere a corpore inuitam: cum quo adhuc habitare nāæ legibus poterat sic Home. ψυχὴ δ' ἐκ μελέων πταμένη Ἄϊδος δὲ βεβήκει, ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

Exuuiásq; haufit[a], furijs accensus, & ira
Terribilis tú ne hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi? Palas te hoc vulnere Palas[b]
Immolat, & pœnā scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicēs ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus: ast illi soluuntur frigore[c] membra,
Vitáq;[d] cū gemitu fugit idignata sub vmbras.

¶FVRIIS & ira: implacabili indignatiōe. CIIRI. ☞ Tu: tam Imitis. ☞ Indute spolijs meorum: qđ nō ad tuā defensionē: sed ad supbiā & iactātiā ptinet. ☞ Mihi: emphasim habet. q. d. tam fortitā iniuriarū in meos collatarū psecutori. ☞ Palas: nō mea crudelitas: Sed vltio quā palanti dabo. ☞ Immolat: non veluti hostē cæsum: sed veluti hostiā quæ fracti fœderis iustissimū piaculū sit. ☞ Scelerato: qui cōtra pacē primo & cōtra iura hospitalitatis: Deinde cōtra fœdus arma sumpserat.

FINIS.

¶P. V. Bucolica & Georgica, & Aeneidos Libri. XII. Venetijs excusi M.D.VII. Die vltimo Iunij. Lauretani Principis Anno Sexto.
Bernardinus Stagninus Impensam fecit, Ioannes Baptista Egnatius Venetus Emendauit.
Dij. Cæptis Faueant.

¶Registrum Aeneidos.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ
AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III
KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR

¶Omnes sunt quaterni præter RRR qui est duernus.





[illegible] peggio , nis il
[illegible] di quasi a
[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]ugio nis [illegible]

